PATERYMON

1221
1222
691

I N.o 6. 2.di

GLORIA

2° VIII.

.P.Ouidii Naſonis Metamorphoſeos
Libri Cum comento

K. K. HOFBIBLIOTHEK ZU WIEN

Ac
R
O
cu
el
tis

Cnãq; uirtuti ex p
us honorificent
magnificentiã b
lites ad te certat
tissimusq; Vene
ta nãq; liberalit
præclara sis gest
refulgẽt: ut Scip
hispaniã a senat
lenté formã: uer
tionibus laborẽ.
cõsiliũ nõ magn
nationibus dete
caris. Tu singula
issimis esse uidear
culdubio sis asc
gẽdo uacare pos
ratiõibus nr̃is illu
.n. qđ ad rei milit
nõ habeant. Nã
qa prætermittã
dearis. Iam ciuili
quæ statim in op
tate narrant: apte
colendũ atq; uene
qui pie iusteq; uiu
caonis in lupũ trã
cia eẽ præparata:
bis fertur inunda
aduersis benignit
significari putand
præparatã: Q ui
ptaue cõtemnãt: (
pta nõne contẽtio
iã præclara heroum
cipibus: qui de hum
porro Vir magnan
res suntq; ut obiter
minibus celebratũ
tem militarẽ: ad cui

K K LYCEAL BIBLIOTHEK

Ad illuſtriſſimum Mantuæ Principem Franciſcum Gonzagam.
Raphaelis Regii enarrationum in Ouidii metamorphoſin præfatio.

COgitāti mihi iucūdiſſime Priceps cui potiſſimū meas in Ouidii metamorphoſin enarrationes dicarē:tu in primis occurriſti:qui hoc quātulocūq; munere dignus eſſe uidereris. Tātus eſt.n.cū aliaꝝ uirtutū tū ſingularis ac ꝑpe diuinæ liberalitatis tuæ ſplēdor:ut ab oībus celebrari imortalitatiq; cōſecrari merearis. Excellēti nāq; uirtuti ex philoſophoꝝ oīum ſentētia laus.honor:& gloria debet. Tu uero nihil pulchrius honorificentiuſq; eſſe exiſtimas:q̄ diuitias & opes: qbus indies magis magiſq; abundas:ad magnificentiā benignitatēq; cōferre. Hinc.n.& merito qdē fit:ut non ſolū ſtrenuiſſimi qq; milites ad te certati cōfugiāt:ſed cū alii Italiæ pricipes te colāt & admirent:tū grauiſſimus ſapiētiſſimuſq; Venetoꝝ ſenatus te ſibi quocūq; officii genere deuīciat:idieſq; habeat cariorē. Ex tā ta nāq; liberalitate facile cognoſcit eā tibi īgenitā eſſe animi magnitudinē:ut & alta expetas:& præclara ſis geſturus:& uiā ad imortalē gloriā affectes. Oēs qdē iperatoriæ uirtutes in te ſic refulgēt:ut Scipioni illi maiori:qui quatuor & uigīti annos natus īperator aduerſus pœnos in hiſpaniā a ſenatu populoq; Romano fuit miſſus:merito ſis æqparādus. Ac ut corporis excellentē formā:uereq; īperio dignā:& raꝝ in pricipe robur omittamus:qs tuū in aſſiduis exercitationibus laborē.in periculis fortitudinē.in agēdo īduſtriā.in cōficiēdo celeritatē.in ꝓuidēdo cōſiliū nō magnopere admiret? Tu nulla pluuia.nullis niuibus.nullo æſtu ab antelucanis uenationibus deterreris. Tu ſūma oībus in rebus tēperātia.fide.iuſtitia eē una oīum uoce prædicaris. Tu ſingulari facilitate ſic aīos & ciuiū & militū ad te amādū allicis:ut nō priceps:ſed parifimis eſſe uidearis. Tu deniq; artis militaris ſciētiā ita ꝓcalluiſti:ut præclaris īperatoribus ꝓculdubio ſis aſcribēdus. Tāetſi aūt probe ſcio te maioribus diſtrīgi negotiis:q̄ ut huic operi legēdo uacare poſſis:ſiqd tamē otii tibi unq̄ a ſeriis ſuperit rebus:cōplura in illo iuenies ſic enarratiōibus nr̄is illuſtrata:ut facile ꝓcipiant:quæ tuū animū maximopere delectabūt. Nihil eſt .n.qđ ad rei militaris peritiam gloriāq; ꝓtineat:cuius illuſtria exēpla ī Ouidii metamorphoſi nō habeant. Nā clariſſima quæq; nō bella mō:ueꝝ etiā prælia:ut ſtrategemata:ut ducū colloqa prætermittā:illo uerboꝝ lepore.illa elegātia deſcribunt:ut pleriſq; tibi iter legēdū itereē uidearis. Iam ciuiliter uiuēdi rationes unde facilius ſumamus:auctorē iueniēs neminē. Ex iis.n. quæ ſtatim in operis pricipio de mūdi origine.gigantū aduerſus deos temeritate aliorūq; īpietate narrant:apte colligimus deū mūdi ipſius opificē fabricatorēq; fuiſſe:ac idcirco in primis colendū atq; uenerandū. Eoꝝ uero qui deo aduerſant:oīa opera inania eſſe ac uana.contraq; qui pie iuſteq; uiuāt:ſic ubiq; tutos eſſe:ut dei ipſius auxilio nunq̄ deſtituant. Quid nāq; Lycaonis in lupū trāſmutatio nobis aliud oſtēdit q̄ teterrimis latronibus grauiſſima a deo ſuppli cia eē præparata? Quid? Deucalionis & Pyrrhæ liberatio a diluuio illo:quo totus terraꝝ orbis fertur inundatus:nōne ſummam in pios iuſtitiæq; ac religionis cultores præ ſe fert dei in aduerſis benignitatē? Quid Daphnes in lauꝝ ſemper florentē tranſfiguratione aliud nobis ſignificari putandū eſt:q̄ uirginibus pudoris ſui ſollicitā gerētibus curam imortalē gloriā eſſe præparatā? Quid? Phaethōtis caſus nōne filios oēs admonet:ne unq̄ parētum cōſilia præceptaue cōtemnāt? Quid? reliqua nō minus lepide q̄ utiliter de uirtutū uitiorūq; exēplis deſcripta nōne contētioſis philoſophoꝝ diſputationibus humanæ uitæ cōmodiora ſunt iudicāda? iā præclara heroum geſta concīne elegāterq; in hoc pulcherrimo operꝝ enarrata:nōne iis pricipibus:qui de humano genere bene mereant:imortalē gloriā ꝓpoſitam eſſe teſtant? Quis porro Vir magnanimus ad magna gerenda nō excitetur:qui legat cum alios heroas:qui plures ſunt:q̄ ut obiter poſſint numerari:tū Herculē illū nō modo eminētiſſimi cuiuſq; poetæ carminibus celebratū:ſed in deoꝝ quoq; numerꝝ publico oīum cōſenſu fuiſſe trāſlatū? Quis artem militarē:ad cuius gloriā te natū eſſe in dies magis magiſq; re ipſa declaras:nō amplectat:

0300282X

qui priſcoꝝ imperatoꝝ uirtutem & triumphos ab Ouidio lepidiſſime decãtatos recognoſcat? Sed quid de metamorphoſi multa? Exemplar mihi: ut ſemel dicam: totius humanæ & ciuilis uitæ eſſe uidetur. Adeo plane, adeo copioſe quæcunq; non eruditum modo: uerum dicendi quoq; & agendi peritum efficere poſſunt: a facundiſſimo poeta explicantur. Nec iniuria græci quãuis ſe omnibus aliis nationibus diſciplinas tradidiſſe: ac nullius ipſi auxilio prorſus indigere uideri uelint: hoc tamen opus propter maximam rerum cognitu pulcherrimarũ copiam e noſtra lingua in ſuã omni ſtudio interpretandum uertendũq; curarunt: ut per q̃ mirandum ſit: hactenus in tanta ſcriptorum turba citra ullam accuratam expoſitionem apud noſtros iacuiſſe: ut a paucis admodum perlegeret̃: cum præſertim & uariam pleriſq; in locis expoſcat eruditionem: & in primis adoleſcẽtibus laudatarum artium ſtudio deſtinatis ſit exponendũ. Non ſolum enim ueteres hiſtoriæ: quæ propter antiquitatem fabularum loco habentur: ex uetuſtiſſimis auctoribus collectæ: elegãter ab Ouidio deſcribunt̃: ſed ita & geographiæ & aſtrologiæ & artis oratoriæ, & moralis naturaliſq; philoſophiæ ratio exprimitur: ut cui Ouidii metamorphoſis bene percepta fuerit: facillimum ad omnes diſciplinas aditũ habiturus: neq; difficultatis quicq̃ in ullo fere poeticorum operum inuẽturus eſſe uideatur. Quicquid enim præclari Muſæus, Orpheus, Linus, Homerus, Tyrtæus, Heſiodus, Panyſis, Antimachus, Aratus, Piſandros, Nicander, Euphorion, Theocritus, Apollonius qui Argonautica ſcripſit, Callimachus, Philetas, Mimermus, Pindarus, Steſichorus, Alcæus, Simonides, Ibycus, Bacchylides, Anacreõ, Alcman, Sappho, Corĩna, Archilochus, Ananias, Hipponax, Arion, Theſpis, Phrynicus, Aeſchylus, Sophocles, Euripides, Ion, Acheus, Cratinus, Eupolis, Phærecrates, Ariſtophanes, Menander, Philemon, Philiſtion, Herodotus, Diodorus aliiq; priſci & poetæ & hiſtorici litterarum monumentis commẽdarunt: id omne Ouidius in ſuam metamorphoſin tranſtuliſſe uidetur. Quare & moribus adoleſcentum & ſtudiis rectius conſuluiſſent: qui uerboſas nuper cum in alia quædam opera laſciuiora q̃ ut pueris ſint exponenda perceptuq; facillimatum in Ouidii ipſius epiſtolas commentationes certatim emiſerunt: ſi metamorphoſin ſuſcepiſſent enarrandam: cum præſertim elegiæ in quibus amores deſcribũtur: ex Quintiliani ſententia minime ſint pueris prælegendæ: ne tenellæ adhuc mentes illo inquinentur affectu: qui diſciplinarum ſtudiis maximus hoſtis a ſapientiſſimo quoq; philoſopho eſſe iudicatur. Ac ne quis me temere ab iſta omnium fere ætatis noſtræ grammaticorum perſuaſione diſſentire miretur: libet Quintiliani ipſius de iis quæ pueris ſunt prælegenda ad uerbum deſcribere præceptum. Cætera inquit admonitione magna egent: in primis ut teneræ mẽtes tracturæq; altius quicquid rudibus & omnium ignaris inſederit: non modo quæ diſerta: ſed uel magis quæ honeſta ſunt: diſcant. Ideoq; optime inſtitutum eſt: ut ab Homero atq; Vergilio lectio inciperet: quanq̃ ad intelligendas eorum uirtutes firmiori iudicio opus eſſet. Sed huic rei ſupereſt tempus. Nec enim ſemel legentur. Interim & ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat, & ex magnitudine rerum ſpiritum ducat, & optimis imbuatur. Vtiles tragœdiæ, alũt & lyrici: ſi tamen in his non auctores modo: ſed etiam partes operis elegeris. Nam & græci licenter multa, & Horatium in quibuſdam nolim iterpretari. Elegia uero utiq; quæ amat & hendecaſyllaba & quibus ſunt commata ſotadeorum (nam de ſotadeis ne admonendum quidem eſt) Amoueantur ſi fieri poteſt, ſin minus: ad firmius ætatis robur reſeruentur. Hæc Quintilianus: ex quibus facile colligitur eos Adoleſcẽtum & ſtudiis & moribus plurimum obeſſe: qui illa quæ nec pueris ſunt prælegenda: nec ulla indigent enarratione: ita exponunt: ut infantibus cibos nutricum more mandere uelle uideantur. Perinde atq; ſi pueris diſcentibus: & non pueros docẽtibus iſtiuſmodi commẽta ſcriberentur. Quod ſi ulla librorum penuria laboraretur: ſtudioſis iuuenibus uelle conſulere uideri poſſent. Nunc in tanta fertilitate: quid opus eſt illa in auctorum marginibus inculcare: quæ unuſquiſq; uel ultra primas litteras progreſſus de uno li-

bro in alium facile transcribere possit? Huc accedit: quod ista ambitione plurima congerendi fere officii sui commentatores isti: ut ego quoq; hoc uerbo utar: obliuiscuntur: ut pleraq; obscuriora auctorum sensa: id quod in primis aliquid exponere uolenti est necessarium: nequaquā enodentur: & quod turpissimum est: loca deprauata non solū non corrigantur: sed ut sunt corrupta: & legantur & exponātur: cum grammatici uel primum sit opus emēdate legere: & quæ difficiliora uideant': ita exponere: ut facile percipi possint. Nūc isti: dum cōmēta sua nihil non uulgare omnibusq; litteratoribus tritum continētia accuratis ueterum grammaticorum enarrationibus inserantur ac potius anteferantur: totiq; librorum margines inanibus nugis impleantur: pulchre sibi expositoris officio functi esse uidētur: cum & quæ alias perspicua sunt: uerborum multitudine obscurentur: & quæ difficultatis aliquid præ se ferunt: aut peruersē exponantur: aut silentio inuoluantur. Ego uero ab istorum ambitione longe alienus pauca admodum quæ necessaria uidebantur in metamorphoseos expositionem deduxi. in primisq; illud curaui ut complura loca: quæ falsorum correctorum temeritate fuerant deprauata corrigerē tur. & quæ ineptiarum cuiusdam pessime de tam egregio opere meriti interpositione insulsissime fuerant separata: connecterenturitaq; omnia disponeren tur: ut reddita sibi esse metamorphosis ipsa uideatur. Neq; diutius in uariis scriptorū opinionibus recensendis sum īmoratus: ubi præsertim poetam sic uni addictum esse animaduerti: ut ne ad alias quidē alludat. Si nāq; omnia quæcunq; de ioue. Baccho. Hercule. Theseo aliisq; & diis & heroibus antiquis scribuntur: persequi libuisset: finis operi inuentus non fuisset. Neq; inficias eo nonnullas ab Ouidio fabulas attingi: quas mihi ignotas esse nihil pudet inter exponendū fuisse professum: cum priscarum fabularum aliquid ignorare inter uirtutes grammatici a Fabio habeatur: & ex iis scriptoribus per pauci admodum extent: quos Ouidius sectatus esse uidetur: ut mihi uenia facile danda sit: si quædam inenarrata reliqui. Vt enim nihil aliud studiis profuerim: illud certe effeci: ut multi quæ a me siuerūt præter missa: omni studio sint īquisituri. Quod eni hactenus nemo in Ouidii metamorphosin quicquā expositionis emisit: ignotæ quedā fabulæ in causa fuisse uidentur: quas quidem ut pulchrum esset nō ignorare: sic propter illas tam egregium opus iacere permittere indignum tanto scriptorum prouentu esse uidebatur. Quamobrem tātum abest: ut me huiusce lucubrationis pœniteat: ut uel maxime leter una cum Ouidii metamorphosi in qua Homeri illius Mantuani opiniones ubiq; approbantur nomen Francisci Gonzagæ Mātuani principis magnanimi liberalissimiq; per totam Europam ubicunq; Romana uiget lingua: ab optimis quibusq; ingeniis celebratum iri. Sed ne modum excedat epistola: iam poetæ uitam & quæ quoq; libro metamorphoseis contineātur exponamus: quo facilius quæ quis cognoscere cupiet: citra longæ inquisitionis laborem inueniantur. Vale rarissimum sæculi nostri liberalitatis exemplum. Venetiis idibus Aprilis. Mccccl xxxxiii.

Ouidii uita.

P.Ouidius Naſo patriam habuit Sulmonem peligno⁊ urbem.Natus eſt Mineruæ quinquatriis. xiiii. kalẽ/das apriles Hircio & Panſa cõſulibus:qui bello Antoniano apud mutinam in prælio ceciderunt.Cum fratre natu maiore clariſſimis & grammaticis & rhetoribus in urbe operam dedit:ac ut patri magis obtemperaret q̃ quod illo ſtudio delectaretur:legibus incumbere cœpit.unde cum ille uita functus eẽt:ad humaiores mu/ſas rediit: celeberrimoſq; illorũ tẽpo⁊ poetas ſibi cõciliauit Aemilium macrũ Veronenſem:qui de herbis di ligentiſſime ſcripſit.Ponticum qui thebaida compoſuit. Propertium elegiarum.Bacchum iamborum ſcri/ptorem & Horatium Flaccum.Vxores tris duxit;quarum duas repudiauit.cum tertia coniunctiſſime uixit: ex qua duas etiam filias ſuſcepit.Cum uero ad Iuliam Auguſti filiam ſub corynnæ nomĩe laſciuas de amori/bus elegias ſcripſiſſe foret deprehenſus:in exilium annos quinquaginta natus ab Auguſto fuit eiectus in Pon to⁊ relegatus;ubi cum nouem annos triſtiſſime exegiſſet:uita functus Tomis:ut Euſebius in chronicis ſcri bit:fuit ſepultus.Tametſi autem & ipſe alia quædam iactat tegendi criminis gratia:& pleriq; aliter putant:illam tamen quam dixi:fuiſſe exilii cauſam ex his Sidonii poetæ lepidiſſimus uerſibus fit manifeſtum.

Et te carmina per libidinoſa
Notum Naſo tenet tomoſq; miſſum
Quondam cæſareæ nimis puelle
Falſo nomine ſubditum corynnæ.

Multa nobis fœcunditatis ĩgenii ſui monumenta reliquit partim in exilio:partim Romæ conſcripta.Nã in exilio & de triſtibus & de ponto & in ibim.& de morte Druſi ad liuiam conſolationem.& duodecim faſto rum libros:quorum ſex tantum extant & germanici triumphum compoſuit.De piſcibus opuſculum ĩchoa tum reliquit.Ante uero q̃ exularet:iam artem amandi emiſerat.Amoris remedium.Suos amores ad coryn nã.Medeam tragœdiam;quæ ut ſcribit Fabius Quintilianus:oſtendere uidetur:quantum uir ille præſtare potuerit;ſi ingenio ſuo temperare q̃ indulgere maluiſſet.Metamorphoſin:quam ſubita relegatione pertur/batus emendare non potuit:id qnod ipſe his carminibus perſpicue teſtatur.

Orba parente ſuo quicunq; uolumina tangis:
His ſaltem ueſtra detur in urbe locus.
Quoq; magis faueas non hæc ſunt edita ab ipſo
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.
Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit
Emendaturus ſi licuiſſet eram.

Metamorphoſis autem ut aliquid de operis quoque inſcriptione dicamus. tranſformatio tranſfiguratio que interpretari poteſt. Quamuis enim & alia cognitu per q̃ iucunda hoc in opere narrentur:illo tamen oĩa tendunt:ut quæcunq; metamorphoſis explicantur:concinne apteq; connectantur.Carmine autem heroico metamorphoſin eſſe conſcriptam:ac in quindecim uolumina diſtinctam cum notius ſit q̃ ut ulla indigeat admonitione:quid quoq; libro contineatur ſubiiciemus.ſi prius illud teſtati fuerimus.Ouidium in heroi/eis:id quod notat Quintilianus:idcirco laſciuiorem fuiſſe:q̃ illius carminis grauitas patiatur:quod uarios amores:quibus pleræq; metamorphoſeon fuerunt factæ:illum ſic deſcribere oportuit:ut quanta ſit uis illi/us affectus aperte demonſtraretur.

OVIDII METAMORPHOSEON index

METAmorphoſeis primi libri.

Chaos in oēs mundi partes. Terra ī uarias figuras.
Quattuor ætates. Annus in tēpora quatuor.
Gigantū ſanguis in hoīes crudeles. Lycaon ī lupū.
A deucaliōe iacti lapides ī uitos. a pyrrha uero ī mulieres Phython ſerpēs ab apolline interfectus.
Daphne in laurū. Io in uaccam.
Mercurius in paſtorē. Syrinx nympha in fiſtulam
Argus in pauonem. Io in iſidem.

METAmorphoſeis ſecundi libri.

Heliades phaethontis ſorores.
In arbores populos cōuerſæ.
Lachrymæ heliadum in ſuccīna.
Cygnus ſtheneli filius lygurū rex ī auē ſui nominis.
Caliſto lycaonis filia in urſam.
Eademq; cum filio Arcade in ſidera.
Coruus initio candidus niger effectus.
Coronis in auē cornicē. Nyctimene in noctuam.
Ocyroe Chironis centauri filia in equam.
Battus agricola in lapidem indicem.
Aglauros Cæcropis filia in ſaxū. Iupiter ī taurum.

METAmorphoſeis tertii libri.

Dentes draconis ī hoīes. Acteon in ceruum.
Iuno in anum. Tireſias in fœminam.
Idem in uirum. Echo in uocem.
Narciſus in florem ſui nominis.
Bacchus in puerū. Tyrrheni nautæ in delphinos.
Pentheus a Bacchis diſcerptus.

METAmorphoſeis quarti libri.

Dirce babylonia ī piſcē. Semiramis in columbam.
Pyrami & thyſbes cruore mora exalbis nigra effecta.
Phoebus in Eurimonen.
Leucathoe orcami regis filia in uirgā thuream.
Clycie in hærbam heliotropium.
Daphnis idæus ī ſaxū. Scython mō uir mō fœmīa.
Ceſmus puer in Adamantē. Curetes exībribus.
Crocus & Smilax in flores.
Salmacis & hermaphroditus in unum corpus.
Mineides in ueſpertiliones.
Ino & Melicertes in leucotheā & palemona.
Spuma maris in uenerem.
Comites inus in ſaxa & in aues.
Cadmus & Hermione in dracones.
Guttæ ſanguinis meduſæ in ſerpentes.
Atlas in montem ſui nominis.
Virgæ ſubiectæ capiti gorgonis in coralium.
Pegaſus equus alatus & chriſaor ex ſanguīe Meduſæ.
Meduſæ crines in ſerpentes.

METAmorphoſeis quinti libri.

Phineus & ſocii eius in ſaxum. Prætus ī lapidem.
Polydectes in lapidem. Muſæ in aues.
Iupiter in arietem. Apollo in coruum.
Bacchus in caprum. Diana in felem.
Iuno in uaccam. Venus in piſcem
Mercurius in ibim: Proſerpinæ raptus:
Cyane in fontem. Puer in ſtellionem
Aſcalaphus in bubonem. Sirenes in aues.
Arethuſa in fontem. Lyncus rex in lynca.
Pierides in picas.

METAmorphoſeis ſexti libri.

Equus ex terra tridente percuſſa:
Oliua ex terra palladis haſta percuſſa.
Rhodope & Hemus in montes.
Pygmea mulier in gruem.
Antigone in ciconiam.
Cynaræ filiæ in templi gradus. Iupiter in taurum.
Iupiter in aquilam. Iupiter in cygnum.
Iupiter in ſatyrum. Iupiter in Amphitryonē.
Iupiter in aurum. Iupiter in ignem.
Iupiter in paſtorem. Iupiter in ſerpentem.
Neptunus in iuuencum. Neptunus in enipenum.
Neptunus in Arietem. Neptunus in equum.
Neptunus in Delphinem. Apollo in paſtorem.
Apollo in accipitrem. Apollo in leonem.
Bacchus in uuam. Saturnus in equum.
Aragne in araneam. Niobe in lapidem.
Agreſtes lyciæ in ranas. Marſias in flumen.
Pelopis humerus ex ebore.
Progne & philomena in aues. Tereus in upupam.
Zetes & calais alati efficiuntur.

METAmorphoſeis ſeptimi libri.

Dentes draconis in homines.
Aeſon ex ſene iuuenis.
Liberi nutrices ex uetulis iuuenes.
Aries in agnum.
Cerambus in auem.
Draco in ſaxum.
Iuuencus in ceruū
Cæ matronæ in boues.
Telchines in ſcopulos.
Alodamantes filia in columbam.
Cygnus hyries filius in olorem.
Hyrie in ſtagnum. Cambe in auem.
Cephiſi nepos in phocam.
Eumeli filia in uolucrem.
Fungi in homines
Phineus & periphas in aues.
Polyphemonis neptis in uolucrem:
Spuma cerberi in aconitum.
Scironis oſſa in ſcopulos. Sythonis in monedulā.
Formicæ in homines.
Cephalus ab aurora in nouā figuram mutatus.
Canis & fera in lapides.

METAmorphoſeis octaui libri.

Scylla niſi filia in auē Cirin. Niſus in halyætum:
Ariadnæ corona in ſidus.
Perdix in auem ſui nominis.
Meleagri ſorores in aues.
Quinq; naiades in inſulas Echinadas.
Perimele in inſulam.
Iupiter & Mercurius in homines.
Vicus in paludem.
Caſa philemonis in templum.
Philemon & baucis in arbores.
Proteus in uarias ſpecies.
Eriſichthonis filia in uarias formas.
Achelous in uarias facies.

METAmorphoſeis noni libri.

Achelous in ſerpentem & taurum.
Copiæ cornu. Herculis labores.
Lycas in ſcopulum.
Hercules in deum:
Galantis in muſtellam.

Driope in arborem loton.
Iolaus ex ſene iuuenis.
Calliores pueri in iuuenes.
Byblis in fontem.
Virgo in marem.
METAmorphoſeis decimi libri.
Orphei ad inferos deſcenſus.
Olenus Lethea: in lapides.
Atys in pinum:
Cypariſſus in cupreſſum.
Iupiter in aquilam.
Hyacinthus in florem.
Ceraſtæ in iuuencos.
Propeſides in ſaxa.
Statua eburnea in uirginem.
Mirrha in arborem ſui nominis.
Hippomenes & atalanta in leones:
Adonis cruor in florem purpureum.
Mynthe nympha in herbam mentam.
METAmorphoſeis undecim libri.
Serpens in lapidem.
Thracie mulieres quæ orpheũ occiderunt i arbores.
Contacta a Mida in aurum.
Harenæ pactoli in aurum.
Midæ aures in aſininas.
Neptunus & Apollo in homines.
Thetis nympha in plura.
Dedalion in accipitrem.
Lupus in ſaxum.
Ceix & alcione in aues.
Eſacus in mergum.
METAmorphoſeis duodecimi libri.
Serpens in lapidem
Iphigenia in ceruam. Famæ ædiũ deſcriptio.
Cygnus Neptuni filius in auẽ ſui nominis.
Lapytharum cõcentauris pugna.
Cænis in marem inuulnerabilem.
Ceneus in auem.
Peridemenus in Aquilam.
Achillis interitus.
METAmorphoſeis decimitertii libri.
Iudicium armorum. Achillis.
Aiacis cruor in florem.
Hecuba in canem.
Memnonis fauillæ in aues.
Anii filiæ quæ ſuo tactu omnia in frumentum: uinũ.
oleum tranſformabant in colũbam
Echionis filiarum fauillæ in iuuenes
Ambratius iudex in ſaxum
Moloſſi filii in aues.
Scylla in monſtrum marinum.
Acis in flumen.
Glaucus in deum marinum.
METAmorphoſeis decimiquarti libri.
Scyllæ inguina in caniculas.
Eadem in ſaxum.
Cercopes in ſimias.
Sybilla in uocem.
Socii ulyxis in feras.
Idem in homines.
picus in auem.
Socii eius in feras.
Canens pici uxor loco nomen dedit.
Diomedis ſocii in aues.
Apulus paſtor in oleaſtrum:
Naues æneæ in nymphas.
Alcinoi naues in ſaxum.
Ardea urbs in auem ſui nominis.
Aeneas in deum.
Vertumnus in uarias formas.
Vertumnus in anum.
Anaxarete in lapidem.
Aquæ calidæ in frigidas Romulus in deum.
Herſilia in horam deam:
METAmorphoſeis decimiquinti libri.
Calculi nigri in candidos
Animæ in uaria corpora.
Annus in quatuor tempora:
Elementorum quatuor alternæ mutationes.
Qui fluuii a terra abſorbeantur atq; reddantur:
Quoq; fluuioq; aquæ ex dulcibus amaræ ſint factæ.
Quæ inſulæ a continenti ſint adiectæ
Quæ inſulæ a continenti auulſæ.
Quæ urbes a mari abſorptæ.
Aquarum miracula.
Quæ inſulæ ex mobilibus immobiles ſint effectæ.
Cur ætna mons ſiciliæ ardeat.
In Pallena urbe homines in aues
Scythicæ fœminæ in aues.
Ex uitulis apes naſcuntur.
Ex equo crabrones.
Ex cancro ſcorpius.
Ex tineis agreſtibus papiliones.
Ranæ ex limo.
informis urſarum partus.
Apes initio uermes
Ex oui uitello aues.
Ex medulla humana angues.
Phœnix auis quo modo generetur.
Hyena fera in uarias figuras.
Chamæleon in uarios colores.
Vrina lyncum in lapillum.
Coralium lapis ſub aqua mollis: extra dureſcit.
Gentium ſpecies uariæ.
Hippolytus in deum Virbium.
Aegeria nympha in fontem.
Gleba in puerum.
iaculum romuli in arborem.
Cornua cippo nata.
Aeſculapius in draconem.
Iulius Cæſar in ſtellam.

FINIS


Ex libris illm̃ Principis Epi Lubecen̄ Bibliothe: Oberburg

Primus

Raphaelis Regii in metamorphoſin Ouidii enarrationes.

IN noua fert animus. Cõſueuerũt heroici poetæ latini in principiis ſtatim operꝭ ſuoꝝ pponere primũ quibus de rebus ſint in toto opere tractaturi, deide iuocare, tertio loco narrare. Quãq; græci fere ppoſitionẽ cum iuocatione cõiungãt. Eam cõſuetudinẽ Ouidius quoq; in huius operis initio ſeruat. Nã & breuiſſime ea de quibus eſt ſcripturus proponit. & deos: ut ſibi adeſſe uelint: rogat. & narrationem ab ipſo mundi primordio orditur. In noua. Eſt inquit mihi animus deſcribendi mutationes corporum in nouas figuras. Hac autem propoſitione: quæ ſummã eorum continet: quæ in toto opere tractantur: & dociles & attenti lectores efficiuntur. Fert animus, cupit. Nam ferre iter alia ſignificata eſt ẽt cupe. Mutatas formas, hoc ẽ corpa ĩ nouas formas figuraſq; mutata. Eſt. n. hypallage. Nam corpora in nouas formas rectius mutari dicuntur q̃ cõuerſo. Eleganter aũt operis iſcriptionẽ expreſſit. Nam metamorphoſis tranſformatio ac formæ mutatio dicitur. Dii cœptis. Deos inuocat qui earum mutationum auctores fuerunt: ut ſibi ita fauere uelint: ut quæ a principio mundi uſque ad ſua tempora factæ ſunt mutationes: perpetuo carmine cõplecti poſſit. Nã uos mutaſtis & illas. Parentheſis eſt cauſam inuocationis continens. Cum enim dii huiuſmodi mutationum fuerint auctores: facile eas memoriæ ſcribentis ſuppeditare poſſunt. Eſt autẽ ordo, Nam & uos mutaſtis illas, ac ſi diceret: uos & non alii fuiſtis auctores huiuſmodi trãſformationum. Eſt enim emphaſis qua plura ĩnuuntur: q̃ oſtendantur. Et, etiam. Aſpirate, ſpiritum ac fauorem imittite. Eſt autem a uẽtis ſumpta tranſlatio: qui dum nauium uela implent: aſpirare proprie dicuntur. Vergilius. Aſpirat primo fortuna labori. Primaque ab origine mundi, a prima mundi creatione. Platonem ac ſtoicos ſequitur qui ſentiunt mundum initium habuiſſe a deoq; genitum fuiſſe: quod Ariſtoteles negat. Mundus autem eſt: ut ait Poſſidonius in meteoris, qui cõſtat ex cælo & terra: & terrenis, cæleſtibuſq; naturis. Siue qui conſtat ex diis & hoĩbus iiſq; rebus quæ hoꝝ gratia conditæ ſunt. Ab ornatu uero tam latini mundum q̃ græci κοσμον appellarunt. Ad mea, uſq; ad mea tempora. Deducite, producite, protrahite. Proprie autem: ut inquit Fabius: deduci carmina dicũtur: cum ſcribuntur. Perpetuum, continuum ſic ut nulla tranſmutatio prætermittatur: alteraq; alteri concinne apteque connectatur. Ante mare & terras. Hæc eſt narratio: quam a prima mundi origine poeta repetit: ut deſcribat primam omnium mutationem. Nam ex Hæſiodi ſententia: quem potiſſimum hoc loco ſequitur Ouidius: primum omnium fuiſſe chaos: hoc eſt: quandam rerum omnium ſine ulla forma confuſionem: quæ materia prima a phyſicis uocatur: ex qua primum elementa quatuor ac totum mundum effectum eſſe ait: cum antea nihil foret diſtinctum: ſed omnia ita eſſent confuſa: ut neque terra ab aere, neque aer ab aquis, neque aquæ ab æthere ſeparatæ eſſent. Vnde & chaos fuit appellatum, hoc eſt confuſio quædam & commiſtio. Primum itaque deſcribit Ouidius Chaos ipſum, deinde narrat quemadmodum in quatuor elementa etherem, aerem, aquam, terram fuit commutatum. ſicque diſcretum. ut æther ſummum locum propter leuitatem apprehenderit, proximum aer, aqua tertium, in infimum terra propter grauitatem detruſa fuerit.

Et quod tegit omnia cælum, hoc eſt ante mundi conſtitutionem. Nam mundus: ut inquit Plynius: alio nomine cælum dicitur, omnia continens: extra quod nihil prorſus eſſe poteſt. Sed cælum proprie eſt extrema circumferentia in qua diuinum omne fixum ac locatum eſt. Cælum autem dictum eſt: quod uariis ſideribus ſit cælatum. De mundi autem creatione uariæ ſunt priſcorum opiniones. Sed ouidius ut dixi: Heſiodum ſequitur: qui in Theogonia chaos deſcribit: ex eoq; omnia fluxiſſe aſſerit. Vnus uultus, aſpectus unus nulla penitus uarietate diſtinctus. Quem dixere chaos. Si eſſet ſoluta oratio quod legeretur. Tale eſt enim quale illud Saluſtianum. Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur. Chaos autem απο του χεειν hoc eſt a fundendo uenit. Rudis indigeſtaque moles, hoc eſt impolita indiſtinctaque magnitudo. Niſi pondus iners, pigrum & immobile omnique arte carens. Congeſtaque eodem, hoc eſt ſemina & primordia rerum male coniunctarum inter ſe diſſidentia in eundem locum conducta & congregata. Nullus adhuc mundo. Quale eſſet illud primum chaos: apertius iis declarat: quibus mũdus poſtea fuit diſtinctus. Nam neque ſol inquit ullus erat qui lumen funderet, neque ulla luna: quæ modo creſceret, modo decreſceret, nulla terra, nullum mare, nullus aer uidebatur. Sed omnia unum chaos erant. Nullus Titan, nullus ſol. Nam Titan: qui & Titanus dicitur: frater fuit Saturni. Vnde ſol origine ducens Titan fuit appellatus: quẽadmodũ



P. Ouidii Naſonis Sulmonenſis metamorphoſeos Liber primus.

IN noua fert aĩus muta
tas dicere formas
Corpora. dii cœptis (nã
uos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis: primaq;
ab origine mundi
Ad mea ꝑpetuũ deduci
te tempora carmen.
Ante mare & terras &
quod tegit oĩa cælum
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe:
Q uem dixere chaos: rudis indigeſtaq; moles:
Nec quicq̃ niſi pondus iners: cõgeſtaq; eodem
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina titan.

luna Titanis uocatur. Noua phœbe. Noua luna. Singulis enim quibuſque menſibus luna renouatur. Vt autem phœbus pro ſole: ita phœbe pro luna ponitur. Reparabat. renouabat. inſtaurabat. Nec circunſuſo pendebat in aere tellus. hoc eſt. nec terra ſuis ac propriis ponderibus ſuſtentata in aere ſuſpenſa erat: quem admodum nunc eſſe uidetur. Nam terra idcirco mundi centrum eſſe dicitur: quia in medio elementorum omnium eſt ſita. Sola autem elementorum immobilis permanſit. Ponderibus librata ſuis. hoc eſt ſua grauitate ſuſtentata ſic ut nulla ex parte ſurſum uerſus trudi poſſit. ſed in imo ſemper ſidat. Nec brachia longo. hoc eſt. nec ullus oceanus mediterranea maria effecerat. Maria nanq; mediterranea oceani brachia eſſe uidentur. Longo margine. longa extremitate terrarum. Nam Margo uniuſcuiuſque rei dicitur extremitas. Amphitrite ſic eſt legendum non amphitrites ut quidam aſſerentes pro Neptuno poni. Nam amphitrite oceani fuiſſe filia dicitur: quæ cum perpetuam uouiſſet uirginitatem: Neptunum: qui ipſius maritus eſſe cupiebat: aſpernata ad Atlantem confugit. Miſſus autem delphin ei Neptuni nuptias perſuaſit. Amphitrite autem pro mari uniuerſam terram circũeunte ponitur. Nulli ſua forma manebat. hoc eſt nullum elementorum proprium habebat figuram. Obſtabatque aliis aliud. hoc eſt inter ſe elementa pugnabant: quia contrariæ qualitates in eodem erant ſubiecto qđ nũc fieri nõ põt ut i eodẽ ſubiecto contraria ſimul exiſtãt. Neq; n. idẽ ſimul calidũ & frigidũ. aut molle & durũ. aut graue & leue eẽ põt. Hãc deus. Narrat quẽadmodũ chaos illud qđ hactenus deſcripſit: in quatuor elementa fuerit mutatum itaq; diſtinctum: ut æther omnium leuiſſimus ſupremum occupauerit locum. Proximus aeri ceſſerit Aqua: & terra propter grauitatem in imo reſederint. Vt autem iquiunt Stoici Deus eſt animal immortale rationale perfectũ ſiue itellectuale. beatum. a malo omni remotiſſimũ prouidentia ſua mundum & quæ ſunt in mundo diſponens omnia. non tamen ineſſe illi humanæ formæ lineamenta aiunt. Cæterum eſſe quidem opificem inmenſi huius operis ſicuti & patrem omnium. Et melior natura. Meliorem naturam deum uocat: qui mens & cauſa a Platone appellatur. Nam Plato quoq; duo reru principia poſuit Deum & materiam quam informem & infinitam eſſe ait. Eamque in quatuor elementa ignem. aerem. aquam. terram a deo ſiue mente fuiſſe conuerſam aſſerit. Hoc idem & Stoici ſenſerunt: qui unum eſſe deum aiunt: ipſumque & mentem & fatum & Iouem multiſque aliis nominibus appellatum ex informi materia primum quatuor elementa genuiſſe. Diremit. diſſoluit. Proprie autem dirimi dicuntur lites & prælia: cum diſſoluunt atque tollun-
tur. Ab æthere ſpiſſo. Aetherem pro aere poſuit in quo & nubes generantur & pluuiæ. Nam æther & puriſſimus eſt: & ab omni perturbatione alienus. Liquidum autem celum pro æthere poſuit. Secreuit. ſeparauit: atque diſtinxit. Quæ poſtq̃ euoluit. Poſteaq̃ inquit deus quatuor elementa explicuit: ac ex illo aceruo: quod chaos dicunt: eduxit: q̃uis locis diſiuncta forent: quadam tamen concordia ea copulauit. Nam ut aiunt phyſici elementa primis quatuor qualitatibus partim inter ſe conueniunt partim a ſe inuicem diſſidẽt. Nam ignis cũ ſit calidus & ſiccus aeri qdẽ caliditate copulatur. ab eodem uero ſiccitate qua terræ ſimilis eſt. diſſidet. Aer cum humidus ſit & calidus: humiditate aquæ reſpondet. caliditate repugnat. Nam aqua humida eſt & frigida. Et frigiditate quidem ſibi terram conciliat: humiditate uero eandem ab ſe alienat. Nam terra frigida eſt & ſicca. Ita hac pace tam concordi elementa inter ſe uidẽtur fuiſſe copulata. Ignea uis. periphraſis eſt ætheris atque ignis. qui ſupremum propter leuitatem ſibi locum uendicauit. Summa arce. excelſa & alta. Nanque arces in urbibus in eminentioribus locis exædificari ſolent. Legit. elegit. Proximus eſt aer illi. Aer inquit & leuitate & loco proxime ad ignem ætherem que accedit. Nam aer ſi terræ aquæue compare-
tur leuis eſt. Si ætheri grauis. Denſior his tellus. hoc eſt. craſſior & grauior. Elementaque grandia traxit hoc eſt. partes magnas & grauiores ex illo aceruo ſecum traxit. Elementa autem pro partibus poſuit. Nam elementum eſt: ex quo primo prodeunt quæ fiunt & in quod extremum reſoluũtur. Et præſſa eſt grauitate ſui. hoc eſt. ob ſuam grauitatem in infimum locum deſcendit. Omne enim graue natura deorſum tendit Videtur autem Ouidius terræ tertium ab igne locum aſſignare: cum in ultimum detruſam fuiſſe propter grauitatem immobilitatemque conſtet. Sed Ouidius ſcite recteque loquitur. Non enim infima loca ſed ultima terrarum ab aquis occupata fuiſſe ait: neque uulgi opinionem hoc loco ſequitur ut quidam putant qui

Nec noua creſcendo reparabat cornua phœbe.
Nec circunfuſo pendebat ĩ aere tellus
Ponderibus librata ſuis. nec brachia longo
Margine terraq; porrexerat amphitrite.
Q uaq; erat & tellus: illic & pontus & aer.
Sic erat inſtabilis tellus. innabilis unda.
Lucis egens aer. nulli ſua forma manebat.
Obſtabatq; aliis aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis. humentia ſiccis.
Mollia cũ duris. ſine pondere habentia pondus.
Hanc deus & melior litem natura diremit.
Nam cælo terras: & terris abſcidit undas:
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab æthere cælum.
Q uæ poſtq̃ euolu it: cæcoq; exemit aceruo:
Diſſociata locis concordi pace ligauit.
Ignea conuexi uis & ſine pondere cæli
Emicuit. ſummaq; locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aer illi leuitate locoq;:
Denſior his tellus: elementaq; grandia traxit:
Et preſſa eſt grauitate ſua. circunfluus humor

Ethere uiget
Ante leues paſcitur in ethere cerui

aquam ultimum elementum esse putat: quia totam inundari terrã ab aqua non uidet. Sed aqua idcirco ab inundatione totius terræ arcetur: ut terrenis animalibus in primisque homini loca non desint. Quod si hoc non fuisset: aqua non minus q̃ aer undique totam terram complecteretur. Id quod innuit Ouidius cum inquit. Solidumq; coercuit orbem. hoc est continuit solidum & durum terræ orbem. Coercere enim eam non posset: nisi undique ipsam complecteretur. Mediam nãque omnium elementorum terram esse physici imprimisque Stoici affirmant. Vnde & mundi centrum esse perhibetur. Sic ubi dispositam. Hoc loco & quatuor describit elementa: & ea q̃bus unũquodq; ipsorum est istructum. Quisquis fuit. Innuit se ignorare quisnã deoꝝ: ille fuerit: qui quatuor elementa distinxit. Secuit. separauit ac diuisit. In mẽbra redegit. In partes diduxit. Principio terram. Posteaq̃ inquit Chaos in quatuor elementa distinxit: effecit ut undiq; terra foret rotunda. Variisque rebus instrueretur. Ne non æqualis. hoc est ut æqualis undique esset. Duæ enim negationes affirmationem constituunt. Glomerauit. effecit ĩ similitudinem magnæ pilæ: quæ ex omni parte sibi est æqualis

Vltima possedit: solidumq; coercuit orbem.
Sic ubi dispositam: quisquis fuit ille deorum:
Congeriem secuit: sectamq; in membra redegit.
Principio terram ne non æqualis ab omni
Parte foret: magni speciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit: rapidisq; tumescere uentis
Iussit: & ambitæ circundare littora terræ.
Addidit & fontes: & stagna immensa: lacusq;:
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis:
Quæ diuersa locis partim sorbentur ab ipsa:
In mare perueniunt partim: campoq; recepta
Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant.
Iussit & extendi campos. subsidere ualles.
Fronde tegi siluas. lapidosos surgere montes.
Vtq; duæ dextra cælum: totidemq; sinistra
Parte secant zonæ. quinta est ardentior illis.
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei: totidemq; plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media est: non est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas. totidem inter utranq; locauit:
Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma.
Imminet his aer: qui q̃to est pondere terræ
Pondere aquæ leuior: tanto est onerosior igne.
Illic & nebulas. illic consistere nubes
Iussit: & humanas motura tonitrua mentes:
Et cum fulminibus facientes frigora uentos.
His quoq; non passim mundi fabricator habendum
Aera permisit. uix nunc obsistitur illis:
Cum sua quisq; regat diuerso flamina tractu:
Quin lanient mundum. tanta est discordia fratrum.
Eurus ad auroram nabathæaq; regna recessit:

Tum freta diffudit. hoc est maria mediterranea ĩmisit. Nam freta proprie dicuntur maria angusta inter duas terras existentia a feruendo deducta. Flumina decliuia. prona ac dehorsum labentia

Quæ diuersa locis. Fluminum naturam describit. Nam quædam ab ipsa sorbentur terra. quædam in mare deferuntur. Campoq; recepta. Campus est terræ planicies. sed hoc loco pro æquore ponitur. Iussit & extendi campos hoc est terræ planicies dilatari. Subsidere. in ima descendere. Vtque duæ dextra cælum. Quinque Zonis & circulis cælum secatur in quinque partes quibus distinguitur etiam terra. Earum duæ ultimæ frigore rigent. mediam sol urit. reliquæ inter frigus & calorem ita sunt temperatæ: ut in iis demum habitare possint. q̃q̃ earum altera in qua esse dicuntur antipodes: nobis penitus ignoretur. Quinta est ardentior illis. Per eam nãq; sol decurrit. Totidem inter utranq; locauit. hoc est. duas tẽperatas inter extremas & mediam collocauit: quæ idcirco sunt temperatæ: quia & frigore participant & calore.

Imminet his aer. Nunc aerem ita describit. ut omnia quæ ĩ eo fiũt: cõmemoret. Tanto est onerosior. ponderosior. grauior. Motura. commotura ac terrefactura. Vix nunc obsistitur illis. hoc est cum difficultate resistitur uiolentiæ uentorum: q̃uis unicuique eorum propria loca fuerint assignata. Quod si totus aer illis fuisset permissus: de rebus humanis actum foret. Sua flamina. suos spiritus. Diuerso tractu. diuersis regionibus. Nam Eurus ab oriente. Zephirus ab occidente. Auster a meridie. Boreas a septentrione flare dicuntur. Quin lanient mundum. dissipent ac dilacerent. Tanta est discordia fratrum. Pulchra acclamatio: quali Vergilius quoque utitur. Tantæ molis erat romanam condere gentem. Venti autem idcirco fratres dicuntur: quia auroræ & Astræi gigantis filii fuisse fingunt. Eurus ad auroram. Quemadmodum singuli e principalibus uentis singulas mũdi partes sint sortiti: perspicue eleganterque describit. Notum est autem mundum in quatuor partes distingui in oriẽtem occidentem. meridiem & septentrionem. Eurus autem latine dicitur uulturnus. Nabathæa regna. orientalia. Nabath enim Ismahelis filius: ut in sacris litteris legitur: in oriente regnauit. Vnde Nabathæa regna fue-

re appellata. Perſidaque. Perſis quæ & Perſia dicitur regio eſt Indiæ finitima. Variis autem modis orientem: unde flat Eurus: deſcripſit. Veſper & occiduo. Euro contrarius Zephyrus quẽ fauonium: quod ſatis omnibus faueat: latini appellant: ab occidente flat: Veſper autem pro occidente idcirco ponitur: quod illic ueſper ſtella: quæ & heſperus dicitur: i principio noctis apparet. Occiduo ſole. occidente. Scythiam ſeptemq; triones. Boreas uentus eſt frigidiſſimus flans a ſeptentrione: qui latine Aquilo nominatur. Scythia autem regio eſt ad ſeptentrionem ſita. Septemque triones. Priſca lingua triones boues dicebantur aratorii. Septem autem ſtellæ ita in ea parte cæli ſunt collocatæ: ut plauſtrum cum bobus effingere uideantur: quæ & ſeptentriones uocãtur: & illi regioni ſeptentrioni nomẽ impoſuerunt. Non eſt autem hoc loco tineſis: ut quidam putant: qui eam temeſin imperite uocant: cum biſyllaba dictio ſit non triſyllaba. Sunt enim duæ dictiones quæ iunctæ quidem ſeptentrionis nomen efficiunt Horrifer. horrorem ac frigus ferens. Contraria tellus. hoc eſt meridionalis plaga ſeptentrioni contraria. Pluuio auſtro. Auſter uentus eſt calidus & pluuioſus a meridie flans: qui græce dicitur notus ab humiditate. Qui plura de uentis uidere cupit: legat & Vitruuium & Plynium. &. A. gellium. & Senecã de quæſtionibus naturalibus. Hæc ſuper impoſuit. Aeri inquit: in quo uenti regnant: ſuper impoſitus eſt æther: qui & grauitate, & omni perturbatione caret. Vnde Lucanus Pacem ſumma tenent.

Perſidaq; & radiis iuga ſubdita matutinis;
Veſper & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt:
Proxima ſunt zephyro. ſcythiam ſeptemq; triones
Horrifer inuaſit boreas: contraria tellus
Nubibus aſſiduis: pluuioq; madeſcit ab auſtro.
Hæc ſuper impoſuit liquidum & grauitate carentem
Aethera: nec quicq̃ terrenæ fæcis habentem.
Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis:
Cum quæ preſſa diu maſſa latuere ſub ipſa
Sydera cœperunt toto fulgeſcere cælo.
Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba:
Aſtra tenent cæleſte ſolum: formæq; deorum.
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ.
Terra feras cepit. uolucres agitabilis aer.
Sanctius his animal mentiſq; capacius altæ
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera poſſet:
Natus homo eſt. ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo:
Siue recens tellus ſeductaq; nuper ab alto
Aethere cognati retinebat ſæmina cæli:
Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram:

Liquidum. purum ab omnique ſe e & perturbatione remotum. Vix ita limitibus. Cum primum inquit elementa ſic fuere diſtincta: ut ſuperius eſt deſcriptũ: ſtellæ: quæ antea latuerãt: totum cælum illuſtrare cœperunt. Diſcreuerat diſtinxerat. Vnde diſcreti homines a uulgo appellari cœperunt: qui res diligẽter diſcernere ſciunt. Deus autem ſiue melior natura ſubaudiat. Limitibus certis. hoc eſt terminis fixis ac imutabilibus. Sub ipſa maſſa. ſub ipſo aceruo: quod chaos priſci uocarunt. Preſſa. compreſſa ac coercita: ne ſplendorem ſuum emittere poſſent. Neu regio. Animalibus ita mundi partes fuerunt exornatæ: ut dii & aſtra cælum tenerẽt. piſces maria ſortirentur. Feræ terras occuparent. Volucribus aer ſit aſſignatus. Neu. pro & ne. Orba priuata. Suis animalibus: propriis ac ipſi conuenientibus. Aſtra tenent cæleſte ſolum. Eorum ſequitur opinionem qui aiunt ſydera & deos eſſe animalia. propter quod in definitione hominis mortale apponitur: ut a ſtellis & diis quæ ſunt immortalia diſtinguatur. Eſt enim homo animal rationale mortale. Solum autem quicquid rem aliquam ſuſtinet: ut nauium piſciumq; mare dicitur eſſe ſolum. hominum uero terra. auium aer. ſyderum ac deorum cælum. Vnde etiam natale ſolum patriam dicimus. & exulem qui ex patria ſit expulſus: quaſi extra ſolũ ſit eiectus. Ceſſerunt. proprie dixit hoc eſt in diuiſione optigerunt. Agitabilis aer. mobilis qui facile huc atque illuc impellitur. Sanctius his animal. Vltimus animalium homo ex terræ limo ad imaginem & ſimilitudinem dei fuit creatus ſiue a deo totius mundi opifice: quod uerum eſſe conſtat: ſiue a Prometheo Iapeti filio: quod poetæ finxerunt. Sanctius his animal. Feris. piſcibus. & auibus non diis hominem ſanctiorem perfectioremque accipiamus. Altæ mentis. profundæ memoriæ magnique ingenii.

Et quod dominari in cætera poſſet: quod in reliqua imperiũ haberet. omnia enim poteſtati hominis deus ſubiecit. Ille opifex rerum. Periphraſis eſt dei. Nam deus rerum omnium eſt auctor. Seducta. ſeparata. Cognati cæli. ſimul nati. Nam terra una cum cælo ex illo aceruo: quod chaos uocarunt: orta eſſe perhibetur. Quam ſatus Iapeto. hoc eſt Prometheus Iapeti filius. Qui ſi fuerunt homines: falſum eſt hominem primum a Prometheo ex terra cum aqua commixta fuiſſe formatum. Sed cum fabula ſit: minime mirandum eſt: ſi longe a ueritate abeſt. Finxit. formauit. In effigiem. In ſimilitudinem & imaginem. Moderantum. regentium & gubernantium. Pronaque cum ſpectent. Colligit hominem ad imaginem & ſimilitudinem dei fuiſſe creatum. Cum enim alia animalia curua ſint in terram: homo ſolus ore ſublimi ad cælumque erecto præditus eſt: ut deum ad cuius effigiem creatus ẽ: aſſidue cõtempletur: & cælum: ũde origin&

traxit: intueatur. Cælumque uidere iussit. Sic Cicero in legibus. Cum cætera animantia abiecisset ad pastum: solum hominem erexit ad cæli cognitionem. Sic modo. Hoc inquit modo terra: & ex illa rerum cõgerie fuit educta. & homines antea sibi ignotos accepit: ex quorum uariis moribus quatuor distictæ sunt ætates: quæ a metallorum nominibus fuerunt appellatæ. Sic modo. nuper. paulo ante. Sine imagine. sine forma & facie. Induit. accepit. Conuersa in figuram. eam quam habet. Aurea prima sata est ætas. Ex uariis hominum moribus quatuor ætates effectæ uidentur: quibus pro morum qualitate a metallis nomina imposita fuere. Prima nanque aurea fuit appellata: quod optimis moribus illo tẽpore quo saturnus regnauit: homines floruerint. Secunda argentea: quod quo tẽpore cœpit regnare iupiter: in uitia homines inclinare cœperunt. Tertia ærea. quã bella occuparunt. Quarta Ferrea: quod in ea a nullo crudelitatis genere se homines abstinere constat. Sata. seminata ac ex moribus hominũ effecta. Quæ uindice nullo. hoc est. punitore & castigatore Rectumque. honestum ac uirtutes.

Os homini sublime dedit: cælumq; uidere
Iussit: & erectos ad sydera tollere uultus.
Sic modo quæ fuerat rudis & sine imagine tellus:
Induit ignotas hominum conuersa figuras.
Aurea prima sata est ætas. quæ uindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumq; colebat.
Pœna metusq; aberant. nec uerba minantia fixo
Aere ligabantur. nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui. sed erant sine iudice tuti.
Nondum cæsa suis: peregrinum ut uiseret orbem
Montibus in liquidas pinus descenderat undas:
Nullaq; mortales præter sua littora norant.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.
Non tuba directi. non æris cornua flexi.
Non galeæ. non ensis erat. sine militis usu
Mollia securæ peragebant ocia gentes.
Ipsa quoq; immunis rastroq; intacta: nec ullis
Saucia uomeribus per se dabat omnia tellus.
Contentiq; cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus montanaq; fraga legebant:
Cornaq;: & in duris hærentia mora rubetis:
Et quæ deciderant patula iouis arbore glandes.
Ver erat æternum. placidiq; tepentibus auris
Mulcebant zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Flumina iam lactis. iam flumina nectaris ibant.
Flauaq; de uiridi stillabant illice mella.

Nec uerba minantia. Periphrasis est legum atque edictorum: quæ in æs incisa ut ab omnibus legi possent: publicis parietibus affigebantur. Nec supplex turba. Nam aureæ ætatis tẽpore nullus erat iudex: cum omnes essent pares ac sponte recte agerent. Nondum cæsa suis. Tũc inquit nemo ad nauigãdum naues fabricatus est. Vnusquisque suis locis contentus erat. Nondum præcipites. Nulla tunc inquit oppida erant. Præcipites. altæ. Non tuba directi. Nulla tunc inquit bellica instrumenta in usu erant.

Non æris cornua flexi. periphrasis est litui. Nam lituus tuba est inflexa & uirga qua augures tẽplũ designabant. Ipsa quoque immunis. Terra inquit sine ullo cultu omnia uictui animalium necessaria abunde suppeditabat. Immunis. aut a cultura: ut dicimus aliquem ab officiis ciuilibus immunem. aut sine ullo seminum munere. Semina enim quæ terræ committuntur: munera in ipsam collata uidentur. Rastro ligone. sarculo. Est enim instrumentum ad excolendam terram accõmodatum. Saucia. uulnerata. Cum enim terra proscinditur aratris maxima tum uulnera pati uidetur. Nullo cogente. nullo colente agros. Qui enim agros colit: cogere ipsos uidetur: ut fructus emittant. Arbuteos fœtus. fructus arbuti: quæ est arbor admodum humilis poma ferés rubicunda. Montanaque fraga. Perite. nam in montibus fraga rubicunda ex herbulis colliguntur. Vergilius. & humi nascentia fraga. Cornaque. Poma sunt rubicunda: quæ propter nucleorum duriciem lapidosa a Vergilio dicuntur. Lapidosaque corna. Mora. poma sunt nunc quidem nigra. unde & nomẽ. Maurum nanque significat nigrum. ante uero mortem Tisbes alba fuisse dicuntur. In duris rubetis. asperis & spinosis. Rubetum autem dicitur locus rubis & spinis consitus: ut oliuetum oliuis. Rubeta uero est rana præsentissimi ueneni in rubis uiuens. Et quæ deciderant. Glandibus quoque inquit: quæ ex quercubus arboribus ioui dicatis cadebant: uescebantur illi homines primi. Ver erat æternum. Nullæ tunc inquit erant mutationes temporum. sed Zephyri assidue flantes sine ullo semine nascentes fouebant flores sicut uer semper esse uideretur. Mulcebant. lenibant fouebant. ut neque nimio calore neque frigore arescerent. Nec renouatus ager. Tunc minime opus erat agros renouare: cum singulis quibusque annis sine ullo cultu frumẽta ferrent. Canebat. canescebat & canus fiebat. Nam agri frumentis maturis quodam modo canescere uidentur. Iam flumina nectaris ibant. Nectar potio deorum suauissima esse dicitur. Flaua mella. a colore dicuntur. Flauus autem color ut ĩquit gellius ex uiridi albo & ruffo constat Stillabant. guttatim cadebant.

De uiridi illice. Speciem pro genere posuit. Nam illicem pro omni arbore accipimus. Illex autem arbor est

glandifera. Postq̃ Saturno. Aureæ ætati qua Saturnus regnauit: subnectitur argẽtea: qua regnauit Iupiter: quæ ut est aurea deterior: sic est ænea melior. Primus autem oĩum Iupiter uer illud aureæ ætatis perpetuum in quatuor tempora commutauit: æstatem. autumnum. hyemem & uer. tũque primum calores atque frigora aerem infestare cœperunt: ideoque homines antra & spelũcas pro domibus habitare atque agros colere coacti sunt. Postq̃ Saturno. hoc est postq̃ mortuus est Saturnus. Nã illi mitti in tartara dicuntur qui moriuntur. Saturnus uero a Ioue filio regno cretæ pulsus ad Ianum Italiæ regem confugit: a quo benigne susceptus & in partem regni admissus: urbẽ condidit in iis locis ubi nunc est Roma: quam de suo nomine Saturniam appellauit. Tenebrosa in tartara. Tenebrag: plena. Tartarus locus est apud inferos p/fundissimus. Innuit autem Saturnum regem fuisse Cretæ eoque mortuum & ad inferos detrusum. Contraxit. abbreuiauit. Antiqui ueris. illius perpetui: quo aurea ætas est gauisa. Perque hyemes. Hyems est: ut Stoici definiunt: aer supra terram algidus ob solis in anteriora processum. Aestusq;. æstatem. Est autem æstas iminens terræ aer calefactus solis cursu ad septentrionem uersus. Et inæquales autumnos. Scite. Nam autũnus modo frigoribus contrahitur. modo caloribus diffundit. Idcircoque morbosus habetur. Fit uero autumnus solis recursu a nobis ad ea loca unde flãt austri. Et breue uer. Illius perpetui comparatione uer breue dicitur. Est autem uer aeris tẽperies: quando suo ad nos cursu sol agitur. Exegit. digessit. Quatuor spaciis. quatuor mensuris temporum. Singulæ nanque anni partes: ex tribus mensibus constant Canduit. candẽs & igneus est uisus propter nimium æstum. Glacies astricta. constricta & congelata. Ventis non omnibus sed borea aliisque frigidis. Ventorum nanque frigore aqua in glaciem constrigitur. Pependit. ab arboribus speluncarumque tegminibus est intelligendũ. Domus antra fuerunt. Antrum latine spelunca dicitur. Et densi frutices. Inter arbores & herbas frutices medii esse dicuntur. Nam & minores arboribus sũt: nec hyeme ut herbæ arescũt

Fructices

Postq̃ saturno tenebrosa in tartara misso
Sub ioue mundus erat: subiitq; argentea proles
Auro deterior. fuluo precioſior ære:
Iupiter antiqui cõtraxit tempora ueris:
Perq; hyemes æstusq;: & inæquales autumnos:
Et breue uer spaciis exegit quattuor annum.
Tum primum siccis aer feruoribus ustus
Canduit: & uentis glacies astricta pependit.
Tum primum subiere domos. domus antra fuerunt:
Et densi frutices: & iunctæ cortice uirgæ.
Semina tum primum longis cerealia sulcis
Obruta sunt: pressiq; iugo gemuere iuuenci.
Tertia post illam successit ænea proles
Sæuior ingeniis & ad horrida promptior arma:
Non scelerata tamen. de duro est ultima ferro.
Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
Omne nefas. fugere pudor uerumq; fidesq;:
In quorum subiere locum fraudesq; doliq;:
Insidiæq; & uis & amor sceleratus habendi.
Vela dabat uentis: nec adhuc bene nouerat illos
Nauita: quæq; diu steterant in montibus altis
Fluctibus ignotis insultauere carinæ:
Communemq; prius ceu lumina solis & auræ
Cautus humum longo signauit limite mensor:
Nec tantum segetes alimentaq; debita diues
Poscebatur humus. sed itum est in uiscera terræ.
Quasq; recondiderat: stygiisq; admouerat umbris
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Semina tum primum. Tunc primum inquit homines cœperunt & arare & seminare. Cerealia semina. frumenta. Nam Ceres prima omniũ frumenta hominibus ostendit. Tertia post illam. Aerea ætas quæ & ænea dicitur argenteam est subsecuta: cuius homines bellicosi quidem erant: procul tamẽ a nefariis sceleribus aberant. Sæuior ingeniis. durior asperior q̃ argentea foret. Horrida arma. horrorem incutiẽtia. De duro est ultima ferro. Vltima ætas in qua nos quoq; uersamur: a ferro metallo; duriſſimo propter feros mores est appellata. Nam relictis uirtutibus illius ætatis hoĩes uitia ita sunt amplexi: ut omne honestũ terras dereliqsse uideat. Protinus irrupit. Cũ ipe tu irrauit. Venæ peioris. metalli deterioris. Nã uenæ nõ tãtũ aĩaliũ dicunt sed etiã metallo;. Fugere pudor uerũq; fides. Per hæc oẽs uirtutes ab hoĩbus fugisse dicunt. Et uis. uiolẽtia. Et amor sceleratus habẽdi. Auariciæ ẽ ꝑiphrasis. quæ idcirco scelerata uocat: q; hoiem ad oẽ scelus ipellit. Vela dabat uẽtis. Probat hoies illos auariciæ nimiũ studuisse. cũ iperiti nauigãdi se tamẽ uẽtis: quo; naturã ignorabãt: cõmitterẽt. Nauita a naui idẽ ẽ q nauta. Quæq; diu steterãt. erectæ fuerãt. Insultauere exultauere ac saltus quosdã feciſſe sũt uisæ Cõemq; prius. Tũc primũ inqt terra antea cõis diuidi est cœpta. Cautus mẽsor. Callidus & astutus mẽsurator. Lõgo limite. longo termino. Termini. n. q bus agri discernunt: lõgiores sũt qui ꝑfundius in terrã defodiant. Nec tãtũ segetes. Nõ solũ inqt fruges coacta est edere terra: sed lapilli quoq; ꝑcioſi ex eius uisceribus sunt eruti. Sed itũ est in uiscera terræ. In ĩtimas terræ ꝑtes fodiẽdo descẽsum est. Admouerat appropinq̃uerat. Stygiis umbris. Inferis. eo; seqtur opinionẽ qui aiũt iferos in cẽtro terræ eẽ. Irritamẽta malorum.

Incitamenta ac ſtimuli quídam ad maſa perpetranda. Iamq; nocens ferrum. Ex eo namq; conficiuntur enſes quibus homines interimuntur. Ferroq; nocentius aurum. uere. Nam propter aurum adipiſcendũ grauiſſima fœdiſſimaq; ſcelera committuntur. Vnde Vergilius. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Quod pugnat utroq; & ferro & auro. Victoria namq; ut Ariſtophanes inquit: ſolet in illis reſidere caſtris in quibus plus auri pecuniarumq; habetur. Sanguinea manu. ſanguinolenta. Crepitantia reſonantia. Viuitur ex rapto. rapina. Gratia. concordia. Lurida. nigra. Aconita. Venena. Nã Aconitum herba eſt maxime uenenoſa ex ſpuma cerberi canis primum in coubus nata. unde & nomen accepit. Nam ακόνη græce cotem ſignificat. unde aconitum eſt deductũ. Inquirit in patrios ános. An multos annos pater ſit uicturus an paucos.

Virgilius

Iuuenal. in p̃a ſaty. Occurrit matrona potes q̃ molle calentem Porrectura uiro miſcet ſinicrit rubeta ne potes p̃ te uidẽ Aconita venena Primia feguentes nõ mit̃ parari ut poſſint niſi in ampulla æqui Monuerat q̃ ut frequenter ſolet ſenile in pũgnos ꝛ̃ canonicas habes glo. in dc. ij dd. ꝛc. Iudi.

Gigantes

Iamq; nocens ferrum: ferroq; nocentius aurum
Prodierat. prodit bellum: quod pugnat utroq;:
Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto. non hoſpes ab hoſpite tutus.
Nõ ſocer a genero. fratrum quoq; gratia rara eſt.
Imminet exitio uir coniugis. illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & uirgo cæde madentes
Vltima cæleſtum terras aſtræa reliquit.
Ne ue foret terris ſecurior arduus æther:
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes:
Altaq; congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes.
Tum pater omnipotens miſſo perfregit olympum
Fulmine: & excuſſit ſubiectum pelion oſſæ.
Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent:
Perfuſam multo natorum ſanguine terram
Immaduiſſe ferunt: calidumq; animaſſe cruorem.
Et ne nulla ſuæ ſtirpis monumenta manerent:
In faciem uertiſſe hominum: ſed & illa propago
Contemptrix ſuperum: ſæuæq; auidiſſima cædis:
Et uiolenta fuit: ſcires e ſanguine natam.
Quæ pater ut ſumma uidit ſaturnius arce:
Ingemit: & facto nondum uulgata recenti
Fœda lycaoniæ referens conuiuia menſæ:
Ingentes animos dignas ioue concipit iras.
Conſiliumq; uocat. tenuit mora nulla uocatos.
Eſt uia ſublimis cælo manifeſta ſereno:

Iacet. In nullo eſt precio. Virgo aſtræa hoc ẽ iuſtitia: quæ Aſtræi gigãtis filia fuiſſe dicitur. Cæde. ſanguinis effuſione. Ab eo enim quod præcedit id quod ſequitur eſt intelligendum. Cædes uero præcedit: & ſanguinis effuſio ſequitur. Neue foret terris. Gigantes uaſtiſſimorum corporum homines terræ filii ſine patre pedes ſerpentinos habentes non contenti cædibus terras fœdaſſe: in tantum furorem uenerũt: ut e cælo Iouem pellere fint conati. Montes enim montibus imponentes uiam ſibi munierant: qua Iouem cælo detraherẽt. Sed Iupiter fulminibus & gigantes interemit: & montes in uarias orbis partes diſiecit. E terra autem gigantum ſanguine madefacta nati feruntur homines ſanguinarii ac cædibus maxime gaudẽtes. Arduus æther. altum cælum. Affectaſſe. proprie dixit. Nam affectare ſignificat aliquid nimium appetere: quod aſſequi non poſſis repugnante natura. Olympum. mons eſt macedoniæ olympus altiſſimus. interdum tamen pro ipſo cælo ponitur. Excuſſit. quatiendo deiecit. Pelion oſſæ. Montes ſunt Theſſaliæ notiſſimi. Inde. magnitudine ac pondere. Natoq; ſanguine. Nam gigantes terræ filii fuiſſe dicuntur. Calidum animaſſe cruorẽ. hoc eſt animam calido cruori imiſiſſe. Et ne nulla. Et ut aliqua. Duas enim negationes in affirmationem cõuerti certum eſt

In faciem hominum. In figuram humanam ac deniq; in homines. non in ſimias ut quidã putant: id quod facile ex iis quæ inferuntur: colligi poteſt. Neq; enim ſimiæ aut deorum ſunt contemptrices: aut cædis auidiſſimæ: aut uiolentæ. Quare intelligamus terram gigantum ſanguine madefactam in homines crudeles gigantumq; ſimiles fuiſſe conuerſam. Scires. Scire poſſes ex auiditate cædis ex gigantum ſanguine genitam eſſe

Quæ pater ut ſumma. Iupiter cum eorum hominum crudelitatem. qui e ſanguine gigantum natierant foret contemplatus: ac in primis terram Lycaonis Arcadiæ regis feritatem ſecum ipſe cogitaſſet: non minus indoluit: q̃ eſt in uniuerſum genus humanum indignatus. Quare diis omnibus congregatis & conſilium ſuum de perdẽdo genere humano: & quæ ab Lycaone mala paſſus ſit: exponit: ac quemadmodum Lycaonem ipſum Arcadiæ regem crudeliſſimum rapaciſſimumq; in lupum commutauit. Referens. animo reuoluẽs

Fœda conuiuia. tetra & crudelia. Nam lycaon hoſpitio ſuſceptos non ſolum interficiebat: ſed etiam conuiuis comedendos apponebat: quod quidem cum Iupiter cognouiſſet: ſibiq; eius domum ingreſſo factas inſidias comperiſſet: & domum incendit & Lycaonem in lupum animal rapaciſſimum cõuertit. Ingentes animos. maximas indignationes. Conſiliumq; uocat. Conſilium & multitudo dicitur ad conſulendum congregata: & ratio faciendæ alicuius rei aut non faciendæ. ut ſeruitium & ſeruos & ſeruitutem ipſam ſignificat Concilium uero multitudinem tantum ſignificat ad conſultandum congregatam. Eſt uia ſublimis. Lacteum circulum deſcribit: per quem ad Regiam Iouis iter diis eſſe ait. Eum uero circulũ græci galaxiam uocant

απο του γαλακτος hoc eſt a lacte.unde & latini lacteum appellarunt.Nam candidus eſſe uidetur.De quo ſi quis plura uidere cupit:legat Macrobium in ſomnum Scipionis. Cælo manifeſta ſereno.Scite.Nam ut inquit Macrobius:lacteus circulus unus ex omnibus:oculis noſtris conſpicitur.alii nanque ſola percipiuntur cogitatione. Magni tonantis.periphraſis eſt Iouis. Deorum nobilium.hoc eſt clarorum:qui maiores gẽtium dii appellantur ut inquit Macrobius.Sunt autem duodecim numero.Et nomine quidem mulierum ſex.Iuno.Veſta.Minerua.Ceres.Diana.Venus.Virorum autem nomine totidem.Iupiter. Mars.Mercurius. Neptunus.Vulcanus.Apollo. Atria.aulæ. Celebrantur.frequentantur. Valuis apertis.Ianui ſpatentibus. Valuæ autem dictæ ſunt:quod dum aperiũtur in ſe reuoluuntur. Plebs habitat diuerſa locis.plebem uocat multitudinem deorum minorum. A fronte.In fronte lactei circuli potentiores inquit dii habitãt ibique ædes ſuas collocauere.Videtur autem Ouidius alludere ad palatium Romanum in quo imperatores cum principibus habitabãt. Si uerbis audacia detur.hoc eſt ſi loqui auderẽ. Palatia magni cæli.hoc eſt regiam cæli.Palatium nanque unus eſt ex collibus Romanis:in quo magnificæ imperatorum ædes conſpiciebantur.Inde factum eſt ut ampliſſimas quaſque ædes uulgus palatia uocet.

Marmoreo receſſu.in interiore ædiũ parte marmoribus incruſtata. Celſior ipſe loco.Sublimior cæteris. Terrificã Cæſariem.terrorem incutientem. Cõcuſſit terque quaterque.commouit atq; agitauit.Hoc autem habitu ſignificat Iouem fuiſſe iratum. Crebra enim concuſſio capitis idignationem ſignificat. Cũ qua.Magnam Iouis oſtendit potentiam: qui una cum capite totum mundum cõmouit. Talibus modis.hoc modo iratus atque indignatus Iupiter eſt locutus

Non ego pro mundi regno.Hac oratione Iupiter oſtendit genus humanum dignũ eſſe quod perdatur:cum dii quoq; ipſi apud ipſum minime ab inſidiis ſint tuti.Nam Lycaon ipſum Iouem deoꝝ hominumq; parentem interficere conatus ẽ. Attentos autem ſimul & beniuolos deos reddit & rei magnitudinem oſtendens & animum ſuum pro ſalute eoꝝ anxium atq; ſollicitum eſſe demonſtrans. Non ego pro mundi regno.De mundi regno Iupiter cum gigãtibus grauiſſimũ bellum geſſit:ut paulo ante diximus. Quiſq; anguipedũ.quiſq; gigantũ.Nam anguipedes dicti ſunt gigantes quod anguinos pedes habere uiderentur:ut in quinto Faſtorum Ouidius ipſe narrat. Cẽtum brachia. centum manus.Vnde & gigantes centimania centum manibus uocantur. Cælo captiuo.quod captiuum reddere cupiebant. Nam q̃q̃.Rationem aſſignat Iupiter cur magis nunc ſit ſollicitus:q̃ cum gigantes cælo manus iniicere conati ſunt.Nam q̃uis iquit gigantes uiri eſſent fortiſſimi:mihi tamen bellum minime cum toto hominum genere ſuſcipiendum fuit:ſed cum una ſolum gigantũ progenie. Ab uno corpore.ab una hominum congregatione.Nam corpus interdum pro multitudinis congregatione ponitur. Et ex una origine.exponit id quod ab uno corpore dixit.Ab una enim gigantũ progenie Ioui bellum fuit indictũ. Nunc mihi qua totum.Nunc inquit non unum hoĩum corpus:ſed totum genus humanum prorſus mihi eſt perdendum. Qua.quatenus & quouſq;. Nereus.Deus eſt marinus:ſed pro oceano ponitur:qui uniuerſam circũit terram. Circũſonat.circũſtrepit fluctibus. Per flumina iuro infera.Per ſtygẽ paludem iurat mortale genus totũ eſſe perdendũ.Stygis aũt numen dii fallere metuebant,ut ait Vergilius.Dii cuius iurare timẽt & fallere numẽ. Stygio luco.Nemori ſtygi paludi iminẽti. Cũcta prius tẽptãda.Oĩa inqt prius ſunt experiẽda q̃ genus humanũ pdaĩ.Sed mali tamẽ ſunt pdẽdi:ne boni periclitenĩ. Sed immedicabile uulnus.Hac ſimilitudine colligit genus humanũ eẽ pdendũ:cũ totũ fit corruptũ.ut.n.corporis partes corruptæ ſolẽt præcidi:ne reliquũ corpus putreſcat.Sic genus humanũ eſt pdẽdũ:ne ſatyri.nymphæ.ac fauni hoĩum ſceleribus iqnenĩ atq; infeſtenĩ. Immedicabile.iſanabile. Pars ſyncera.itegra ac ſana & icorrupta. Trahaĩ i putredinẽ & corrũptionẽ.Argumẽtaĩ ãt ab utili & honeſto. Sũt mihi ſemidei.Quænã ſit ea ps ſyncera cui timet

Lactea nomen habet candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis:
Regalemq; domum.dextra læuaq; deorum
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis.a fronte potentes
Cælicolæ.clariq; ſuos poſue re penates.
Hic locus eſt:quem ſi uerbis audacia detur
Haud timeam magni dixiſſe palacia cæli.
Ergo ubi marmoreo ſuperi ſedere receſſu:
Celſior ipſe loco ſceptroq; innixus eburno:
Terrificam capitis concuſſit terq; quaterq;
Cæſariem:cum qua terram mare ſydera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui:qua centum quiſq; parabat
Iniicere anguipedum captiuo brachia cælo.
Nam q̃ q̃ ferus hoſtis erat:tamen illud ab uno
Corpore:& ex una pendebat origine bellum.
Nunc mihi qua totum nereus circunſonat orbem:
Perdendum eſt mortale genus.per flumina iuro
Infera ſub terras ſtygio labentia luco:
Cuncta prius temptanda.ſed immedicabile uulnus
Enſe recidendum eſt:ne pars ſyncera trahatur.
Sunt mihi ſemidei,ſunt ruſtica numina fauni:

Iupiter ab humano genere:exponit. Semidei.heroes alio nomine uocãtur.maiores enim hominibus ac diis minores fuisse uidentur. Fauni.Satyri Siluani dii habiti sunt rusticani. Et nymphæ.Nymphagꝝ uaria sunt nomina. Aliæ nãq; dicũtur Nereides quæ mare icolũt. Aliæ napeæ quæ fontes. aliæ oreades quæ mõtes. Aliæ dryades. Aliæ amadryades quæ in syluis habitare unaq; cum arboribus nasci moriq; dicũtur. ὀμὸς nãq; simul & ἄρυς ἄρυος quercũ significat. Quos quoniã cæli.occurrit tacitæ obiectioni. Posset.n.quis dicere. Si times a genere humano semideis & nymphis & diis rusticis: trãsferas ipsos in cælũ ac genus humanũ iter se debacchari permittas. Sic.n.sua stultitia satis superq; punieẽ. At ĩquit Iupiter nondũ illos cẽseo dignos: qui in cælum recipiantẽ. Dignamur.dignos censemus. Sic Vergilius. Haud equidem tali me dignor honore. An satis o superi. Hoc argumẽto a maiori sumpto colligit genus humanũ oĩno esse perdendũ. Nã si mihi.ĩquit: cui ĩperium est & deoꝝ & hominũ: ĩsidias struere Lycaon feritate sua notissimus. est ausus: quo modo dii minores ab humano genere poterũt esse tuti? Habeoq; regoq;. hoc est. cõtineo & guberno. Græcũ aũt uerbũ expressit. Nã ἔχω & habeo & cõtineo significat. Notus. nobilis & famosus sua feritate. Cõfremuere omnes. Simul omnes fremere & murmurauere facinoris immanitate cõmoti. Studiis ardẽtibus. iflãmatis uolũtatibus. Deposcunt. ad pœnã subaudiendũ est. Sic cũ manus ĩpia sæuit. In Augusti gratiã hæc ab Ouidio referũtur. Sic ĩquit totũ genus humanum Iulii Cæsaris indigna cæde cõmotũ est: qua in senatu ab ĩgratis ĩpiisq; ciuibus fuit affectus: ut dii auditis Iouis insidiis inflãmati sunt. Manus ĩpia. Impioꝝ multitudo Nã sexagĩta & amplius. C. Cassio. M.q; & Decio Bruto pricipibus: ut refert Suetonius: in Iuliũ Cæsarẽ coniurarunt: eumq; in senatu tribus & uigĩti uulneribus trucidarũt. Sæuit extĩguere furit. ut extingueret. poetica.n. locutio est. Attonitũ. stupefactũ. Romanũ nomen. quod Iulius Cæsar gestis suis clarissimũ reddiderat. Nec tibi grata minus pietas. Nõ minus ĩquit Pietas populi Romani: qui moleste ferens Iulium Cæsarem fuisse interfectum omnes illius percussores est insectatus: tibi grata fuit: q̃ fuerit Ioui deorum indignatio: quam concepe runt: cum audissent insidias Ioui ipsi fuisse structas. Compressit. cõpescuit. Subsidit ut clamor: postq̃ cessauit clamor Iouis auctoritate cohibitus. Silentia rupit. locutus est. Sic Vergilius. Quid me alta silẽtia cogis rumpere. Ille quidem. Lycaon inquit ille feritate conspicuus pœnas dedit. Curam hãc dimittite. ipsũ deposcendi ad pœnam. Est autẽ Parẽthesis. Quod tamen admissum. Quãuis inquit dederit pœnas Lycaon: uolo uos tamen docere & peccatum quod admisit. & pœnam qua fuit affectus. Contigerat nostras. Narrat Iupiter quemadmodum inquisiturus hominum scelera e cælo descẽdit: susceptaque humana figura orbem terrarum peragrarit: ac tandem ad Lycaonem Arcadiæ regem peruenerit: quem in lupum idcirco se ait commutasse: quod se quoque interficere conatus est. Infamia temporis. ignominia seculi: quo teterrima quæque committebãtur. Quam cupiens falsam. Deus enim uult omnes homines bonos esse. Lustro. peragro. circumeo. Longa mora est Enumerare: Longa mora esset inquit si enumerare uellem quantum ubiq; sceleris inuenerim. Minor uero. eo quod uerum erat. Mænala transieram. Describit iter quo ad Lycaonem peruenit. Mænalus autem mons est arcadiæ celeberrimus. Latebris. latibulis. Et cum cylleno. Cyllenus mons arcadiæ Mercurio dicatus. Vnde etiam Cyllenius appellatur. Pineta. loca pinis consita. ut oliueta. Lycæi. Mons est arcadiæ Lycæus Panisacer. Et inhospita. ihospitabilia. Traherẽt. adducerẽt. Sera crepuscula. Crepusculũ dicit dubia lux. Nã creperus dubiũ significat. Vnde & decrepti senes dicũtur:

Et nymphæ: satiriq;: & monticolæ siluani:
Q uos quoniam cæli nondum dignamur honore:
Q uas dedimus certe terras habitare sinamus.
An satis o superi tutos fore creditis illos:
Cum mihi qui fulmen. qui uos habeoq; regoq;
Struxerit insidias notus feritate lycaon?
Contremuere omnes. studiisq; ardentibus ausum
Talia deposcunt. sic cum manus impia sæuit
Sanguine cæsareo romanum extinguere nomen:
Attonitum tanto subitæ terrore ruinæ
Humanum genus est: totusq; perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas Auguste tuorum:
Q uam fuit illa Iouis: qui postq̃ uoce manuq;
Murmura compressit: tenuere silentia cuncti.
Substitit ut clamor pressus grauitate regentis:
Iupiter hoc iterum sermone silentia rupit.
Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) soluit.
Q uod tamen admissum: quæ sit uindicta docebo.
Contigerat nostras infamia temporis aures:
Q uam cupiens falsam summo delabor olympo:
Et deus humana lustro sub imagine terras.
Longa mora est: quantum noxæ sit ubiq; repertum
Enumerare. minor fuit ipsa infamia uero.
Mænala transieram latebris horrenda ferarum:
Et cum cylleno gelidi pineta lycei.
Arcados hinc sedes & inhospita tecta tyranni
Ingredior: traherent cum sera crepuscula noctem.

Fauni Virgil. Et nos agreſtes pſentia numina fauni Fẽrte simꝰ fauni pedem dryadesq; puelle

Virgilius

Mænala Cylleno montes Lycæi

quorum uita in dubio eſt conſtituta. Signa dedi.hoc eſt.ſignificaui me eſſe deum. Precari.colere ac ue/
nerari. Pia uota.piorum preces. Mox ait experiar.Primo inquit Lycaon piorum uota: qui me uenera/
bantur:irridere cœpit.deinde periculum facere de mea diuinitate cogitauit. Diſcrimine aperto.manifeſto
periculo.hoc eſt.experientia. Nec erit dubitabile uerum.Nemo inquit poterit dubitare an deus ſit an mor
talis.Si enim deus erit interfici non poterit.Sin homo fuerit:facile perimetur. Nec opina.inopinata. Nec
contentus eo.Nec ſatis inquit ei uiſum eſt me uelle perdere:niſi etiam mihi in cœnã carnes humanas partim
elixas.partim toſtas appoſuiſſet. De gẽ
te moloſſa.Moloſſi populi ſũt Epiri.a q/
bus bello uictis Lycaon obſides accepe
rat:quorum unũ iugulauit:ut ipſum lo/
ui apponeret epulandum. Reſoluit.ape
ruit. Semineces artus.ſemimortua mẽ
bra & adhuc palpitãtia. Mollit.coquit

Quos ſimul impoſuit mẽſis.Poſtq̃ ait
humanæ illæ carnes mihi appoſitæ fue/
runt:ego ſtatim ædes lycaonis incendio
corripui dignas quæ in tam crudelem
dominum euerterentur. Cæterum ipſe
territus in ſyluas aufugit:& in lupum ſe/
ritati ſuæ maxime conueniens animal fu
it commutatus. Vindice flamma.ultri/
ce. Tecta. domum.a parte enim totũ
intelligimus. Dignos qui incenderen/
tur:cum tam ſceleratum dominum pati
poſſent. Territus.incendio ædium.

Exululat.Valde ululat.Iam enim in lu
pum fuerat cõuerſus. Ab ipſo Colligit
os rabiem.Quia inquit loqui non pote/
rat in rabiem actus eſt:quam ab homini
bus in pecudes tranſtulit. Et nũc quo/
que.quemadmodum cum erat homo.

In uillos abeunt ueſtes.In pilos inquit
ueſtes mutatæ fuerũt. brachia autem in
crura.Sicq; lycaon in lupum fuit conuer
ſus. Et ueteris.Adhuc inquit ſigna pri/
ſtinæ formæ retinet.Nam eandem & ca
niciem & uultus uiolentiam habet.oculi
præterea ipſi ut prius lucent:ac demum
eandem feritatem:quam ẽt prius exercet

Occidit una domus. Poſteaq̃ Iupiter
exemplo lycaonis oſtendit: q̃ tetris ſcele
ribus infecti ſint homines:concludit to/
tum genus humanum penitus eſſe per/
dendum.Sicque poeta fabulam cum fa/
bula ac mutationem cum mutatione cõ
nectit.Narraturus enim quemadmodũ
lapides a Deucalione & Pyrrha poſt ter/
ga iacti partim in mares:partim in fœmi
nas fuere conuerſi:ante deſcribit diluuiũ
quo genus humanum fuit extinctum.

Sed non domus una perire.Omnes in
quit hominum domus ſunt euertendæ
non una.Vbique enim nefanda ſcelera perpetrant. Fera erinnys. Feritas.impietas.Erinnys enim dicitur
furia infernalis diſcordia contentioneque gaudens. In facinus iuraſſe putes.Poſſes inquit putare:om/
nes homines ſe mala perpetraturos coniuraſſe. Facinus.ſcelus:q̃uis in bonam quoque accipiatur partem.

Dicta iouis.omnes inquit dii iouis ſententiam partim uerbis.partim nutu approbauere. Aſſenſibus.nu
tibus & manibus ſe ioui aſſentire ſignificãt. Iactura.pditio. Orbæ.priuatæ. Rogãt.Interrogãt Iouem.

Quis ſit laturus in aras Thura.Quis ſit diis ſacrificaturus. Populãdas.uaſtãdas ac dep̃dãdas. Sibi.n.fore
cætera curæ.Subaudiẽdũ eſt ait uerbũ:qđ elegãter in huiuſmodi p̃termittit locutõe.Eſt aũt parẽtheſis. Rex
ſupeꝝ.Iupiter. Origine mira.Quia lapides:ut paulo poſt narrabit:i hoies fuere cõuerſi quod qdẽ maxime
mirandum eſt. Iamq; erat.ſtatim inquit Iupiter fulminibus genus humanum pdidiſſet:niſi ueritus eſſet.

Signa dedi ueniſſe deum:uulguſq; precari
Cœperat.irridet primo pia uota lycaon.
Mox ait experiar deus hic diſcrimine aperto:
An ſit mortalis.nec erit dubitabile uerum.
Nocte grauem ſomno nec opina perdere morte
Me parat.hæc illi placet experientia ueri.
Nec contentus eo eſt:miſſi de gente moloſſa
Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit.
Atq; ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis.partim ſubiecto torruit igni.
Q uos ſimul impoſuit menſis:ego uindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit:nactuſq; ſilentia ruris
Exululat:fruſtraq; loqui conatur.ab ipſo
Colligit os rabiem:ſolitæq; cupidine cædis
Vtitur in pecudes:& nunc quoq; ſanguine gaudet.
In uillos abeunt ueſtes.in crura lacerti.
Fit lupus:& ueteris ſeruat ueſtigia formæ.
Canicies eadem eſt.eadem uiolentia uultus.
Iidem oculi lucent.eadem feritatis imago eſt.
Occidit una domus:ſed non domus una perire
Digna fuit.qua terra patet fera regnat erinnys.
In facinus iuraſſe putes.dent ocius omnes
Q uas meruere pati(ſic ſtat ſententia)pœnas.
Dicta iouis pars uoce probant:ſtimuloſq; frementi
Adiiciunt.alii partes aſſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus:& quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant.qui ſit laturus in aras
Thura:feris ne paret populandas tradere terras:
Talia quærentes(ſibi enim fore cætera curæ)
Rex ſuperum trepidare uetat:ſobolemq; priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.

ne cælum quoque terrarum incendio conflagraret: cum præsertim in fatis meminerit esse: ut aliquando totus mundus igne absumatur. Quare non fulminibus sed aquarũ inundatione genus humanum perdere decreuit. Iamq; statimq;. Sacer æther. Sacrum cælum. Tot ab ignibus: quot opus esset ad totam terram comburendam. Conciperet. cõtraheret. Totus axis. totum cælum. Synegdoche est. Axis enim qui pars est cæli pro toto ponitur cælo. Sunt autem duo axes qui etiam poli dicũtur: arcticus & antarcticus siue borealis & australis. Esse quoq; in fatis. In dispositione fatorum. Alia ratio est qua deterritus est ab incendio Iupiter: ne id eueniret: quod in fatis esse sciebat. Est autem fatum: ut stoici aiunt: connexa rerum series per quam mundus administratur. Affore. aduenturum esse. Et mundi moles. machina mundi.

Iamq; erat in totas sparsurus fulmina terras.
Sed timuit ne forte sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas: totusq; ardesceret axis.
Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus:
Quo mare. quo tellus correptaq; regia cæli
Ardeat: & mundi moles operosa laboret.
Tæla reponuntur manibus fabricata cyclopum.
Pœna placet diuersa. genus mortale sub undis
Perdere: & ex omni nymbos demittere cælo.
Protinus æoliis aquilonem claudit in antris:
Et quæcunq; fugant inductas flamina nubes.
Emittitq; notum. madidis notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine uultum.
Barba grauis nymbis. canis fluit unda capillis:
Fronte sedent nebulæ. rorant pennæq; sinusq;.
Vtq; manu late pendentia nubila pressit:
Fit fragor: & densi funduntur ab æthere nymbi.
Nuncia iunonis uarios induta colores
Concipit Iris aquas: alimentaq; nubibus affert.
Sternuntur segetes: & deplorata colonis
Vota iacent: longiq; perit labor irritus anni:
Nec cælo contenta suo est Iouis ira: sed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus undis.
Conuocat hic amnes: qui postq̃ tecta tyranni
Intrauere sui. non est hortamine longo
Nunc ait utendum. uires effundite uestras.
Sic opus est. aperite domos: ac mole remota
Fluminibus uestris totas immittite habenas:
Iusserat. hi redeunt: ac fontibus ora relaxant.
Et defrenato uoluuntur in æquora cursu.
Ipse tridente suo terram percussit. at illa
Intremuit: motuq; uias patefecit aquarum.
Expaciata ruunt per apertos flumina campos:
Cumq; satis arbusta simul pecudesq; uirosq;:
Tectaq; cumq; suis rapiunt penetralia sacris.

Iamq; erat. Quid sit fatum secũdum Stoicos. Affore. aduenturum esse. Et mundi moles. machina mundi.

Operosa. multi operis. Laboret. in labore & periculo propter incẽdium futura sit. Hoc autem maxime cum dogmate christiano conuenit. Nos enim credimus mundum in nouissimo die conflagraturum. Tela reponuntur. fulmina a Cyclopibus confecta. Cyclopes enim Ioui fulmina confecisse dicuntur. Fuerũt autem populi Siciliæ unum in media frõte oculum habentes. Pœna diuersa. cõtraria. Diluuium enim incendio contrarium est. Nymbos. pluuias. Demittere. dehorsum mittere. Protinus æoliis. Statim inquit Iupiter clausis in spelũca iis uẽtis: qui inducunt serenitatem: aut strum pluuia gaudẽtem emisit. In æoliis antris. In æoli speluncis. Notius est autem Aeolum regem esse uentorum: q̃ ut hoc exponatur. Flamina. a flando uenti dicuntur. Madidis notus euolat alis Eleganter austri uenti describit effigiem. Sic enim apud priscos pingebatur. Alæ autem uentis assignantur propter uelocitatem. Tectus uultum. hoc est tectũ uultũ habens. Est autem poetica synegdoche. Picea caligine. Nigris nubibus. Nã auster nubilosus est uentus. Barba grauis. plena. Nymbis. pluuiis. Vnda. aq̃ Rorant. stillãt in roris similitudinem Vtque manu late. Postq̃ inquit notus manibus nebulas compressit: maximæ pluuiæ esse cœperunt. Fit fragor. strepitus proprie rerum fractarum. Densi nymbi. crebræ pluuiæ. Concipit Iris aquas. Iris nuncia Iunõis a poetis fertur. Interdum autem etiam Iouis. Fit aũt iris ut scribunt physici: ex reflexione radiorũ solis lunæue in nubibus pluuiæ tempore

Colonis. agricolis. Vota. spes. Irritus uanus ac sine ullo fructu. Cæruleus frater. Periphrasis Neptuni. Auxiliaribus undis. aquis auxilium afferẽtibus ad perdẽdum genus humanum. Auxiliares autem milites proprie dicuntur qui in auxilium mittũtur. Conuocat hic amnes. deos fluuiorum. Tyranni sui. Regis sui. Tyrannus nanq; apud antiquos in bonam quoque accipiebatur partem. Vergilius. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Hortamine. hortatu exhortatione. Aperite domos. Fontes qui fluuiorum domus esse uidentur. Mole. obstaculo. Fluminibus. fluxibus. Totas habenas. Translatio ab equis sumpta: qui habenis inhibentur

Defrenato. effrenato ac sine ullo retinaculo. Ipse. Neptunus. Tridente suo. Vt Ioui fulmẽ: sic Neptuno tridens attribuitur: quo dũ percutit terrã: semper fit terræmotus. Expaciata. late sparsa. Rapiũt trahũt.

Indeiecta.non deiecta. Cymba aduncа.Perite.nam cymbæ & prorā & puppim aduncas habent. Villæ. Villa proprie dicitur domus in agro. Summa in ulmo.Sic Horatius hoc idem diluuium describens. Piscium.& summa pecus hæsit ulmo. Sic sors tulit.Sic casu euenit.est autem parenthesis. Vineta.loca dicuntur uineis & uitibus consita. Et modo.paulo ante. Graciles capellæ.agiles capræ. Gramen.herbā speciem pro genere posuit. Deformes phocæ.Turpes & uastæ.Phocæ a latinis uituli marini appellantur. Nereides.Nymphæ sunt marinæ a Nereo appellatæ. Delphines. Delphin & delphinus a genitiuo græco delphinos fit nominatiuus latinus.

Incursant.frequenter currunt. Agitata.impulsa. Robora.ligna ac truncos. Pulsant.percutiūt. Nat.natat. Nec uires fulminis apro. Tanto impetu apri uenatores aggrediuntur:ut uires fulmini similes habere dicant. Ablato.abrepto ab undis. Sistere.se firmare. Lassatis.defatigatis. Maxima pars.animalium. Separat aonios.Topographia & loci descriptio.Mōtem enim Parnasum describit:i cuius cacumē sua altitudie ab undis tutum Deucalion & Pyrrha se receperunt. Phocis regio est inter Boetiā & Atticam:in qua mons Parnasus duobus collibus eminēs cōspicit. Ab acteis aruis.ab Attica regiōe.Nā attica a littore Acte qđ ακτη dī fuit appellata. Est.n.maritima regio ac fere littus eē uidet. Terra ferax.fertilis. Duobus uerticibus. duobus cacuminibus: quorum alterum Tithoreum.alterum hymapeum appellat Herodotus.Parnasus autem totus & Apollini & Baccho est consecratus. Hic ubi Deucalion.Deucalion Promethei filius uir integer ac pius una cum pyrrha uxore ad cacumen Parnasi confugit: ubi post finitum diluuium themidem consuluerunt:quo modo genus humanum reparare possent:quibus Themis respondit id posse reparari:si antiquæ mris ossa post terga iecissent:quæ Deucalion lapides esse coniectauit.Nam lapides ossa terræ uidentur esse:quæ antiquissima omnium est mater.Qui igitur lapides a Deucalione fuerunt post terga iacti in mares.Qui a pyrrha in fœminas fuere conuersi. Hic ubi.Eleganter hic & ubi ita iunguntur ut id & quod. cum ubi & quod grammaticæ locutioni satis esse uideantur. ut cum dicimus. Tibi morem gessi id quod fratri sum pollicitus. Nam quod sum pollicitus satis esset. Nam cætera.Parenthesis est. Cum consorte thori.hoc ē uxore.Nam uxor lecti mariti consors est. Corycidas nymphas. Corycum Antrum est Parnasi nymphis sacrum.Vnde Corycides nymphæ dicuntur.est autem forma patronymica pro possessiua.Est etiam Corycus Ciliciæ & urbs & mons & antrum ubi optimum nascitur crocum. Et minima montis.Apollini Baccho & musis Parnasus dicitur esse consecratus. Fatidicamque themim.Themim arcana fatorum prædicentem. Themis autem dea fuit quæ:ut inquit Sextus Pompeius:præcipiebat

Si qua domus mansit:potuitq; resistere tāto
Indeiecta malo:culmen tamen altior huius
Vnda tegit:presslæq; latent sub gurgite turres.
Iamq; mare & tellus nullum discrimen habebant.
Omnia pontus erat:deerant quoq; littora ponto.
Occupat hic collem.cymba sedet alter aduncа:
Et ducit remos illic:ubi nuper ararat.
Illæ supra segetes aut mersæ culmina uillæ
Nauigat.hic piscem summa deprendit in ulmo.
Figitur in uiridi(sic fors tulit)anchora prato:
Aut subiecta tegunt curuæ uineta carinæ.
Et modo qua graciles gramen carpsere capellæ:
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ.
Mirantur sub aqua lucos urbesq; domosq;
Nereides:siluasq; tenent delphines:& altis
Incursant ramis:agitataq; robora pulsant.
Nat lupus inter oues.fuluos uehit unda leones.
Vnda uehit tigres.nec uires fulminis apro:
Crura nec ablato prosunt uelocia ceruo.
Q uæsitisq; diu terris ubi sistere possit:
In mare lassatis uolucris uaga decidit alis.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti:
Pulsabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapitur.quibus unda pepercit:
Illos longa domant inopi ieiunia uictu.
Separat aonios acteis phocis ab aruis
Terra ferax:dum terra fuit.sed tempore in illo
Pars maris:& latus subitarum campus aquarum.
Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus
Nomine parnasus:superatq; cacumine nubes.
Hic ubi deucalion(nam cætera texerat æquor)
Cum consorte thori parua rate uectus adhæsit.
Corycidas nymphas & numina montis adorant:
Fatidicamq; themin:quæ tunc oracla tenebat.
Non illo melior quisq̄:nec amantior æqui
Vir fuit:aut illa reuerentior ulla deorum.
Iupiter ut liquidis stagnare paludibus orbem:

Et ſupereſſe uirum de tot modo milibus unum:
Et ſupereſſe uidet de tot modo milibus unam:
Innocuos ambos:cultores numinis ambos:
Nubila diſiecit:nimbiſq; aquilone remotis
Et cælo terras oſtendit:& æthera terris.
Nec maris ira manet:poſitoq; tricuſpide tælo
Mulcet aquas rector pelagi:ſupraq; profundum
Extantem:atq; humeros innato murice tectum
Cæruleum tritona uocat:conchaq; ſonanti
Inſpirare iubet:fluctuſq; & flumina ſigno
Iam reuocare dato.caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum:quæ turbine creſcit ab imo.
Buccina:quæ in medio concepit ubi aera ponto:
Littora uoce replet ſub utroque iacentia phœbo.
Tum quoq; ut ora dei madida rorantia barba
Contigit:& cecinit iuſſos inflata receſſus:
Omnibus audita eſt telluris & æquoris undis:
Et quibus eſt undis audita:coercuit omnes.
Iam mare littus habet.plenos capit alueus amnes.
Flumina ſubſidunt:colleſq; exire uidentur.
Surgit humus.creſcunt loca decreſcentibus undis:
Poſtq; diem longam nudata cacumina ſiluæ
Oſtendunt:limumq; tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat:quem poſtq̃ uidit apertum:
Et deſolatas agere alta ſilentia terras
Deucalion lachrymis ita pyrrham affatur abortis:
O ſoror.o coniunx.o fœmina ſola ſuperſtes:
Q uam commune mihi genus & patruelis origo:
Deinde thorus iunxit.nũc ipſa pericula iungunt:
Terrarum:quaſcunq; uident occaſus & ortus
Nos duo turba ſumus.poſſedit cætera pontus:
Hæc quoq; adhuc uitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis.terrent etiam nunc nubila mentem.
Q uis tibi ſi ſine me ſatis erepta fuiſſes:
Nunc animus miſeranda foret:quo ſola timorem
Ferre modo poſſes:quo conſolante dolores:
Nanq; ego (crede mihi) ſi te quoq; pontus haberet:
Te ſequerer coniunx.& me quoq; pontus haberet:
O utinam poſſem populos reparare paternis
Artibus:atq; animas formatæ infundere terræ.
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus:
(Sic uiſum eſt ſuperis) hominumq; exẽpla manemus.
Dixerat.& flebant.placuit cæleſte precari
Numen:& auxilium per ſacras quærere ſortes.
Nulla mora eſt.adeunt pariter cephiſidas undas:
Et nundum liquidas:ſed iam uada nota ſecantes.

hominibus:ut a diis peterent id quod fas eſſet.unde etiam nomen accepit.Nam θεμις apud græcos fas ac iuſtũ ſignificat.

Nymbis Aquilone remotis. Ab aquilone depulſis. Tricuſpide tælo.Periphraſis eſt tridentis.Tres.n.cuſpides habet unde & tridens dictus eſt. Rector pelagi. Neptunus. Innato murice.Ingenita & naturali purpura.Murex enim piſcis eſt ex cuius ſanguine purpureus conficit̃ color. Cæruleuũ Tritona.Cæruleum mare proprie dicitur:& quicquid colorem habet maris.Triton autem fertur eſſe tubicen Neptuni:cui mãdat:ut receptui canat:fluuioſque in ſuos fontes reuocet.

Conchaque ſonanti.Triton pro tuba concha longiore utitur. Re uera autem inueniuntur Tritones conchis canentes. ut Plynius refert. Signo dato.facto ſigno ut redeant. Caua buccina. Deſcribit concham:qua pro tuba uti ſolet triton. Tortilis in latum. retorta in latitudinem. Quæ turbine creſcit ab imo. quæ ab ore anguſto ĩcipit & in amplum deſinit ad Turbinis ſimilitudinem.

Buccina medio. Elegans anadiploſis: qua buccinæ laus exprimit̃.Cum enim inflatur:omnia littora reſonant. Concepit ubi aera.Poſtq̃ inflari cœpit. Sub utroque phœbo.Sole & oriente & occidente.Eſt autem hyperbole poetica.Ab oriente enim ad occidentem tubæ illius ſonitum audiri affirmat: quod omnem excedit ueritatem. Ora dei.Tritonis.

Rorantia.ſtillantia. Iuſſos receſſus. Regreſſus fluuiorum a Neptuno imperatos. Coercuit.inhibuit & continuit.

Subſidunt.diminuuntur & minus ꝓfunda fiunt. Poſtque diem longam. poſt longum tempus. Redditus orbis erat.hoc eſt ſibi ipſi orbis reſtitutus eſſe uidebatur. Deſolatas. deſtitutas animantibus. Et patruelis origo. Deucalion & Pyrrha patrueles fuerunt. Nam Iapetus duos ſuſtuliſſe filios dicitur Prometheum: qui Deucalionem:& Epimetheum:qui Pyrrham genuit. Deinde thorus.lectus & nuptiæ. Erepta.libera/ta ab hoc diluuio. Paternis artibus.Nã Prometheus: ut ſuperius iam diximus: terram in imaginem hominis figurauit: eique animam ex igne eductam immiſit

Exempla.pro exẽplaribus poſuit.Exẽplum eſt enim quod aut ſequamur aut uitemus.Exemplar ex quo aliud ſimile faciamus. Per ſacras ſortes.per ſacra oracula & deorum reſponſa. Cephiſidas undas.Cephiſus fluuius eſt ad Parnaſi radices: unde patronymicũ finxit. Liqdas puras:ſed limo turbidas. Sed iã uada nota ſecãtes.Sed iã alueos ſuos tenẽtes.Neq;

enim ripis egrediebantur. Inde ubi. Antiqui templa ingressuri deosque precaturi prius se aqua aspergebant: quam cõsuetudinem Deucalion & Pyrrha seruarunt. Irrorauere. ĩsperſere & instillauere. Sacræ deæ. Themidis. Turpi musco. Muscus herbula est minutissima in locis humidis nascens. Squallebãt. squallida & deturpata erant. Vt templi tetigere gradus. Modum adorandi pulchre describit. Remollescunt. mollia & misericordia fiunt. Mersis rebus. deletis & oppressis. Sortemque dedit. oraculum & responsum. Et uelate. operite ac tegite. Obstipuere diu. Per longum tempus stupẽtes fuere admirati quidnam sibi uellet tale responsum. Cæcis latebris. obscuris uelaminibus. Volutant. cogitãt. Inde promethides. Deucalion Promethei filius. Epimethida. Pyrrhã Epimethei filiam. Mulcet. mitigat ac solatur. Sollertia. ingeniũ. prudentia. Proprie autem acumen ingenii ac uelocitas sollertia dicit. Magna parens terra est. Recte oraculum interpretatus est Deucalion. Nam terra merito magna parens dicitur. cum animata omnia atque inanimata ex ea nascantur. Coniugis augurio. mariti uaticinio. Titania Pyrrha Iapeti Titanis filia. Diffidunt. non credũt

Vetustas. antiquitas: quæ maximæ est auctoritatis. Hoc autem idcirco fingitur quod Deucalion rex Thessaliæ post diluuium: quo tota græcia fuit inundata: rudes homines ac feros moribus ac legibus instruxit: quibus duriciem omnem ac feritatem deposuere. Molliri. mollia fieri. Ducere formam. accipere formam & figuram humanam. Mitior. mollior. Vt quædam. Quandã quidem inquit formam habere uidebantur saxa illa. sed non humanam aperte præ se ferebant figuram. Talem autem hẽbãt: qualem statuæ marmoreæ inchoatæ. Sed uti. sed tanq̃. Nõ exacta. Exculta. Rudibus signis. impolitis inelaboratisq; statuis. Quæ tamen ex illis. Terrenæ inquit partes lapidum molles & humidæ in carnem fuere cõuersæ. Solidæ autem & duræ in ossa: Venæ aurem in uenas. Nã & lapides uenas suas habẽt. Corporis. Carnis. Corpus enim proprie uiuentium dicitur. Caro mortuorum. Traxere. concepere. Experiẽs laborum. patiens laborum. Sic Vergilius Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem. Vnde homines nati durũm genus. Et documenta. experimenta. Qua simus origine nati. Quam originẽ simus sortiti. Cũ enim tam patientes laborum simus: facile ostẽdimus nos de lapidibus esse natos

Inde ubi libatos irrorauere liquores
Vestibus & capiti: flectunt uestigia sacræ
Ad delubra deæ. quorum fastigia turpi
Squallebant musco: stabantq; sine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus: procumbit uterque
Pronus humi: gelidoq; pauens dedit oscula saxo:
Atq; ita: si precibus dixerunt numina iustis
Victa remollescunt. si flectitur ira deorum:
Dic themi qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit: & mersis fer opem mitissima rebus.
Mota dea est: sortemq; dedit. discedite templo:
Et uelate caput: cinctasq; resoluite uestes:
Ossaq; post tergum magnæ iactate parentis.
Obstupuere diu: rupitq; silentia uoce
Pyrrha prior: iussisq; deæ parere recusat:
Detq; sibi ueniam pauido rogat ore. pauetque
Lædere iactatis maternas ossibus umbras.
Interea repetunt cæcis obscura latebris
Verba datæ sortis secum: inter seq; uolutant.
Inde promethides placidis epimethida dictis
Mulcet: & aut fallax ait est sollertia nobis:
Aut pia sunt: nullumq; nefas oracula suadent:
Magna parens terra est. lapides in corpore terræ
Ossa reor dici. iacere hos post terga iubemur.
Coniugis augurio q̃ q̃ titania mota est:
Spes tamen in dubio est: & adhuc cælestibus ambo
Diffidunt monitis. sed quid tentare nocebit:
Discedunt: uelantq; caput: tunicasq; recingunt:
Et iussos lapides sua post uestigia mittũt.
Saxa (quis hoc credat nisi sit pro teste uetustas)
Ponere duriciem cœpere suumq; rigorem:
Mollitiq; mora: mollitaq; ducere formam.
Mox ubi creuerunt: naturaq; mitior illis
Contigit: ut quædam sic non manifesta uideri
Forma potest hominis: sed uti de marmore cœpta
Non exacta satis: rudibusq; simillima signis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo
Et terrena fuit: uersa est in corporis usum.
Quod solidum est: flectiq; nequit: mutatur in ossa:
Quæ modo uena fuit: sub eodem nomine mansit.
Inq; breui spacio superorum numine saxa
Missa uiri manibus faciem traxere uirorum.
Et de fœmineo reparata est fœmina iactu.
Inde genus durum sumus experiensq; laborum.
Et documenta damus qua simus origine nati.

Cætera diuerſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit: poſtq̃ uetus humor ab igne
Percaluit ſolis: cœnoſoq; udæq; paludes
Intumuere æſtu: fœcundaq; ſemina rerum
Viuaci nutrita ſolo ceu matris in aluo
Creuerunt: faciemq; aliquam cœpere morãdo.
Sic ubi deſeruit madidos ſeptenfluus agros
Nilus: & antiquo ſua flumina reddidit alueo:
Aetereoq; recens exarſit ſydere limus:
Plurima cultores uerſis animalia glebis
Inueniunt: & in his quædã modo cœpta p ipſum
Naſcendi ſpacium: quædam imperfecta: ſuiſq;
Trunca uident humeris: & eodem corpore ſæpe
Altera pars uiuit. rudis eſt pars altera tellus.
Quippe ubi tẽperiẽ ſumpſere humorq; calorq;
Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cũq; ſit ignis aquæ pugnax: uapor humidus oẽs
Res creat. & diſcors concordia fœtibus apta eſt.
Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis altoq; recanduit æſtu.
Edidit innumeras ſpecies: partimq; figuras
Reddidit antiquas. partim noua mõſtra creauit.
Illa quidem nollet: ſed te quoq; maxime python
Tum genuit: populiſq; nouis incognite ſerpens
Terror eras. tantum ſpacii de monte tenebas.
Hunc deus arcitenens & nunq̃ talibus armis
Ate niſi in damis capreiſq; fugacibus uſus:
Mille grauem tælis exhauſta pene pharetra
Perdidit effuſo per uulnera nigra ueneno.
Ne ue operis famam poſſet delere uetuſtas:
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicũq; manu pedibus ue rota ue
Vicerat æſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat. longoq; decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore phœbus:
Primus amor phœbi daphne peneia: quem non
Sors ignara dedit: ſed ſæua cupidinis ira.
Delius hunc nuper uicto ſerpente ſuperbus
Viderat adducto flectentem cornua neruo.
Quidq; tibi laſciue puer cum fortibus armis?
Dixerat. iſta decent humeros geſtamina noſtros:
Qui dare certa feræ. daturus uulnera poſſumus hoſti
Qui mõ peſtifero tot iugera uentre prementem

Cætera diuerſis. Reliqua inquit animalia ex terra humida & ſole calefacta orta ſunt: id quod fieri poſſe facile Aegyptus eſt documento. Nam poſt Nili inundationẽ glebæ in uarias animaliũ figuras cõmutantur. Vdæ paludes. humidæ. Aeſtu. feruore. Viuaci ſolo. Terra uitam ſub miniſtranti. Faciem aliquam. formam & figuram. Septenfluus Nilus. Exẽplo declarat reliqua aĩalia ex terra ſponte fuiſſe orta. Nilus autẽ fluuius ſingulis quibuſque annis ægyptũ inundans fœcundam non ſolum frumentorum: ſed uariorum quoq; animaliũ reddit. Septenfluus idcirco dicit᷑ quod ſeptẽ hoſtiis in mare erũpit.

Alueo. ſynæreſis eſt duarum uocalium in unã. Aethereo ſidere. igneo ſole. Modo cœpta. tantum modo inchoata. Quippe ubi tẽperiem. Ex humore & calore ſecundum phyſicos ait omnia generari. Cumq; ſit ignis aquæ pugnax. Quãuis inquit ignis aquæ ſit contrarius: calor tamen cum humore commiſtus omnia generat. Et diſcors concordia. Acute dictũ quis fatue uideatur. Nam calor & humor ſeparati pugnant & diſcordes ſunt. iuncti atque mixti concordes ad agendum atque generandum uidentur. Fœtibus. partubus. Lutulẽta lutoſa. Recãduit. calefacta fuit. Reddidit repreſentauit ac reſtituit. Illa quidem nollet. generaſſe ſubaudiendum. Sed te quoque maxime Python Tum genuit. Pythonem maximum ſerpentem ex terra ortum eſſe ab Apolline fuiſſe interfectum narrat. A quo & Pythius Apollo fuit appellatus: & Pythia ludi ad perpetuam rei memoriam fuere inſtituti: In quibus q uiciſſet æſculea corona ante q̃ laurus eſſet: coronabatur. Tantum ſpacii de monte tenebas. Acclamatio eſt: qua magnitudo ſerpentis declaratur. Deus arcitenens. Apollo qui cum arcu & pharetra pingebatur. Capreiſque fugacibus. Capreæ capræ ſunt ſylueſtres uelociſſimæ. Exhauſta. euacuata. Hic iuuenum quicunque. Quiſquis inquit Pythia uiciſſet aut pugnis. aut curſu. aut diſco: æſculea corona donabatur. Rotaue uel diſco. Nam diſcus lapis erat ad ſimilitudinem rotæ figuratus: quem priſci in aerem iaciebant. Nondum laurus erat. Cõcinne mutationem ſequentem cũ ſuperioribus connectit. Aſſignans enim cauſam cur pythiorum uictores æſculeam coronam acciperẽt: laurũ: qua poſtea qui uiciſſent: fuere coronati: nondum fuiſſe ait. ſicq; deſcribit: quemadmodum Daphne Penei fluuii filia ab Apolline fuit amata q̃ cũ nec p̃ce p̃cio potiri poſſet: ad uiſe cõuertit. Ipſa uero fuga ſibi conſulens: cum in eo eſſet ut caperetur: patrem rogauit: ut ſibi auxilium ferret. Ille uero precibus filiæ motus eam in arborem ſui nominis commutauit. Peneia. Penei fluuii filia q̃q̃ Aphthonius Ladonis dicat.

Delius hunc nuper. Quo modo in amorem Daphnes Apollo inciderit: poeta deſcribit ita perſpicue: ut nulla fere opus ſit expoſitione.

Delius Apollo a Delo inſula cognominatus: in qua una cũ Diana natus eẽ dicitur. Adducto neruo. ge-

ſtum exprimit ſagittariorum. Neſcio quos amores. Cum quodam contemptu hæc dicuntur: ac ſi diceret leues atque negligendos. Irita re. prouocare. Nec aſſere. arroga. Vendica.

Filius huic Veneris. Cupido. Figat tuus. Licet cõiunctio ſubintelligenda uidetur. Licet inquit tuus arcus omnia animalia figat: meum tamẽ tu effugere non poteris. Sicque gloria tua tanto minor eſt q̃ noſtra: quanto animalia: quæ tu feris: deo ſunt inferiora. Eliſo aere impulſo. Percuſſis pennis. alis. Nam alatus Cupido pingitur. Arce cacumine. Optuſum: ſine cuſpide. Hoc. optuſo. Ad propiquius enim hoc pronomen refertur. Illud ad longinquius. Exuuiis. pellibus. Captiuarum. captarum. Innuptæque æmula phœbes. Imitatrix Dianæ: quæ perpetua gadet uirginitate. Vitta coercebat Quo modo Daphne Dianæ eſſet imitatrix exponit: nam neque ornatu capitis gaudebat: & uiros omnes aſpernabatur. Vitta tegmen eſt capitis muliebre. Sine lege. ſine ordine. Iuſtrat. peragrat circumit. Nec quid hymen. Deus eſt nuptiarum qui & hymeneus dicitur. Pro nuptiis autem põitur. Tædas iugales. nuptias. a parte enim totum intelligimus. Nouis enim nuptis faces accenſæ præferebantur.

Verecundo rubore. pudico & a uerecundia proueniente. Blandis lacertis. pro ipſa blanda Sic Vergilius. Sceleratam interſerit haſtam pro ipſe ſceleratus. Dedit hoc pater ante Dianæ. Exemplo pſuadere nititur patri: ut ſe uirginem uiuere permittat. Nam & Iupiter conceſſit Dianæ filiæ: ut perpetua frueretur uirginitate. Pater. Iupiter. Ille quidem obſequitur. Peneus pater morem gerit tibi inquit Ouidius. Eſt autem apoſtrophe & conuerſio ſermonis ad puellam. Decor iſte. pulchritudo iſta tua excellens. Fallũt decipiunt. Id enim ſperabat: quod minime eſt aſſecutus. Vtque leues ſtipulæ Duplici ſimilitudine oſtendit poeta: q̃ uehemẽti amore Daphnen ꝑſequeretur Apollo. Adolentur. ardent. Demptis ariſtis. ablatis ſpicis. Partem enim pro toto poſuit. Ariſtæ nanque partes ſunt ſpicæ acutiſſimæ ſic dictæ quod primum areſcant. Ecquid ſi comantur ait? Ecquid dictio eſt interrogantis & per. c. ſcribitur.

Comantur. ornent. ac ſi diceret. Si ornarentur capilli: multo decentiores eſſent. Micantes fulgentes. Videt oſcula. parua ora. non baſia. Eſt enim ab ore diminutiuum. Os autem paruum maxime uirginem commendat.

Siqua latent meliora putat. Non de pudendis: ut inquit Fabius: eſt intelligendum: ſed de iis omnibus corporis partibus quæ ueſte occultantur. Nympha precor. Hac oratione Apollo conatur Daphnæ perſuadere ne ſe fugiat: ſed in ſuos deueniat amplexus. Me miſerum ne prona cadas. Ex arte ſe ſollicitum eſſe ſignificat de ſalute puellæ: qua potiri cupiebat. Notent ſentes. pungant ac lacerent ſpinæ. Sentes enim numero plurali ſpinæ dicunt. Mihi Delphica

Strauimus inumeris tumidum pythona ſagittis.
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tua: nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic ueneris figat tuus omnia phœbe:
Te meus arcus ait. quantoq; animalia cedunt
Cuncta deo: tanto minor eſt tua gloria noſtra.
Dixit. & eliſo percuſſis aere pẽnis
Impiger umbroſa parnaſi conſtitit arce.
Deq; ſagittifera prompſit duo tæla pharetra
Diuerſorum operũ. fugat hoc. facit illud amorẽ.
Quod facit auratum eſt: & cuſpide fulget acuta.
Quod fugat obtuſũ ẽ: & habet ſ̃b arũdie plũbũ.
Hoc deus in nympha peneide fixit. at illo
Læſit apollineas traiecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat. fugit altera nomen amantis:
Siluarum latebris captiuarumq; ferarum
Exuuiis gaudens: innupteq; æmula phœbes
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere. illa auerſata petentes:
Impatiens expersq; uiri nemora auia luſtrat.
Nec qd hymẽ. quid amor. qd ſint cõnubia curat.
Sæpe pater dixit generum mihi filia debes.
Sæpe pater dixit. debes mihi nata nepotes.
Illa uelut crimen tædas exoſa iugales
Pulchra uerecundo ſuffundens ora rubore:
Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis
Da mihi perpetua genitor cariſſime dixit
Virginitate frui. dedit hoc pater ante dianæ.
Ille quidẽ obſequitur. ſed te decor iſte quod optas
Eſſe uetat: uotoq; tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat: uiſæq; cupit connubia daphnes:
Quodq; cupit ſperat: ſuaq; illum oracula fallũt.
Vtq; leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis.
Vt facibus ſepes ardent: quas forte uiator
Vel nimis admouit: uel iam ſub luce reliquit.
Sic deus in flammas abiit: ſic pectore toto
Vritur: & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos.
Ec quid ſi comantur ait? uidet igne micantes
Sideribus ſimiles oculos. uidet oſcula: quæ nõ
Eſt uidiſſe ſatis. laudat digitoſq; manuſq;
Brachiaq;: & nudos media plus parte lacertos.
Si qua latent meliora putat. fugit ocior aura
Illa leui. neq; ad hæc reuocantis uerba reſiſtit.
Nympha precor penea mane. nõ ĩſequor hoſtis.
Nympha mane. ſic agna lupũ. ſic cerua leonẽ.

Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ:
Hostes quæq; suos.amor est mihi causa sequendi.
Me miserum ne prona cadas:indigna ue lædi
Crura notent sentes:& sim tibi causa doloris.
Aspera qua properas loca sunt.moderantius oro
Curre:fugamq; inhibe.moderantius insequar ipse.
Cui placeas inquire tamen.non incola montis.
Non ego sum pastor.non hic armenta gregesq;
Horridus obseruo.nescis temeraria.nescis
Q uem fugias:ideoq; fugis.mihi delphica tellus:
Et claros & tenedos pataræaq; regia seruit.
Iupiter est genitor.per me quod eritq; fuitq;
Estq; patet.per me concordant carmina neruis.
Certa quidem nostra est.nostra tamen una sagitta
Certior in uacuo quæ uulnera pectore fecit.
Inuentum medicina meum est:opifexq; per orbem
Dicor:& hærbarum subiecta potentia nobis.
Hei mihi q; nullis amor est medicabilis hærbis:
Nec prosunt domino quæ prosunt omnibus artes.
Plura locuturum timido peneia cursu
Fugit.cumq; ipso uerba imperfecta reliquit.
Tunc quoq; uisa decens.nudabant corpora uenti:
Obuiaq; aduersas uibrabant flamina uestes:
Et leuis impulsos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma est.sed enim non sustinet ultra
Perdere blanditias iuuenis deus.utq; monebat
Ipse amor:admisso sequitur uestigia passu.
Vt canis in uacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit:& hic prædam pedibus petit.ille salutem.
Alter inhæsuro similis iamiamq; tenere
Sperat:& extenso stringit uestigia rostro.
Alter in ambiguo est:an sit comprensus:& ipsis
Morsibus eripitur:tangentiaq; ora relinquit:
Sic deus & uirgo est.hic spe celer.illa timore.
Q ui tamen insequitur pennis adiutus amoris
Ocior est:requiemq; negat:tergoq; fugacis
Imminet:& crinem sparsum ceruicibus afflat.
Viribus absumptis expalluit illa:citæq;
Victa labore fugæ:spectans peneidas undas
Fer pater inquit opem:si flumina numen habetis.
Q ua nimium placui tellus ait hisce:uel istam
Q uæ facit ut lædar:mutando perde figuram.
Vix prece finita torpor grauis occupat artus.
Mollia cinguntur tenui præcordia libro.
In frondes crines.in ramos brachia crescunt.
Pes modo tam uelox pigris radicibus hæret.

tellus.Artificiose & potẽtiam.& genus & præclara inuenta cõmemorat Apollo:ut ad se amandũ Daphnen alliciat.Horum nanq; singulis muliebres animi maxime capiunt.

Delphica tellus.|Delphicoq; urbs est Phocidis ad Parnasum ubi templum Apollinis & opibus & certis oraculis clarissimũ fuit.unde oracula Delphica sunt dicta.Delphi autem fuere cognominati:quo Apollo Delphini similis illuc nauigarit.

Et claros.urbs est lyciæ apollini dicata. Tenedos insula est hellesponti una ex sporadibus:quæ prius Leucophrys fuit appellata. Est etiã Tenedos urbs lyciæ:uel ut alii asserunt Pamphiliæ:quam sub tutela sua esse Apollo ait. Pataræa regia'. Patara urbs est lyciæ a Pataro Apollinis & lyciæ filio appellata:in qua apollo:maxime colebatur. Vnde & Patera regis cognomiatus fuit

Per me quod eritq;.Apollo deus est uaticinationis. Per me concordãt carmina neruis.hoc est.musices & harmoniæ ego sum inuentor. Carmina.cantilenæ. Neruis.chordis. Certa quidem nostra est.Se peritum quidem esse sagittarium profitetur.Sed cupidinem a quo est percussus: peritiorem eẽ ait

In uacuo pectore.Libero amoris affectu. Opifexque.opem faciens & auxilium.Interdum opifex opus faciens. Vibrabant.uentilabant.

Retro dabat.retro uertebat. Iuuenis deus.Causa est cur non sustineat ultra blãdiri.Idcirco enim diutius sustinere non poterat quia iuuenis erat. Vt cãis in uacuo.Pulchra similitudine declarat & Daphnes fugientis & Apollinis insequentis uelocitatem. Strigit uestigia. radit pedes leporis. Sic Vergilius. Stringentem ripas & amœna loca secantem. Extenso rostro.porrecto ore. Afflat.flatu & spiritu attingit. Si flumina numen habetis. diuinitatem ac succurrendi facultatem. Tellus hisce. Tellurem rogat ut se uel absorbeat: uel in aliã transmutet figuram. Torpor.stupor. Mollia præcordia. Partes præiacentes præcordia dicuntur.

Tenui libro. tenui cortice.

Trepidare.palpitare. Semper habebunt Tecoma.Elegãter ea enumerat quæ lauro ornantur.Nam & co mæ & citharæ & pharetræ lauro cingebantur. Tu ducibus lætis.Imperatores triumphantes lauream ge/ stabant coronam. Mediamque tuebere quercũ.In medio cõstitutã. Quercus ẽ arborglandifera. Finie/ rat Pæan.Apollo pæan dicitur απο του πάιειν.hoc est:a feriendo.Nam indignatus sagittis ferit.Iuuenalis.Par ce precor Pæan & tu depone sagittas. Nil pueri faciunt.ipsam configite matrem Amphion clamat.Pæan quo que hymnus dicitur in Apollinem compositus. Laurea.laurus. Cacumen.summitatem.Caput enim ui sa est commouere:quod erat cacumen.

Est nemus æmoniæ.Tempe amœnis/ simam Aemoniæ uallẽ describit:in qua Io Inachi amnis filia ab Ioue primum cõ pressa: deinde Iunone superueniente in uaccam fuit conuersa.Veꝛ Iuno id quod erat suspicata:Iouem rogauit:ut sibi tam pulchram donaret uaccam.Ei uero tan/ dem dono acceptæ:argum centum ocu/ lis præditum custodem apposuit.Sed Iu piter Inachi precibus motus Mercurio mandauit:ut argum interficeret: quem Iuno cum uidisset occisum in pauonem conuertit:centumque ipsius oculos cau/ dæ apposuit. Est Nemus æmoniæ.To pographia est.Tempe nanque describit uallem Thessaliæ amœnissimã. Aemo niæ.Thessaliæ.Aemonia enim Thessalia dicitur ab Aemone Chlori pelasgi filio. Thessalo ãt patre. Vocant tempe. Tẽpe ut dixi:nemus est Thessaliæ quinque mi libus passuum in longitudinem tendens ita arboribus altissimis tectum:ut placi/ dissimam semper præbeat umbram.per cuius medium Peneus fluuuis a Pindi montis radicibus emissus labitur. Præ rupta sylua.alta. Per quæ Peneus.Per media tempe labitur Peneus fluuius q na scitur in radicibus Pindi mõtis Thessa/ liæ. Deiectuque graui.Vehementi cur su. Summisque aspergie syluis Influit. hoc est,influere uidetur altis syluis aspeꝛ/ gine humidarum nebularum:quæ ex il/ lius undis excitantur. Et sonitu plusq̃ uicina fatigat.Non solũ inquit uicini sed longe quoq; distãtes strepitum illius sen/ tiunt. Gratentur.gratulentur Peneo quod daphne filia in laurum fuit cõuer/ sa:an consolentur quod filiam amisit.

Popularia flumina. Vicina ac ex eodẽ populo. Populifer Sperchius.populos arbores ferens.Sperchius autem fluuius est Thessaliæ.qui ex Pelio mõte ortus in maliacum labitur sinum. Enipheus flu uius est Thessaliæ ex Othry mõte in Api danum defluens. Eridanusq; senex.Sic

Ora cacumen habent.remanet nitor unus in illa.
Hanc quoq; phœbus amat:positaq; in stipite dextra
Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus.
Complexusq; suis ramos ut membra lacertis:
Oscula dat ligno.refugit tamen oscula lignum.
Cui deus.at quoniam coniunx mea non potes esse:
Arbor eris certe dixit mea.semper habebunt
Te coma.te citharæ.te nostræ laure pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis:cum læta triumphum
Vox canet:& longas uisent capitolia pompas.
Postibus augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis:mediamq; tuebere quercum.
Vtque meum intonsis caput est iuuenile capillis:
Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.
Finierat pæan.factis modo laurea ramis
Annuit:utque caput uisa est agitasse cacumen.
Est nemus æmoniæ prærupta quod undiq; claudit
Silua:uocant tempe:per quæ peneus ab imo
Effusus pindo spumosis uoluitur undis:
Deiectuq; graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit:summisque aspergine siluis
Influit:& sonitu plus q̃ uicina fatigat.
Hæc domus.hæc sedes.hæc sunt penetralia magni
Amnis.in his residens facto de cautibus antro
Vndis iura dabat.nymphisq; colentibus undas:
Conueniunt illuc popularia flumina primum
Nescia gratentur:consolentur ne parentem.
Populifer Sperchius:& irrequietus enipheus:
Eridanusq; senex:leniscq; amphrysus:& æas
Moxq; amnes alii:qui qua tulit impetus illos
In mare deducunt fessas erroribus undas.
Inachus unus abest:imoq; reconditus antro
Fletibus auget aquas. :natamq; miserrimus Io

quidem legitur:sed corrupte ut mihi quidẽ ur.Cum.n.ppositum fluuios populares Thessalicosq; cõueniss ad Peneum:cuius filia Daphne in laurꝝ fuerat cõuersa:non uideo qua rõne Eridanũ galliæ cisalpinæ fluuiũ: qui alio nomine dicitur padus:admisceat.Quare Apidanus legat:ne ẽptus Ouidius uideat.Est.n.Apidanus Thessaliæ fluuius.quem idcirco poeta senem appellat:quod tarde admodũ fluit:donec enipheũ admittat.

Leniscq; Amphrysus.Hic quoq; fluuius est Thessaliæ leniter fluens:iuxta qué Admeti regis armenta pauit Apollo.Vnde Lucanus libro sexto.Et flumine puro Irrigat Amphrisus famulantis pascua phœbi. Et Aeas fluuius est epiri iuxta muros Dyrachii labẽs. Inachus unus abest.Inachus fluuius est Achaiæ ab Inacho re ge dictus.Eius filiã Io cũ deph̃disset Iupiter spaciantẽ:cõpressit:ac ne id a Iunone agnosceret:ipsam mutauit in uaccam.Mœrens itaq; Inachus ,ppter amissam filiam se domi cõtinebat. Natãq; miserrimus Io Luget

Luget ut amissam. nescit uita ne fruatur:
An sit apud manes. sed quam non inuenit usquam:
Esse putat nusquam: atque animo peiora ueretur.
Viderat a patrio redeuntem Iupiter illam
Flumine: & o uirgo Ioue digna: tuoque beatum
Nescio quem factura thoro: pete dixerat umbras
Aut horum aut horum nemorum: & mõs trauerat ambas.
Dum calet: & medio sol est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum:
Præside tuta deo nemorum secreta subibis:
Nec de plebe deo: sed qui cælestia magna
Sceptra manu teneo: sed qui uaga fulmina mitto.
Ne fuge me (fugiebat enim) iam pascua lernæ
Consitaque arboribus lycea reliquerat arua:
Cum deus inducta latas caligine terras
Occuluit: tenuitq; fugam: rapuitque pudorem.
Interea medios Iuno despexit in agros.
Et noctis faciem nebulas fecisse uolucres
Sub nitido mirata die. non fluminis illas
Esse: nec humenti sensit tellure remitti.
Atque suus coniunx ubi sit circunspicit: ut quæ
Deprensi totiens bene nosset furta mariti.
Quem postq̃ cælo non repperit: aut ego fallor
Aut ego lædor ait: delapsaque ab æthere summo
Constitit in terris: nebulasque recedere iussit.
Coniugis aduentum præsensérat: inque nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam:
Bos quoque formosa est. speciem saturnia uaccæ
Quamq̃ inuita probat: necnon cuius & unde
Quo ue sit armento ueri quasi nescia quærit.
Iupiter e terra genitam mentitur: ut auctor
Desinat inquiri. petit hanc saturnia munus.
Quid faciat. crudele suos abdicere amores:
Non dare suspectum. pudor est qui suadeat illud.
Hinc dissuadet amor. uictus pudor esset amore.
Sed leue si munus sociæ generisque thorique
Vacca negaretur: poterat non uaca uideri.
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metum: timuitq; Iouem: & fuit anxia furti:
Donec aristoridæ seruandam tradidit argo.
Centum luminibus cinctum caput argus habebat.
Inde suis uicibus capiebant bina quietem.
Cætera seruabant: atque in statione manebant.
Constiterat quocunque loco: spectabat ad Io.
Ante oculos Io q̃uis auersus habebat.
Luce sinit pasci. cum sol tellure sub alta est:

ut amissam. Io accusatiuus est græcus. Nam Io Ius græce declinatur ut Calypso calypsus. q̃uis Ionis & calypsonis quidam latine malint declinare. Sed quam non iuenit usq̃. hoc est quam nullo in loco inuenire potest: eam in rerum natura non esse putat. Atq; aio peiora ueretur. Mortuam enim eam esse putabat. Viderat a patrio. Hic incipit describere quemadmodũ Iupiter in Ioes amorem incidit.

Tuo toro. tuo lecto ac tuis nuptiis

Ambas. umbras & dextras & sinistras. Dum calet. dum calor est significat autem meridiem fuisse.

Sed qui uaga fulmina mitto. hoc est non in rectum sed in obliquum eũtia. Fulmina enim in obliquum ferunt. Iam pascua lernæ. Lerna palus est argiuorum: in qua habitauit hydra serpens ab Hercule interfecta. Lycæa arua. arcadica. Lycæus nanque mons est arcadiæ Pani pastorum deo dicatus. Occuluit. occultauit. Rapuitque pudorem. hoc est. erubescẽdi causam eripuit. In tenebris nanq; minus unũ quẽq; pudet ueneri idulgere. Nebulas uolucres: quæ ut aues uolare uidentur. Sub nitido die. Sereno. Vt quæ. utpote quæ. Furta. stupra. Abdicere. abdicare alienare & ab se amouere. Non dare suspectum. Non tradere inquit petitam uaccam: Iunoni suspecta res esset: cogeretque Iunonem aliquid mali suspicari. Qui suadeat illud. Dare. Hinc. ab illa Iunoni tradenda. Sociæ generisque toriq;. Nam Iuno & soror est & uxor Iouis. Pellice. concubina. Et fuit anxia furti. hoc est fuit sollicita ne sibi furto auferretur. Aristoridæ argo. Argus Aristoris filius cẽtum habuisse oculos fingitur quorum semper octo & nonaginta uigilabant. bini uero solum dormiebãt.

Spectabat ad Io. accusatiuus est græcus. Non enim permittit sibi declinare Io Ionis ut Dido didonis

Quamuis auersus. Quamuis in aliam partem uultum auersum haberet. Luce sinit pasci. Tempore inquit diei eam pascere permittit Argus. Nocte uero ad præsepe in stabulis claudit. Limosa. lutosa ac cœno infecta.

Et conata queri,conqueri lamenta ri. Mugitus edidit ore. Mugire uerbum est factícium a sono uocis boum deductum. Edidit.emisit

Inachidas ripas. Inachias Patro/nymicũ pro possessiuo positũ. Na/iades ignorant. Non agnoscunt so/rorem. Naiades fluuioꝝ nymphæ dicuntur. Littera pro uerbis. lo/co uerborum inquit littera quã pe/dibus in puluere effecit: ĩdicauit pa/trĩ filiam. Bouis enim pes i & o lit/teras exprimere uidetur. Indici/um triste. Significationẽ mæstam ab effectu: quod mærore affecit pa trem. Tu non inuenta reperta es Signat differentiam inter inuenire & reperire poeta. Inuenimus enim quærentes. Reperimus casu. Lu ctus erat leuior. si non reperta esses grauius enĩ fert pater quod in uac/cam filia sit cõuersa: q̃ si mortua eẽt

Nec mutua nostris dicta refers. hoc est nec uicissim mihi respõdes

Thalamos tædasq;. hoc est nu/ptias. Præclusaq; ianua leti. mor tis. Quoniam inquit sum deus: tã tos dolores morte finire non pos/sum .uerum semper me i luctu eẽ oportet. Dii enim ἀθάνατοι sunt atq; immortales. Sellatus argus. quod eius oculi ad similitudinem stellarum micarent. Ipse procul. ordo est. Ipse rector superũ. Pho ron idos. Phoronei neptis. Phoro neus nanq; Inachi pater fuit. Nar/rat autem quemadmodum Argus in pauonẽ fuit mutatus: eiusq; ocu li caudæ fuerunt a Iunone appositi. Natumq; uocat. Mercurium Nam Mercurius Iouis fuit filius ex Maia una ex pleiadibus: que septẽ Atlantis filiæ fuere non ex electra: sed ex Pleione nympha susceptæ: unde & Pleiades sunt nominatæ. Hæ in sidera translatæ ac in hume/ro tauri collocatæ: Vergiliæ a lati/nis uocantur: quod ueris tempore orianť. Leto det. interficiat. Par ua mora est sumpsisse. figura ẽ poe tica. Alas pedibus. hoc est. talaria alata quæ Mercurio attribuuntur: quod planetarum omnium sit ue locissimus. Virgã somniferam Caduceum dicit: de quo & Vergili us. Dat somnos adimitq; & lumi/na morte refignat. Tegmenque capillis. petasum & pileum. Et posuit pennas. hoc ẽ deposuit alas.

Claudit: & indigno circundat uincula collo.
Frondibus arboreis & amara pascitur herba.
Proq; thoro terræ non semper gramen habenti
Incubat infœlix: limosaq; flumina potat.
Illa etiam supplex argo cum brachia uellet
Tendere: non habuit quæ brachia tenderet argo.
Et conata queri mugitus edidit ore.
Pertimuitq; sonos: propriaq; exterrita uoce est.
Venit & ad patrias ubi ludere sæpe solebat
Inachidas ripas: nouaq; ut conspexit in unda
Cornua: pertimuit: seseque exterrita fugit.
Naiades ignorant. ignorat & inachus ipse
Quæ sit: & illa patrem sequitur: sequiturq; sorores:
Et patitur tangi: seque admirantibus offert.
Decerptas senior porrexerat inachus herbas:
Illa manus lambit: patriisq; dat oscula palmis:
Nec retinet lachrymas: & si modo uerba supersint
Oret opem: nomenq; suum casusq; loquatur.
Littera pro uerbis quam pes in puluere duxit
Corporis indicium mutati triste peregit.
Me miserum exclamat pater inachus: inq; gementis
Cornibus & niueæ pendens ceruice iuuencæ
Me miserum ingeminat. tu ne es quæsita per omnes
Nata mihi terras: tu non inuenta: reperta es.
Luctus erat leuior. retices: nec mutua nostris
Dicta refers. alto tantũ suspiria ducis
Pectore: quodque unum potes ad mea uerba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos tædasque parabam
Spesque fuit generi mihi prima. secunda nepotum.
De grege nunc tibi uir: & de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores.
Sed nocet esse deum: præclusaque ianua leti
Aeternum nostros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti stellatus summouet argus:
Ereptamq; patri diuersa in pascua natam
Abstrahit. ipse procul montis sublime cacumen
Occupat: unde sedens partes speculatur in omnes.
Nec superum rector mala tanta phoronidos ultra
Ferre potest: natumq; uocat: quem lucida partu
Pleias enixa est: letoque det imperat argum.
Parua mora est. alas pedibus uirgamq; potentem
Somniferam sumpsisse manu: tegmenq; capillis.
Hæc ubi disposuit: patria Ioue natus ab arce
Desilit in terras. illic tegmenque remouit:
Et posuit pennas: tantumq; uirga retenta est.
Hac agit ut pastor per deuia rura capellas

Dum uehit adductas:& ſtructis cantat auenis
Voce nouæ captus cuſtos iunonius artis:
Q uiſquis es hoc poteris mecum conſidere ſaxo
Argus ait.neque enim pecori fœcundior ullo
Herba loco eſt:aptamque uides paſtoribus umbram.
Sedit atlantiades:& euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem:iunctiſque canendo
Vincere harundinibus ſeruantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos.
Et q̃uis ſopor eſt oculorum parte receptus:
Parte tamen uigilat.quærit quoque(nanque reperta
Fiſtula nuper erat)qua ſit ratione reperta.
Tum deus archadiæ gelidis in montibus inquit
Inter amadriadas celeberrima nonacrinas
Naias una fuit.nymphæ ſyringa uocabant.
Non ſemel & ſatyros eluſerat illa ſequentes:
Et quoſcunq; deos:umbroſaque ſilua feraxque
Rus habet.ortygiam ſtudiis ipſamque colebat
Virginitate deam.ritu quoque cincta dianæ
Falleret:& poſſet credi latonia:ſi non
Corneus huic arcus.ſi non f oret aureus illi.
Sic quoque fallebat redeuntem colle lyceo.
Pan uidet hanc:pinuque caput præcinctus acuta
Talia uerba refert.tibi nubere nympha uolentis
Votis cede dei.reſtabat plura referre
At precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham:
Donec harenoſi placidi ladonis ad amnem
Venerat.hic illam curſum impedientibus undis
Vt ſe mutarent liquidas oraſſe ſorores.
Panaq; cum prenſam ſibi iam ſyringa putaret
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres.
Dumq; ibi ſuſpirat motos in harundine uentos
Effeciſſe ſonum tenuem ſimilemque querenti.
Arte noua uociſque deum dulcedine captum
Hoc mihi conſilium tecum duxiſſe manebit.
Atque ita diſparibus calamis compagine cæræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus uidit cyllennius omnes
Succubuiſſe oculos:adopertaq; lumina ſomno.
Supprimit extemplo uocem.firmatq; ſoporem
Languida permulcens medicata lumina uirga.
Nec mora falcato nutantem uulnerat enſe:
Q ua collo eſt confine caput:ſaxoque cruentum
Deiicit:& maculat præruptam ſanguine rupem.
Arge iaces:quodq; in tot lumina lumen habebas
Extinctum eſt:centumq; oculos nox occupat una.

Structis auenis.tibia quã ex auenis cõfecerat. Cuſtos Iunonius.Argus a Iunone cuſtos uaccæ appoſitus Atlãtiades.Mercurius nepos atlãtis ex Maia. Iũctis arũdinib⁹. ſono tibiæ. Seruãtia lumina:obſeruãtia atq; cuſtodiẽtia. Ille tamẽ tẽptat.Ille tamẽ inqt ſuaues ſõnos a Mercurio imiſſos repellere conat

Nãq; repta Phyſtula nup erat.Parẽtheſis eſt.Tã cõcine aũt fabulã fabulæ connectit Poeta:ut cũ multas ſimul deſcribat trãſſiguratões:minime tamẽ a ꝓpoſito diſcedat.Exponit.n.quẽadmodũ Syrinx nympha ardenter a Pane deo amata:ne uirginitatẽ amitteret in arũdinem: apud Ladonẽ Fluuiũ fuit cõmutata exq̃ Pan ad mitigãdos amoris ardores ſibi phyſtulam cõpoſuit.Vnde Vergilius.Pan primus calamos cæra cõiũgere plures Inſtituit. Tũ deus inqt.Tũc Mercurius narrare cœpit. Inter Amadryadas nonacrinas.nymphas arcadicas.Nonacris nãq; urbs eſt Arcadiæ.Vnde Nonacrinæ nymphæ ſic appellatæ.Amadryades aũt nymphæ dicunt quæ una cũ arboribus & oriunt & occidũt: unde etiã Amadryades ſũt dictæ. αμά. n.ſimul. Δρυσ Δρυος quercus dr. Nymphæ ſyriga uocabãt.Ab illius noie tibia a græcis ſirinx appellat. Nõ ſemẽ & ſatyros Sæpius inqt & ſatyros & reliquos ſyluaq; deos eluſit.Dianã.n.imitabat. uirgitatẽq; ſeruare ꝺcreuerat. Ortygiã deã.hoc ẽ.Dianã. Ortygia nãq; iſula ẽ quæ alio noie Delos freq̃ntius uocat:ſic dicta:ut ait Solinus: qđ & i ea primũ ſt uiſæ coturnyces q̃s græci ortygas uocãt.Eiuſdẽ noĩs iſula ẽ i mari ſiculo. Sic quoq; fallebat.Quãuis inqt ſyrĩx corneũ hr̃et arcũ: diana tamẽ ẽ uidebat.adeo illi ſimilis erat. Pinu acuta.Corõa ex pinu cõfecta.Pinus.n.Pani ꝺo dicata fert.Vnde ẽt ea corõat. Reſtabat plura referre.hoc ẽ reſtabãt plura:quæ a Mercurio referrent de ſyrige:eaq; deſcribit Ouidius.Sed cũ uideret Mercurius Argũ ſõno oppſſũ:ſtati uocẽ cohibuit:ip̃mq; iterfecit. At precibus.Deſcribit ea quæ Mercurio narrãda de ſyringe reſtabãt. Ladonsi ad amnẽ.Ladon fluuius ẽ Arcadiæ leniter fluẽs Liq̃das ſorores.naiadas. Dũq; ibi ſuſpirat.Ibi in calamo ſuſpirat ſyrinx.

Hoc mihi cõſiliũ.Volo inqt pan hoc cõſiliũ mihi tecũ eẽ cõe:ut.n.tu

in arundine quereris: ita ego hac eadem arundine meos solabor ardores. Dispa ribus. inæqualibus. Compagine. coniũ ctione. Falcato. in falcis modum recur/ uo. Stellantibus. fulgentibus. Proti/ nus exarsit. In Iouaccam indignata est Iu no: cuius causa argus fuerat interfectus. Quare illi furorem immisit: quo per to/ tum terrarꝝ orbem acta est. Cum aũt ad Nilum peruenisset: miseratione Iouis pri stinam recuperauit figuram: deaq; effecta Isis fuit appellata. Horriferã erinnyn. horrendam furiam. Contrahitur ri/ ctus. os abbreuiatur & diminuitur. Vn gula dilapsa. diuisa. In qnos ungues. In/ ter unguem & ungulam differentia signa tur. Vngula nãq; est aut solida ut equoꝝ aut bifida ut bouũ. ungues uero sunt mul tisidi ut hominum & leonũ. Neq; enim ungues hominum sunt tãtum: sed alioꝝ quoq; animalium. Nunc dea. Nunc, in quit Io pro dea Isidecolitur ab ægyptiis li neas uestes gestantibus. Isidis nanq; sacer dotes lineis uestibus utebantur. Hinc Epaphus. Epaphi ac Phaethontis iurgia idcirco describit Poeta: ut commodius & librum secundum cum ptimo: & muta/ tionem sororum Phaetontis in populos cum superiore transformatione cõnectat Epaphus enim Iouis & Ius filius in alter/ catione Phaethontem non esse apollinis filium dixit. Qua contumelia Phaethon ĩdignatus climenẽ matrẽ rogauit: ut sibi uerum ostenderet genitorem. Illa Apol linẽ eẽ assueuerauit: utq; se ad Apollinis re/ giam conferens ab ipso scisciteretur hor tata est. Eo cum uenisset epaphus accepit se Apollinis filiũ eẽ. a quo hortatus ut qc/ qd uellet peteret: se enim nihil negaturꝝ: impetrauit a patre: ut solis curꝝ regeret. Cum uero non terras modo sed cælum quoq; imperitus equos solis gubernandi cõbureret: Iouis fulmine ĩ Padũ fluuium præcipitatus ẽ. Huius uero sorores cũ si/ nẽ lachrymis nõ ĩponerẽr: deoꝝ miseratiõe ĩ populos arbores earũq; lachrymæ ĩ electꝝ cõuersæ ferũt. Hinc epaphus. ex hoc igr epaphus Iouis filius eẽ creditr: qđ io mr eius ab ægyptiis tanq; dea colebat.

Phaethon Apollinis & clymenes nym phæ fuisse filius dr. Est aũt nomẽ trisylla bũ nõ bisyllabũ ut qdã putãt. Nõ tulit ina chides. Epaphus Inachi nepos. Et tulit ad clymenẽ mrem. Clymene nympha fu isse fertr Oceani & Tethyos filia exq; Apol lo sustulit phaethõtẽ. En ego liber ille se rox. Indignatr phaethõ: qđ cũ alias & liber & ferox in respõdendo esse consueuerit: nihil tunc Epaphi cõuitiis respõderit. En pticula eẽ ĩdignatũ ppria. Refelli. cõfuta/ ri. Ede notã. ostẽde signũ. Meq; asse/ re cælo. hoc est. me tua defensione cælo

Excipit hos: uolucrisq; suæ saturnia pennis
Collocat: & gemmis caudam stellantibus implet.
Protinus exarsit: nec tempora distulit iræ:
Horriferamq; oculis animoq; obiecit erinym:
Pellicis argolicæ stimulosq; in pectore cæcos
Condidit: & profugam per totum terruit orbem:
Vltimus immenso restabas nile labori:
Quem simulac tetigit: positisq; in margine ripæ
Procubuit genibus: resupinoque ardua collo
Quos potuit solos tendens ad sydera uultus
Et gemitu & lachrymis & luctisono mugitu
Cum Ioue uisa queri est: finemq; orare malorum.
Coniugis ille suæ complexus colla lacertis:
Finiat ut pœnas tandem rogat: inque futurum
Pone metus inquit: nunq̃ tibi causa doloris
Hæc erit: & stygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita dea est: uultus capit illa priores:
Fitque quod ante fuit. fugiunt de corpore setæ.
Cornua decrescunt. fit luminis arctior orbis.
Contrahitur rictus. redeunt humerique manusq;
Vngulaq; in quinos dilapsa assumitur ungues.
De boue nil supersest: formæ nisi candor in illa.
Officioq; pedum nymphæ contenta duorum
Erigitur: metuitq; loqui: ne more iuuencæ
Mugiat: & timide uerba intermissa retentat.
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.
Hinc epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iouis: perq; urbes iuncta parenti
Templa tenet. fuit huic animis æqualis & annis
Sole satus phaeton: quem quõdam magna loquentem
Nec sibi cedentem phœboq; parente superbum
Non tulit inachides: matriq; ait omnia demens
Credis: & es tumidus genitoris imagine falsi.
Erubuit phaeton: iramq; pudore repressit.
Et tulit ad clymenen epaphi conuitia matrem.
Quoq; magis doleas genitrix ait: en ego liber
Ille ferox tacui. pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuisse: & non potuisse refelli.
At tu si modo sum cælesti stirpe creatus:
Ede notam tanti generis: meq; assere cælo.
Dixit: & implicuit materno brachia collo:
Perque suum meropisq; caput tædasq; sororum
Traderet orauit ueri sibi signa parentis.
Ambiguum est clymene precibus phaetontis an ira
Mota magis dicti sibi criminis: utraq; cælo
Brachia porrexit: spectansq; ad lumina solis

† phaeton est dictio trisyllaba. Scribitur enim apud grecos φαέθων & non φαέτων. autore philelpho libro x°.

aſcribe.me defende ac præſta deũ eſſe. Meropiſq; caput.per uitã Meropis uiri.Nã Clymene poſt Phaetontẽ ex Apolline ſuſceptũ Meropi nupſit. Tædaſq; ſoroꝝ.nuptias meaꝝ ſoroꝝ quas tibi curæ eẽ ſcio. Per iubar hoc.Per hũc ſolis ſplẽdorẽ. Tẽperat.regit ac gubernat.Nã ſolis calore oia tẽperantᵉ. Noſſe cognoſcẽdi.Eſt .n.cõſtructio græca.Nã græci ĩfinitis ꝓ gerũdiis utuntᵉ. Si mõ fert aĩus.hoc é.ſi mõ ad hoc te iclinat aĩus. Et ſcitabere.Inueſtigabis.ſcitari nãq; ẽ rogare ut ſciamus. Emicat.exilit. Et cõcipit æthera mẽte.hoc é.oia magna ſibi ꝓſuadet.Nã æthere quoq; ſe ptrãſire poſſe ſperabat. Aethiopaſq; ſuos.E qbus Phaethon erat unus.

Per iubar hoc inquit radiis inſigne coruſcis
Nate tibi iuro:quod nos auditq; uidetq;:
Hoc te quem ſpectas.hoc te qui temperat orbem
Sole ſatum. ſi ficta loquor:neget ipſe uidendum
Se mihi:ſitque oculis lux iſta nouiſſima noſtris.
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates.
Vnde oritur terræ domus eſt contermina noſtræ.
Si modo fert animus:gradere:& ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplo lætus poſt talia matris
Dicta ſue phaeton:& concipit ætheta mente:
Aethiopaſque ſuos:poſitoſq; ſub ignibus indos
Sydereis tranſit:patrioſq; adit impiger ortus.

Pu.Ouidii Naſo.metamorpho.Liber ſecundus.

Aethiopes ãt a uulcani filio q æthiopiã a noie ſuo appellauit:ut in ſexto narrat Plynius fuere cognominati.

Patrios ortus.ad ortum ſolis.

Raphaelis Regii ĩ ſcãm metamorphoſeos Ouidii librũ enarrationes.

Egia ſolis erat.Scãm librũ r auſpicatᵉ Ouidius a deſcriptiõe ædiũ ſolis:ad qs puenerat Phaethõ a Clymene mre exhortatus:ut ipm rogaret Apollinẽ an ſibi pr eẽt.Cõcinne igit huius libri initiũ:cũ prioris fine connectit. Videtᵉ aũt Ouidius regiã ſolis deſcribere ad imitationẽ palatii Romani uel Capitolii.Nã magnificẽtiſſimũ qdq; ĩ hac deſcriptõe ædificiũ mẽte cõcepit. Regia domus. regis quæ baſilica cœpta ẽ dici. Pyropo.Pyropus uidetᵉ is eẽ lapillus quẽ nos carbũculũ appellamus. Pyropus nãq; dr qd ignis hẽat aſpectũ. πυρ nãq; ignẽ.ὀπτω aſpectũ græci dicũt. Materiã ſupabat opus. præcioſiſſimæ materiæ præcioſior ars fuit adhibita.In ualuis nãq; argẽteis q̃tuor elemẽta cũ aĩalibus ſuis a uulcano fuerãt ſculpta.uidetᵉ aũt Ouidius Homeꝝ imitari ĩ Achillis clypeo a uulcano fabricati deſcriptõe. Mulciber.Vulcanus. Cælarat.ſculpſerat.

Tritona canoꝝ.Triton:ut iã dixi/ mus:tubicen ẽ Neptuni. Protheaq; ambiguũ.Protheus deus ẽ marinus:paſtor pecoꝝ Neptuni q idcirco ambiguus dr: q ĩ uarias figuras ſe cõmutat:ut difficile uideatᵉ quid ſit agnoſcere.mõ nãq; ſit urſus.mõ Leo.mõ aq̃.mõ ignis.Vnde Horatius.Quo teneã uultus mutãtẽ ꝓthea nodo? Aegeona.Aegeõ gigas fuit maximus:q deus marinus ẽ effectus. Doridaq; & natas. Doris nympha fuit oceani & tethyos filia ac Nerei uxor ex q̃ maxima nymphaꝝ multitudo ẽ nata.Doris ĩter dũ ꝓ ipõ ponitᵉ mari.Vergilius.Doris amarã ſuã nõ itermiſceat undã.

Pars ĩ mole.In magno aliquo ſcopulo. Terra uiros.Ita iqt terra erat ſculpta:ut & urbes & flumina & ſyluæ & nymphæ & feræ ei ineſſe uiderẽtᵉ. Signaq; ſex.Zodiacus quoq; circulus ita erat ſculptus:ut ſex ſignа ĩ dextris totidẽq; ĩ ſiniſtris cõſpicerentᵉ. Quo ſimul ac cliuo uenit.Ad quã regiã inqt cũ ꝑ arduũ limitẽ



Egia ſolis erat ſublimibus alta columnis:
Clara micante auro:flammaſque imitante pyropo.
Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat.
Argẽti bifores radiabant lumine ualuæ.
Materiam ſuperabat opus.nam mulciber illic
Aequora cælarat medias cingentia terras:
Terrarumque orbem:cælumque quod imminet orbi.
Cæruleos habet unda deos:tritona canorum:
Protheaque ambiguum:balenarumque prementem
Aegeona ſuis immania terga lacertis:
Doridaque & natas:quarum pars nare uidetur:
Pars in mole ſedens uirides ſiccare capillos:
Piſce uehi quædam.facies non omnibus una.
Non diuerſa tamen:qualem decet eſſe ſororum.
Terra uiros urbeſque gerit ſiluaſque feraſque
Fluminaque & nymphas & cætera numina ruris.
Hæc ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago.
Signaque ſex foribus dextris totidemque ſiniſtris.
Quo ſimul ac cliuo clymeneia limite proles
Venit:& intrauit dubitati tecta parentis:
Protinus ad patrios ſua fert ueſtigia uultus

Phaethon aſcẽdiſſet q̃primũ ſe cõtulit ad patrẽ. Accliuo limite.arduo. Regiã.n. ſolis in editiore loco eẽ ueriſimile uideť.

Neq;.n.ꝓpiora ferebat Lumina.Parẽthesis eſt cãm cõtinẽs cur ꝓpius nõ accederet.Neq;.n.inqt ferre poterat ſplẽdorẽ ſolis ꝓpinq̃orẽ. Purpurea uelatus.& habitũ Apollinis & ſoliũ deſcribit ita perſpicue:ut nulla expoſitio ſit adhibẽda:cum ſplẽdore ſolis oĩa lucida ſint & apta:neq; ullo alio lumine idigere uideanť. In ſolio.Soliũ dr̃ q̃ſi ſolidũ quod ex uno ligno cõficereť.Eſt aũt Soliũ ꝓprie regũ ſedes.

Claris ſmaragdis.Smaragdus gẽma eſt uiridis clare ſplẽdẽs. A dextra leuaq; dies. Comites aſſeſſoreſq; ſolis deſcribit:q ipm nunq̃ reliquunt.Sol.n.& diei & meſis & anni & oĩum tẽpor̃ eſt auctor̃.Sæculaq;.Sæculũ ſpaciũ diciť annor̃ centũ.

Verq; nouũ ſtabat.Quatuor anni partes ita deſcribit:ut ſingulis ſuã attribuat ꝓprietatẽ.Vere nanq; oriunť flores ex q̃bus coronæ cõficiunť.æſtas nuda pingiť ꝓpter æſtũ:quo frumenta matureſcunt. Autũno uidemia aſſignať.Hyems frigoribus glacieq; iſeſtať. Spicea ſerta.coronas ſpiceas.Sertum.n.corona dr̃ a ſerẽdis floribus appellatũ. Haud ificiãda.negãda.Nã ificiari & ificias ire negare eſt.Vnde cõiecturalis ſtatus a q̃buſdã ificialis dr̃ q; i eo factũ negať. Vſum huius noĩs. ut tua ꝓgenies dicar. Pignora da.ſigna & documẽta præſta. Quoq; minus dubites.Ac ut minus inqt de hac re dubites pete q̃dq̃d uis & hẽbis. Diis iurãda palus Styx palus ẽ iferor̃ ꝓ quã dii iurare timẽt ut Vergilius inqt. Vix bene finierat.Temerariũ ac ferocẽ nimiũq; i cupiditatib; ardẽtẽ inuit fuiſſe phaetõtẽ. Inq; diẽ.p unũ diẽ. Alipedũ.alas i pedib; habẽtiũ hoc ẽ.uelociſſimor̃. Terq; q̃terq; Cõcutiens.Sæpius.Concuſſio aũt capitis hic pœnitẽtiã.alibi ſignificat idignationem.

Temeraria dixit.Mea iqt ꝓmiſſa temeraria icõſultaq; ſũt ſcã ꝓpter tuã dubitationẽ.Niſi.n.dubitaſſes an ego tibi ſim parẽs:nũq̃ tibi me oĩa cõceſſurũ quæ petiiſſes pollicitus eẽm. Tua uoce.Eſt.n.ablatiui caſus.hoc eſt ꝓpter tuã dubitationẽ.

Sors tua.cõdicio tua. Nõ eſt mortale.Currus nãq; ſolis eſt icorruptibilis.Ab ipoſſibili aũt & difficili argumẽtať phœbus. Plus etiã q̃ qđ ſupis.hoc ẽ.plus ẽt cupis q̃ diis ipſis adipiſci cõcedať. Placeat ſibi q̃ſq; licebit.Quãuis inqt unuſq̃ſq; deor̃ multũ ſibi arroget:me tamẽ excepto nullus eor̃ i ſolis curru cõmode poterit cõſiſtere.ne ipe qdẽ Iupiter:quo nihil maius nihilq; potẽtius habeť. Erq̃d Ioue maius habeť ſ ac ſi dicat nihil. Ardua prima uia ẽ.Cauſas enumerat: q̃bus oſtẽdit

Conſiſtitq; procul:neque enim propiora ferebat
Lumina.purpurea uelatus ueſte ſedebat
In ſolio phœbus claris lucente ſmaragdis.
A dextra læuaque dies:& menſis:& annus:
Sæculaque:& poſitæ ſpaciis æqualibus horæ:
Verque nouum ſtabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æſtas:& ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis ſordidus uuis.
Et glacialis hyems canos hirſuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenem quibus aſpicit omnia uidit.
Q uæque uiæ tibi cauſa? quid hac ait arce petiſti
Progenies phaeton haud inficianda parenti?
Ille refert.o lux immenſi publica mundi
Phœbe pater ſi das uſum mihi nominis huius:
Nec falſa clymene culpam ſub imagine celat:
Pignora da genitor:per quæ tua uera propago
Credar:& hunc animis errorem detrahe noſtris.
Dixerat.at genitor circum caput omne micantes
Depoſuit radios:propiuſque accedere iuſſit.
Amplexuque dato.nec tu meus eſſe negari
Dignus es:& clymene ueros ait edidit ortus.
Q uoque minus dubites:quoduis pete munus:& illud
Me tribuente feres.promiſſi teſtis adeſto
Diis iuranda palus oculis incognita noſtris.
Vix bene deſierat. currus petit ille paternos:
Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.
Pœnituit iuraſſe patrem:qui terque quaterque
Concutiens illuſtre caput:temeraria dixit
Vox mea facta tua eſt.utinam promiſſa liceret
Non dare.confiteor:ſolum hoc tibi nate negarem.
Diſſuadere licet.non eſt tua tuta uoluntas.
Magna petis phaeton:& quæ non uiribus iſtis
Munera conueniunt:nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis eſt.non eſt mortale quod optas.
Plus etiam q̃ quod ſuperis contingere fas eſt:
Neſcius affectas.placeat ſibi quiſque licebit:
Non tamen ignifero quiſq̃ conſiſtere in axe
Me ualet excepto.uaſti quoque rector olympi
Q ui fera terribili iaculatur fulmina dextra:
Non aget hos currus.& quid Ioue maius habetur?
Ardua prima uia eſt:& qua uix mane recentes
Enituntur equi.medio eſt altiſſima cælo:
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe uidere
Fit timor:& pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona uia eſt:& eget moderamine certo.

Tunc etiam quæ me subiectis excipit undis
Ne ferar in præceps tethys solet ipsa uereri.
Adde quod assidua rapitur uertigine cælum:
Syderaque alta trahit:celerique uolumine torquet.
Nitor in aduersum:nec me qui cætera uincit
Impetus:& rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus.quid ages?poteris ne rotatis
Obuius ire polis:ne te citus auferat axis?
Forsitan & lucos illic urbesque deorum
Concipias animo:delubraq; ditia donis
Esse:per insidias iter est formasque ferarum.
Vtque uiam teneas:nulloq; errore traharis:
Per tamen aduersi gradieris cornua tauri:
Aemonioque arcus:uiolentiq; ora leonis:
Sæuaque circuitu curuantem brachia longo
Scorpion:atque aliter curuantem brachia cancrum.
Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis:
Quos in pectore habent:quos ore & naribus afflant:
In promptu regere est.uix me patiuntur:ubi acres
Incaluere animi:ceruixq; repugnat habenis.
At tu funesti ne sim tibi muneris auctor
Nate caue:dum resque sinit tua corrige uota.
Scilicet ut nostro genitum te sanguine credas
Pignora certa petis.do pignora certa timendo.
Et patrio pater esse metu probor.aspice uultus
Ecce meos:utinamque oculos in pectore posses
Inserere:& patrias intus deprendere curas.
Denique quicquid habet diues circunspice mundus:
E que tot ac tantis cæli terræque marisque
Posce bonis aliquid.nullam patiere repulsam.
Deprecor hoc unum:quod uero nomine pœna
Non honor est.pœnam phaeton pro munere poscis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubita.dabitur(stigias iurauimus undas)
Quodcunque optaris.sed tu sapientius opta.
Finierat monitus.dictis tamen ille repugnat:
Propositumque premit:flagratque cupidine currus.
Ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos
Deducit iuuenem uulcania munera currus.
Aureus axis erat.temo aureus.aurea summæ
Curuatura rotæ.radiorum argenteus ordo.
Per iuga chrysolithi:positæque ex ordine gemmæ
Clara repercusso reddebant lumina phœbo.
Dumque ea magnanimus phaeton miratur:opusq;
Perspicit:ecce uigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores:& plena rosarum

difficillimā eē currus solis gubernatiōnē. Recētes. īstaurati ītegri uiribꝫ:ut q̄ nocte qeuerūt.secūdū uulgi āt loq̄t opionē:q̄ putat solis equos īpmq; solē noctu qescere. Moderamine.regimine ac tēperamēto. Tūc etiā quæ me. Hoc quoq; loco uulgi sequit opinionē Lōge nāq; ab oceano semp ē sol:nec unq̄ mergit:q̄uis uulgo uideat. Tethys āt oceani ēuxor. Assidua uertigine.reuolutōe & cōuersione. Torq̄t.cōuertit. Sidera nāq; fixa una cū cælo uertunt. Planetæ uero cōtra cæli motū nitunt. Vnde ifert. Nitor in aduersū. Cælū ab oriēte in occidētē uoluit:secūq; trahit & solē & reliquos planetas. Sol uero cōtra cæli cōuersionē nitit. Rapido orbi.cælo ueloci. Signā nāq; Zodiaci sol ptrāsit mūdo cōtrarius. Poteris ne rotatis obuius ire polis?hoc ē. Poteris ne resistere rotatiōi ac celerrimæ cōuersioni quæ fit circa polos? Ne te citus auferat axis? Ne currui rapidissimo īpar ab īpo auferaris sic ut ne tui qdē cōpos sis futurus. Forsitā & lucos illic. Fortassis inqt tibi pſuades illic eē & urbes dꝺ & tēpla. ſed hoꝺ nihil ē. iterq; tibi ē faciēdū p īsidias ac feraꝺ figuras.

Vtq; uiā teneas.hoc ē. ut cōcedā te uiā tenere ac scire nullūq; i errorē casuꝺ:te tamen per tauri cornua ire oportebit.

Aemonicsq; arcus. Sagittariū. Chirō.n. Thessalus ſppocētaurus q̄ æsculapiū Achillēq; educauit ī sidra fuit trāslatus Quidā tamē ut īquit Iginus:hac de cā Chironē eē negauerūt q; nemo Cētaurus sagittis sit usus. Est āt equis cruribꝫ deformatus caudāq; satyri hēt. scribūt uero qdā hūc cē crotū noīe euphemes musaꝺ nutricis filiū:eūq; ī mōte helicone hitasse una cū musis studioq; uenatōis fuisse delectatū. Musas aūt ab ioue petiisse ut ī cælū referret. Iouē ei crura eqna feciſſe q; equo multū usus foret. sagittas p ingenio adiunxisse. Caudā satyri ī corpe fixisse:qđ nō minus hoc musæ q̄ liber pr satyris sit delectatus. Cæteꝺ Ouidius eoꝺ sequit opinionē q Cētauꝺ eē aiūt. Enumerat aūt signa Zodiaci terribiliora aspectu. Lōgo circuitu. Multū.n. spatii Scorpius suis brachiis cōprehēdit. Atq; alr. minus nāq; spatii cācer cōplectit. Deprecor hoc unū. pcibꝫ hoc unū ne faciā recuso. Propositūq; pmit. retinet ppositū. Ergo q̄ licuit. Quatenus & quousq;. Aureus axis erat. Curꝺ solis elegāter describit.

Chrysolythi. lapides precioſi aureum habentes colorem. Vnde etiam nomē sortiti sunt. χρυσοσ enim aurum. λιθοσ lapis dicitur. Diffugiūt stellæ.

Hoc quoq; ex sententia uulgari dicitur. Neq; enim stellæ diffugere possunt: cum sint fixe. sed adueniente aurora fulgere desinũt. Cogit cõgregat & ante se agit. Lucifer. n. ultimus est qui desinat fulgere sole oriẽte. primusq; icipit lucere illo occidẽte: tũcq; hesperus uocat. Mũdũq; rubescere. Aduẽtu. n. auroræ cælũ rubescere uidet. Euanescẽt. dissolui ac pire. Velocibus horis. agilibus ac cito prætereũtibus. Horæ aũt idcirco solis equoq; curã hre fingunt: qđ ex cursu solis oriant. Ambrosiæ succo. Ambrosia herba ẽ suauissima q̃ dii uescunt q̃q; imortales efficiunt. Ambrosia nãq; imortalitas iterpretat. Cõtigit. punxit: ut feruori resistere possent. Radios. coronam radios emittẽtẽ: quã ipse gestare cõsueuit.

Præsaga. prænũcia. Parce stimulis. noli uti calcaribus ad ipellendos equos: ueq; stude ipsos fortius loris & frænis cohibere atq; retinere uolãtes potius q̃ currẽtes. Nec tibi directos. Qua iter Phaethõti sit tenẽdũ phœbus ostẽdit. Nõ. n. ingt tibi p q̃q; circulos recta est eũdũ: sed p Zodiacũ q & obliquus ẽ & fines triũ zonaq; non egredit. neuq;. n. poloq; attigit. Quiq; p arcus. q̃q; circulos q & Zone dicunt. Cælũ. n. i q̃q; circulos æq̃lr̃ a se distãtes diuisũ ẽ. arcticũ. antarcticũ. tropicũ cãcri. tropicũ capricorni. æq̃noctialẽ. quoq; æq̃noctialis est medius. Zodiacus aũt obliquus ẽ circulus q æq̃noctialẽ secat ad tropicũq; cancri ac capricorni usq; puenit. Nec ad circulos arcticũ antarcticũq; ꝓcedit.

Australẽ polũ. q ẽt antarcticus dr̃ q; arctico opponat. Iũctãq; aq̃lonibus arcton. hoc ẽ polũ arcticũ. unde flãt aq̃lones uenti. Arctos aũt ursa dicit: q̃ in ea parte cæli existens polo nomẽ dedit. Vtq; ferãt. Admonet item Phœbus Phaethõtem ne depressius altius ue currum agat ne aut terras aut cælum comburat. medium autem ipsi esse tenẽdum

Nec preme. deprime in partem inferiorem. Molire ipelle. Neu te dexterior. Caue inquit ne aut nimium ad septẽtrionem uersus ubi est anguis rapiaris: aut ad meridiẽ: ubi est deorum ara. Inter hæc autẽ tibi est iter tenendum. Ad anguẽ tortum. ad serpentem quæ ad polũ arcticum tortuosa iacet. Ad arã. ad polum antarcticũ. Ara. n. in qua primũ dii existimant sacra & cõiurationẽ fecisse cõtra Titanas in cælũ dr̃ trãslata ac iuxta polũ antarcticũ collocata. Cõfecta aũt a Cyclopibus fuisse fingit. Inde homines dicuntur instituisse ut cum aliquã rẽ efficere cogitarent prius sacrificare cœpissent. Hesperio littore Atlãtico. quo cũ nox puenerit. relinqt terras necesse ẽ. Nõ ẽ mora libera nobis. Nõ ẽ itegrũ nobis morari. Poscimur. ad illustrãdũ mũdũ. Et solidis etiam nunc sedibus astas. hoc est dum in terra adhuc moraris.

Atria diffugiunt stellæ: quarum agmina cogit
Lucifer: & cæli statione nouissimus exit.
Tum pater ut terras mundumq; rubescere uidit:
Cornuaq; extremæ uelut euanescere lunæ:
Jungere equos titan uelocibus imperat horis.
Iussa deæ celeres peragunt: ignemq; uomentes
Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis
Q uadrupedes ducunt: adduntq; sonantia fræna.
Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Contigit: & rapidæ fecit patientia flammæ.
Imposuitq; comæ radios: præsagaq; luctus
Pectore sollicito repetens suspiria dixit.
Si potes his saltem monitis parere parentis:
Parce puer stimulis: & fortius utere loris.
Sponte sua properant. labor est inhibere uolantes.
Nec tibi directos placeat uia quinq; per arcus.
Sectus in obliquum est lato curuamine limes:
Zonarumq; trium contentus fine: polumque
Effugit australem: iunctamq; aquilonibus arcton.
Hac sit iter. manifesta rotæ uestigia cernes.
Vtq; ferant æquos & cælum & terra calores
Nec preme: nec summum molire per æthera currum.
Altius egressus cælestia signa cremabis.
Inferius terras. medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Ne ue sinisterior pressam rota ducat ad aram:
Inter utrunq; tene. fortunæ cætera mando
Q uæ iuuet. & melius q̃ tu tibi consulat opto.
Dum loquor hesperio positas in littore metas
Humida nox tetigit. non est mora libera nobis
Poscimur: & fulget tenebris aurora fugatis.
Corripe lora manu: uel si mutabile pectus
Est tibi: consiliis non curribus utere nostris.
Dum potes & solidis etiam nunc sedibus astas:
Dumq; male optatos nondum premis inscius axes:
Q uæ tutus spectes sine me dare lumina terris.
Occupat ille leuẽ iuuenili corpore currum:
Statq; super: manibusq; datas contigere habenas
Gaudet: & inuito grates agit ille parenti.

Occupat. celeriter agiliterq; ascendit.

Interea uolucres pirous eous & æthon
Solis equi q̄rtusq; phlegon hinnitibus auras
Flāmiferis implēt:pedibusq; repagula pulsāt.
Q uæ postq̄ tethys fatoꝝ ignara nepotis.
Reppulit:& facta est immensi copia cæli:
Corripuere uiā:pedibusq; per aerea motis
Obstantes scindūt nebulas: pennisq; leuati
Prætereūt ortos iisdem de partibus euros.
Sed leue pōdus erat:nec quod cognoscere possent
Solis equi:solitaq; iugum grauitate carebat.
Vtque labāt curuæ iusto sine pondere naues:
Perque mare instabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere insueto uacuos dat in aere saltus:
Succutiturque alte:similisque est currus inani.
Q uod simulac senserе:ruūt: tritumq; relinquunt
Q uatriiuges spatiū:nec quo prius ordīe currūt.
Ipse pauet:nec qua commissas flectat habenas:
Nec scit qua sit iter:nec si sciat imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere triones:
Et uetito frustra tentarunt æquore tingi.
Q uæq; polo posita est glaciali proxima serpens
Frigore pigra prius:nec formidabilis ulli:
Incaluit:sumpsitq; nouas feruoribus iras.
Te quoq; turbatum memorant fugisse boote:
Q uāuis tardus eras:& te tua plaustra tenebant.
Vt uero terras despexit ab æthere summo
Infœlix phaeton penitus penituſq; iacentes
Palluit:& subito genua intremuere timore.
Sūtq; oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.
Et iam mallet equos nunq̄ tetigisse paternos.
Iam cognosse genus piget:& ualuisse rogādo.
Iam meropis dici cupiens ita fertur ut acta
Præcipiti pinus borea:cui cuncta remisit
Fræna suus rector:quam diis uotisq; reliquit.
Q uid faciat:multum cæli post terga relictum
Ante oculos plus est.animo metitur utrunq;:
Et modo quos illi fas tum contingere non est
Prospicit occasus.interdum respicit ortus.
Q uidq; agat ignarus stupet:& nec fræna īmittit
Nec retinere ualet.nec nomina nouit equorum.
Sparsa quoq; in uario passim miracula cælo
Vastarumq; uidet trepidus simulacra ferarum.
Est locus in geminos ubi brachia concauat arcus
Scorpius:& cauda flexisq; utrinq; lacertis
Porrigit in spacium signorum membra duorum.
Hunc puer ut nigri madidum sudore ueneni

Interea uolucres.Currus solis a q̄tuor trahit alatis eqs:qbus noīa ab effectu fuere īposita.Pyrous.n.dr̄ q̄si ignitus.Nā πῦρ ignis dr̄.Eous ab aurora dr̄.ἠως est aurora.Aethon urens iterp̄tat atq; Phlegon eo qđ ex ore & naribus ignē emittere fingant. Hinnitibus flāmiferis.Ex ore.n. flāmas efflare dicunt. Repagula.obstacula. Tethys.oceani uxor & clymenes mr̄:apud quā sol pnoctare credit. Vtq; labāt curuæ. Hac similitudine a nauibꝫ sūpta ostēdit Poeta currꝫ solis īcōposite ac sine ullo ordine tractū fuisse:cū uacuus eē eqs uideret. Succutiturq; alte.sursū ual de q̄ti. Impet.Impare posset. Gelidi triones.Septēt riones frigidi utpote ad quos sol ppius alias nūq̄ accessit.Tūc aūt primū calescere cœperūt: qa solis currus illuc usq; ab eqs quos cohibere Phaethon non poterat:fuit ptractus. Triones aūt prisca līgua boues dicebant.Sūt aūt septē stellæ ad polum arcticum ita disposītæ ut Plaustrum efficere uideantur. Et uetito æquore. Septentriones enim nunq̄ occidunt:ideoque semadefacere nō possūt.Iuno.n.ut ipse narrat Ouidius:hoc a Tethy Oceani uxore īpetrauit:ne duas ursas:quæ sūt ad polū arcticū:i mare descēdere pmitteret. Quæq; polo.Iuxta polū arcticū serpens est maxima quæ duas complectitur ursas.unde Vergilius.Circum perq; duas in morē fluminis arctos.Arctos Oceani metuētes æquore tingi. Boote.Apostrophe & conuersio sermonis ad booten:qui plaustrum agere uidetur. Bootes enim latine dicitur bubulcus.Idē est aūt qui arctophylax:quod ursæ custos adhibitus eē uidetur. Terras penitus penituſque iacentes. hoc est ualde depressas ac longe a se remotas.

Per tantum lumē.in tāto lumine. Iam Meropis dici cupiens.filius subintelligatur. Merops enim Clymenes fuit maritus.q̄q̄ Meropes homines dicātur apud homerum:quod diuisas habeant uoces:qua in significatione hic quoq; accipi potest.ac si diceret cupiens iam hominis filius magis q̄ dei appellari. Vt acta. Quā præceps Phaeton traheret pulchra similitudie ostēdit. Præcipiti borea. rapido & impetuoso.

Est locus. Scorpium describit: ad quem cum peruenisset Phaethon:adeo territū fuisse ait: ut fræna e manibꝫ ceciderint:quod quidem cum equi sensissent:per totum fere cælum discurrerunt. Concauat.flectit. In geminos arcus.alterum nanque brachiis.alterum cauda facit.

Duorum signorum.Nam scorpii chelæ libra cōstituere uidentur. Curuata cuspide.cauda reflexa. Expatiantur equi.Late & spatiose excurrunt. Succis ademptis.humoribus exiccatis. Canescunt.cana & arida fiunt. Ardet Athos.altissimos quosque montes enumerat qui primi conflagrare cœperunt.Athos mons est Macedoniæ altissimus: quem nunc montem sanctum uocant. Taurus ciliciæ mons est ut ipse quoque poeta inquit. Oete mons

ẽ Theſſaliæ Herculis morte nobilis Ida.mõs Phrygiæ fõtibꝫ celeberrimus q̃ tamẽ oẽs tũc erãt exiccati. Virgineuſq; Helicõ.Mons ẽ Boetiæ Helicõ quẽ idcirco uirgineum Ouidius appellat:qa muſis eſt cõſecratus. Et nõdũ oeagrius æmus. Aemus mõs Thraciæ:i quo orpheus oeagrii fluuii filius dr̃ a Menadibus ſuiſſe diſcerptus a quo etiã oeagrius fuit appellatus. Aetna mõs ſiciliæ ſp ardẽs.ſed tunc multo magis & ſuo & orbis ĩcendio ardebat. Parnaſuſq; biceps.Mõs phocidis ĩ duos uertices diuiſus:ut in primo ip̃e ouidius ſcripſit. Er eryx.mõs ẽ Siciliæ ueneri ſacer. Et Cynthus mõs ẽ Deli.unde Cynthius Apollo uocaf. Et Othrys.mõs ẽ Theſſaliæ. Minaſq;.mõs ẽ mĩoris Aſiæ Minas haud lõge diſtãs colophone Rhodope.mõs thraciæ niuoſus. Dindyma.mons eſt Phrygiæ mr̃i deoꝝ ſacer.Vnde ipa mr̃ ðoꝝ Dindymene fuit appellata. Et mycale Mõs ẽ &urbs Cariæ Mycale Vnde Mycaleſius gẽtile nomẽ deriuaf ut Herodotus & Didymus ſcribunt. Natuſq; ad ſacra Cytherõ.Mõs ẽ Boetiæ Baccho dicatus.ad cuius orgia celebrãda natus eẽ ur̃. Nec pſũt Scythiæ.Scythia regio ad ſeptẽtrionẽ frigidiſſima. Caucaſus ardet. mõs ẽ ſcythiæ,pmethei r̃legatõe notiſſimus. Oſſaq; cũ Pido & olympus.mõtes macedõiæ altiſſimi. Aeriæq; alpes.mõtes ſt̃ altiſſimi Italiã a gallia germaniaq; d̃ſedẽtes. Apeninus.mõs ẽ lõgiſſimus Italiã diuidẽs. Cãdeſcere.igneſcere & ĩflamari. Nã cãdere ꝓprie d̃ ferꝝ ignitũ. Caligine picea.tã craſſa ut ſi picea eẽt. Sãguine tũ credũt.In trãſcurſu trãſformationẽ Aethiopũ exponit Aethiopes nãq; cũ antea cãdidi eẽnt tũc nigri fuerũt effecti,ur̃ ãt Ouidius ĩuere æthiopas fuiſſe dictos qd̃ ſint facie cõbuſta. Nam αι-θω uro: οψοπος facies d̃: q̃q̃ Plynius æthiopas ab æthiope uulcani filio dictos narret. Tũ ſcã ẽ libyæ.Regio ẽ Africæ aridiſſima ſic dcã qd̃ λειπει ουετος.hoc ẽ qd̃ d̃ficit pluuia.Tũ nymphæ.quẽadmodũ mõtes cõflagrãt:Ita ẽt fõtes lacuſq; eo ĩcẽdio exſiccati fuerũt. Quærit Boetia Dircen. Boetiæ fons eſt Dirce notiſſimus. Argos Amymonẽ.Amymone fõs ẽ apd̃ Argos ab Amymõe Danai argiuoꝝ regis filia:ĩ quẽ cõuerſa fuiſſe d̃ appellatus. Ephyre pyrenidas ũdas.Pyrene fõs acro corĩthi:quæ urbs prius Ephyre fuit appellata.Dcũs ẽ ãt a Pyrene muliere:ĩ quẽ obfletũ quo filioꝝ morte affecta ẽ: fingiť fuiſſe cõuerſa. Nec ſortita.Nõ ſolũ fõtes exaruere,ſed etiã amnes ſũt

Vulnera curuata minitantem cuſpide uidit:
Mentis inops gelida formidine lora remiſit.
Q uæ poſtq̃ ſummo tetigere iacentia tergo
Expatiantur equi:nulloq; inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt:quaque impetus egit
Hac ſine lege ruunt:altoq; ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis:rapiuntq; per auia currum.
Et modo ſumma petunt.modo per decliua uiaſque
Præcipites ſpacio terræ propiore feruntur:
Inferiuſque ſuis fraternos currere luna
Admiratur equos.combuſtaq; nubila fumant.
Corripitur flammis:ut quæque altiſſima tellus:
Fiſſaque agit rimas:& ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt,cum frondibus uritur arbor.
Materiamque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror.magnæ pereunt cum mœnibus urbes:
Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem uertunt.ſiluæ cum montibus ardent.
Ardet athos:tauruſque:cilix:& tmolus:& oete:
Et tum ſicca:prius celeberrima fontibus ida:
Virgineuſque helicon:& nondum oeagrius æmus
Ardet in immenſum geminatis ignibus ætna:
Parnaſuſq; biceps:& erix:& cynthus:& othrys:
Et tandem niuibus rhodope caritura:minaſque
Dindymaq;:& mycale:natuſque ad ſacra cithæron.
Nec proſunt ſcythiæ ſua frigora.caucaſus ardet:
Oſſaque cum pindo:maiorque ambobus olimpus.
Aeriæque alpes:& nubifer apenninus.
Tum uero phaeton cunctis e partibus orbem
Aſpicit accenſum.nec tantos ſuſtinet æſtus:
Feruenteſque auras uelut e fornace profunda
Ore trahit:cururſque ſuos candeſcere ſentit.
Et neque iam cineres eiectatamque fauillam
Ferre poteſt:calidoque inuoluitur undique fumo.
Q uoque eat:aut ubi ſit picea caligine tectus
Neſcit:& arbitrio uolucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credunt in corpora ſumma uocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.
Tum facta eſt libyæ raptis humoribus æſtu
Arida.tum nymphæ paſſis fonteſque lacuſque
Defleuere comis.quærit boetia dyrcen:
Argos amymonen.ephyre pyrenidas undas.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas

exſiccati. Tanais.Fluuius eſt Scythiæ maximus.Europam ab Aſia diuidens.Peneuſq; ſenex.fluuius eſt Theſſaliæ:ut in primo uidimus. Teuthranteuſq; caicus.Caicus fluuius eſt Miſiæ Teuthrantiam irrigans regionem.Vnde & Theutranteus cognominatur.Teuthrania autem urbs Myſiæ a Teuthrante qui ex Auge Telephum ſuſcepit appellata.Vnde nomen gentile Teuthranius & Teuthrantius declinatur. Et celer Iſmenos. Fluuius eſt Boetiæ ab Iſmeno Pelaſgi filio denominatus. Cum phocaico Erimantho.Erimanthus Phocidis eſt fluuius & arcadiæ mons. Arſuruſq; iterum Xanthus.Fluuius eſt troiæ:qui olim tempore belli troiani arſit troianoꝝ facibus. Flauuſq; lycornas.fluuius eſt ætoliæ flauas uoluens harenas.de quo etiã Seneca.Flauus rapido fonte lycornas. Quiq; recuruatis.Meãder fluuius eſt Phrygiæ:qui adeo ſinuoſis labitur fluxibus ut interdum in fontem reuerti uelle uideatur. Migdoniuſq; melas.fluuius ẽ Mygdoniæ qui oues nigras efficere dicitur.Vnde & nomen accepit.με λασ.n.dicitur niger. Et tænareius Eurotas.fluuius eſt laconiæ iuxta Tænarum promontorium in mare exiens. Arſit & Euphrates babylonius.Euphrates fluuius ẽ maioris Armeniæ maximus:qui Babylonẽ in duas diuidit partes atq; in mare rubrum deſcendit. Arſit orontes.fluuius eſt ſyriæ ex libano mõte decurrẽs. Thermodoonq; citus.fluuius eſt Aſiæ iuxta quẽ Amazones olim habitauere. Ganges flu.Indiæ notiſſimus. Et Phaſis flu.ẽ Colchorum unde phaſiani ſunt dicti. Et hiſter flu.Pannoniæ qui & Danubius dicitur. Alpheus fluuius Elidis iuxta Piſam urbem decurrens:qui abſorptus a terra ſubter mare in fontẽ Aretuſam apud ſyracuſas influit. Vnde Vergilius tertio æneidos ſic ſcribit Alpheum ut fama eſt huc elidis amnem Occultas egiſſe uias ſubter mare qui nũc Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur undis. Ripæ ſperchiades.Sperchii fluuii Theſſaliæ uelociſſimi: qui in Maliachũ defluit ſinum. Quodq; ſuo Tagus Fluuius Hiſpaniæ aureas uehens harenas: quæ tunc incendio liqueſcebant.Tres autem ſunt fluuii aureas ducentes harenas Pactolus.Hemus.Tagus. Et quæ Mæonias.Mæon fluuius eſt lydiæ.Vnde & lydia Mæonia fuit appellata. Medio caiſtro.Caiſter fluuius eſt Aſiæ præter Aſiã paludem labens:Vnde Vergilius georgicoꝝ primo ſcribit lam uarias pelagi uolucres & quæ aſia circum Dulcibus in pratis rimantur ſtagna Caiſtri. Flumineæ uolucres.Cygni flumina incolentes. Nilus fluuius eſt ægypti:cuius origo ignoratur:Idcircoq; & tunc caput occuluiſſe:& nunc quoq; latere ait. Vacant.uacua ſunt aqua. Septem,ſine flumine ualles.Septem inquit Nili hoſtia ualles ſine aqua ſunt effectæ. Sors eadem Iſmarios.Eadem inquit ſorte Hebrus ac ſtrymon Thraciæ fluuii ſiccãtur. Heſperioſq; amnes.Occidentales.Nam Rhenus fluuius eſt galliam a germania diuidens.Rhodanus uero galliæ fluuius.Padus Italiæ qui etiam Eridanus uocatur. Tybrim.Tybris fluuius eſt Thuſciæ per mediã Romã labẽs. Infernũ regẽ.Plutonẽ cũ Proſerpina uxore. Exiſtũt mõtes.Extant & apparẽt ac extra aquas ſtant.

Et ſparſas cycladas augẽt.Cyclades iſulæ ſũt ægei in orbẽ diſpoſitæ.Vnde etiã cyclades ſũt dictæ.κυκλοσ nãq; circulus dr̃.Scopuli ergo q tũ e mari extabãt:cycladũ numeꝝ augebãt. Nec ſe ſup æthera curui.Tũc iqt Delphines nõ audebãt ſe i aerẽ iactare ꝓpter nimiũ ardorẽ:qđ natura facere cõſueuerũt. Corpora phocarũ Phocæ uituli dicunt marini:quod boum imitant mugitum. Exanimata.perturbata.aut certe exanima & mortua. Ipſum quoq; Nerea.Nereus deus marinus Dorida uxorem habẽs ex qua magnam nympharum

Tuta manent.mediis tanais fumauit in undis:
Peneuſque ſenex:teutranthæuſque caicus:
Et celer iſmenos cum phocaico erimantho:
Arſuruſque iterum xanthus:flauuſque lycornas:
Q uique recuruatis ludit meandrus in undis:
Mygdoniuſq; melas:& tænareus eurotas:
Arſit & euphrates babylonius.arſit orontes:
Thermodoonque citus:gãgeſque:& phaſis:& hiſter:
Aeſtuat alpheus.ripæ ſperchiades ardent.
Q uodq; ſuo tagus amne uehit:fluit ignibus aurum.
Et quæ mæonias celebrarunt carmine rippas
Flumineæ uolucres medio caluere cayſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem:
Occuluitque caput:quod adhuc latet.hoſtia ſeptẽ
Puluerulenta uacant.ſeptem ſine flumine ualles.
Sors eadem iſmarios hebrum cum ſtrymone ſiccat:
Heſperioſque amnes rhenum rodanumq; padumq;:
Cuiq; fuit rerum permiſſa potentia tybrim.
Diſſilit omne ſolum:penetratq; in tartara rimis
Lumen:& infernum terret cum coniuge regem.
Et mare contrahitur:ſiccæque eſt campus harenæ
Q uod modo pontus erat:quoſq; altum texerat æquor
Exiſtunt montes:& ſparſas cycladas augent.
Ima petunt piſces:nec ſe ſuper æthera curui
Tollere conſuetas audent delphines in auras.
Corpora phocarum ſummo reſupina profundo
Exanimata iacent.ipſum quoq; Nerea fama eſt:
Doridaq; & natas tepidis latuiſſe ſub undis.
Ter neptunus aquis cum toruo brachia uultu
Exerere auſus erat.ter non tulit aeris ignes.

multitudinem ſuſtulit. Alma tamen tellus. Alma ab alendo dicit: propriumque eſt terræ epitheton. nã omnia alit ac nutrit animantia. & Tellus dea ipſius eẽ dicitur terræ. nam terra ipſum eſt elementum. quæ ideo alma dicit: quod omnia alat & nutriat. Vt erat circunda/ta ponto. Oceano. Pontus enim in/terdum ſpeciale nomen eſt & ſigni ficat Euxinum. Interdum generale cum pro mari accipitur. Cõtra/ctoſq; undiq; fõtes. & oi loco cõgre gatos atq; coactos. obnimiũ. n. æſtũ fõtes oẽs in ima terræ refugerãt: ne penitus exiccarẽt. Paulũ ſubſedit Paulum terræmotu depreſſa eſſe uidetur: quod fieri nequit: cum mundi ſit centrum: & undique æq̃ liter a cælo diſtet. Si placet hoc meruique. Telluris conqueſtio eſt ad Iouem: ſic aperta & clara ut nul/lã fere admittat expoſitionẽ. Cla/dẽq; auctore leuare. Leuẽ facere p quo uerbo iperiti alleuiare utunt. ille uero calamitates minus ægre ac leuius ferũt: quasq; auctores magni ſũt atq; potẽtes. Vix eqdẽ. Cũ diffi/cultate ingt hæc paucula eloq poſſũ

Preſſerat ora uapor. Parenthe/ſis poetæ: quã terræ querelis iſerit.

Vobis quoq; thura miſtro. Thure i ſacrificiis nõ mõ nos ſed priſci quo q; utebãt. Thus aũt ἀπὸ θυεἰν hocẽ a ſacrificãdo deriuat. Eſt. n. uocabu lũ græcũ nõ latinũ ut qdã ſcribũt: q a tũdẽdo putãt deduci: cũ a græcis θυσ dicatur. Quid meruit fra/ter? Neptunus cui ſorte in mun/di diuiſione maria optigerũt. Fu/mat uterq; polus. Duob⁹ polis q & uertices dicuntur: cælum ſuſtinet: qui ſi fuerint combuſti: caſurum eſt cælum. Atlas en ipſe laborat. Atlas mons eſt Mauritaniæ qui cæ lũ ideo ſuſtinere fingit: quod pri/mus omnium aſtrologica ſcrutari cœpit. Et rerum cõſule ſummæ. hoc eſt. uide ne rerum ſumma pe/reat. ac genera rerum perdantur.

Propioraque manibus antra. hoc eſt ſpeluncas inferis propiores Sunt eni manes animæ mortuor⁹: a mano quod bonum antiqui dice bant. κατὰν τἰφρασιν appellati.

Miſit in aurigam. Phaethontem currus ſolis aurigam & rectorem.

Conſternuntur equi. Terrentur Illic temone repulſus axis. Axis li gnũ illud ẽ circa qd̃ currus uertũt.

Alma tamen tellus ut erat circundata ponto
Inter aquas pelagi contractoſque undique fontes:
Q uí ſe condiderant in opacæ uiſcera matris:
Suſtulit omniferos collo tenus arida uultus:
Oppoſuitque manum fronti: magnoque tremore
Omnia concutiens paulum ſubſedit: & infra
Q uam ſolet eſſe fuit: ſacraque ita uoce locuta eſt.
Si placet hoc: meruique: quid o tua fulmina ceſſant
Summe deum? liceat perituræ uiribus ignis
Igne perire tuo: clademque auctore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipſa in uerba reſoluo.
Preſſerat ora uapor. toſtos en aſpice crines:
Inque oculis fumum. uolitant ſuper ora fauillæ.
Hos ne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem
Officiique refers? q̃p aduncí uulnera aratri
Raſtrorumq; fero. totoque exerceor anno?
Q uod pecori frondes: alimentaque mitia fruges
Humano generi: uobis quoque thura miniſtro?
Sed tamen exitium fac me meruiſſe: quid undæ?
Q uid meruit frater? cur illi tradita ſorte
Aequora decreſcunt: & ab æthere longius abſunt.
Q uod ſi nec fratris: nec te mea gratia tangit:
At cæli miſerere tui. circunſpice. utrinque
Fumat uterque polus: quos ſi uiolauerit ignis:
Atria ueſtra ruent. atlas en ipſe laborat:
Vixque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta ſi terræ pereunt. ſi regia cæli:
In chaos antiquum confundimur. eripe flammis.
Si quid adhuc ſupereſt: & rerum conſule ſummæ.
Dixerat hæc tellus. neque enim tolerare uaporem
Vlterius potuit: nec dicere plura: ſuumque
Retulit os in ſe: propioraque manibus antra.
At pater omnipotens ſuperos teſtatus: & ipſum
Q ui dederat currus: niſi opem ferat: omnia fato
Interitura graui: ſummam petit arduus arcem:
Vnde ſolet nubes lætis inducere terris:
Vnde mouet tonitrus uibrataque fulmina iactat.
Sed neque quas poſſet terris inducere nubes
Tunc habuit: nec quos cælo demitteret imbres.
Intonat: & dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam: pariterque animaque rotiſque
Exuit: & ſæuis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternuntur equi: & ſaltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt: abruptaque lora relinquunt.
Illic fræna iacent. illic temone reuulſus
Axis. in hac radii fractarum parte rotarum:

Sparſaque ſunt late laceri ueſtigia currus.
At phaeton rutilos flamma populante capillos:
Voluitur in præceps:longoque per aera tractu
Fertur:ut interdum de cælo ſtella ſereno:
Et ſi non cecidit:potuit cecidiſſe uideri.
Quem procul a patria diuerſo maximus orbe
Excipit Eridanus:fumantiaque abluit ora.
Naiades heſperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo:ſignant quoq; carmine fatum.
Hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni:
Quem ſi non tenuit:magnis tamen excidit auſis.
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat uultus:& ſi modo credimus:unum
Iſſe diem ſine ſole ferunt.incendia lumen
Præbebant:aliquiſque malo fuit uſus in illo.
At clymene poſtq; dixit quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis:lugubris & amens
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem:
Exanimes artus primo:mox oſſa requirens.
Repperit oſſa tamen peregrina condita terra:
Incubuitque loco:nomenq; in marmore lectum
Perfudit lachrymis:& aperto pectore fouit.
Nec minus heliades lugent:& inania morti
Munera dant lachrymas:& cæſæ pectora palmis
Non auditurum miſeras phaetonta querelas
Nocte dieque uocant:aſternunturque ſepulchro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem.
Illæ more ſuo(nam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant:e quis phaetuſa ſororum
Maxima cum uellet terræ procumbere:queſta eſt
Diriguiſſe pedes:ad quam conata uenire
Candida lampetie ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet:
Auellit frondes.hæc ſtipite crura teneri.
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos.
Dumq; ea mirantur:complectitur inguina cortex:
Perque gradus uterum pectuſque humeroſq; manuſque
Ambit:& extabant tantum ora uocantia matrem.
Quid faciat mater?niſi quo trahit impetus illam,
Huc eat atq; illuc:& dum licet oſcula iungat.
Non ſatis eſt.truncis auellere corpora tentat:
Et teneros manibus ramos abrumpit.at inde
Sanguineæ manant tanq̃ de uulnere guttæ:
Parce precor mater quæcunq; eſt faucia clamat:
Parce precor.noſtrum laceratur in arbore corpus:
Iamque uale:cortex in uerba nouiſſima uenit.

Laceri currus. Lacerati atq; diſſipati. Flãma populãte, igne cõburẽte. Tũe.n. ignis populari aliqd dicit quãdo cõburit. Voluit i præceps. hoc eſt. i caput cadit. Vt iterdũ de cælo. Pulchra ſimilitudine caſum Phaetontis demonſtrat. Scitæ autem ſcribit. Nam q̃uis ſtellæ interdum cadere uideant: tamẽ nũq̃ cadũt

Quem procul a patria. Longe.n. Italia paduſque ab Aethiopia diſtat. Eridanus fluuius eſt Italiæ: qui alio nomine dicitur padus. Naiades Heſperiæ Nymphæ Italæ ac occidentales

Trifida flamma. fulmine.

Signant quoque carmine fatum. mortem epithaphio declarant. Luctu ægro. ipſe æger ac moleſte ferens caſum filii. Aliquis uſus. aliqua utilitas. Lugubris. pullis ueſtibus: quæ luctui conueniunt: induta. Et amẽs exanimata. perturbata. Totũ percenſuit orbem. peragrauit totum terrarum orbem. Nec minus Heliades. Solis filiæ Heliades dicuntur ἀπὸ τοῦ ἡλίου hoc eſt a ſole: quæ etiam a fratre Phaethontiades fuerunt appellatæ: Earq; nomina ſunt Phaethuſa. Lampetia. Phœbe: quæ cum fratrem per quatuor menſes aſſidue fleuiſſent: tandem Iouis miſericordia in populos arbores. Lachrymæ uero ipſarq; in electra & ſuccina conuerſæ ſuerunt. Aſternunturque ſepulchro. hoc eſt. Stratæ ſuper ſepulchro iacent. Luna quater iunctis. hoc eſt. Quatuor menſes tranſierant. Nam ſingulis quibuſque menſibus luna repletur

Nam morem fecerat uſus. Parentheſis eſt: qua ſignificatur ex aſſiduo uſu conſuetudinem plangendi Phaethontis ſororibus fuiſſe. E quis Phaethuſa ſororum. Phaethuſa filia fuit Iolis ex Neæra nympha. Eſt autẽ quadriſyllabum nomen: non triſyllabum ut quidam putant. Interpretatur Phaethuſa ſplendens. Candida lãpetiæ. Phaethuſæ ſoror: quæ fulgens tranſferri poteſt λαμπω enim fulgeo dicitur. Cortex in uerba nouiſſima uenit. hoc eſt Cortex os obducens uerba Heliadum ultima occupauit.

Inde fluunt.ab illis arboribus. Rigescunt.dura fiunt. Electra.quæ & succina dicuntur:q̃uis nusq̃ circa padum inueniãtur.Electrum est etiam genus metalli ex auro ac quinta argenti portione constantis:ut scribit Plynius ī trigesimo tertio naturalis historiæ libro:cuius natura est ad lucernarum lumina clarius argento lucere. Nuribus latinis.italis mulieribus. Affuit huic monstro. Cygnus Stheneli filius rex Lyguriæ Phaethõti & sanguine materno & summa beniuolentia deuinctus cum relicta Lyguria ad Padi ripas uenisset:multumq; amici casum deflesset:in auem sui nominis fuit commutatus:quæ ignes perosa aquas sibi elegit incolendas. Affuit.interfuit. Huic monstro.quo Heliades in populos arbores.ipsarum autem lachrymæ in electra fuere conuersæ.Proles Stheneleia.Progenies Stheneli. Cum uox est tenuata.tenuis ac gracilis facta. Tenet os.In rostrũ sine acumine os conuertitur. Nec se cæloque iouiq; Credit.hoc est.Nec se aeri ætheriue committit.Hocautem idcirco fingitur quia cygni nunq̃ altius uolant. Squallidus interea genitor.Mœrorem describit Phœbi:quem ex Phaethontis filii morte conceperat:quo concinnius transfigurationem Calystonis & Arcadis in ursas exponat. Satis inquit abæui.ita conqueritur Phœbus:ut Iouẽ in inuidiam odiumq; trahat. Ipse agat. Inuidiose ac si diceret:qui tam potens terribilisque est. Orbatura.filiis priuatura.Orbare nanq; est aliqua re cara:ut sũt filii atque oculi priuare.Vnde orbi oculis filiisue aut parentibus priuati dicuntur.

Missos ignes.missa fulmina in Phaetontem. Regaliter.imperiose.ac eo iure quod habent reges. Sæuit.furit ac sæuiciam in equos nihil mali meritos exercet. Suæ Archadiæ.a se amatæ. In uirgine nonacrina.Virginem nonacrinã appellat Calistonem Lycaonis filiam: quã cum uidisset Iupiter:ita excellẽti eius pulchritudine captus est: ut cum blanditiis ea potiri non posset:se finxerit esse Dianã cuius Calisto fidissima comes erat. Hac igitur arte compressa ab Ioue cum Arcadem peperisset:in ursam ab Iunone: ne iterum Ioui placeret: conuersa est. Eam uero cum filius Arcas iam adultus in uenatione ferire uellet:miseratione Iouis in ursam & ipse fuit commutatus. Ambæque iuxta polum arcticum inter sidera fuerunt collocatæ. Quod quidem cum Iuno animaduertisset:Tethym rogauit: ne unq̃ permitteret eas in mare descendere. Ideoq; septentriones nunq̃ occidunt.

Inde fluunt lachrymæ:stillataq; sole rigescunt
De ramis electra nouis:quæ lucidus amnis
Excipit:& nuribus mittit gestanda latinis.
Affuit huic monstro proles sthenelia cygnus:
Q ui tibi materno q̃uis a sanguine iunctus:
Mente tamen phaeton propior fuit.ille relicto
(Nam ligurum populos & magnas rexerat urbes)
Imperio ripas uirides amnemq; querelis
Eridanum implerat:syluamq; sororibus auctam.
Cum uox est tenuata uiro:canæq; capillos
Dissimulant plumæ:collumq; a pectore longe
Porrigitur:digitosq; ligat iunctura rubentes.
Penna latus uelat.tenet os sine acumine rostrum.
Fit noua cygnus auis:nec se cæloq; Iouique
Credit:ut iniuste missi memor ignis ab illo.
Stagna petit patulosque lacus:ignemque perosus
Q uæ colat elegit contraria flumina flammis.
Squalidus interea genitor phaethontis & expers
Ipse sui decoris:qualis cum deficit orbi
Esse solet:lucemque odit:seque ipse diemque:
Datque animum in luctus:& luctibus adiicit iram:
Officiumque negat mundo.satis inquit ab æui
Sors mea principiis fuit irrequieta:pigetque
Actorum sine fine mihi sine honore laborum.
Q uilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo est:omnesque dii non posse fatentur:
Ipse agat:ut saltem dum nostras temptat habenas
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc sciet ignipedum uires expertus equorum
Non meruisse necem:qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circunstant omnia solem
Numina neu uelit tenebras inducere rebus
Supplice uoce rogant.missos quoque Iupiter ignes
Excusat.precibusque minas regaliter addit.
Colligit amentes & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos.stimuloq; dolens & uerbere sæuit.
Sæuit enim:natumque obiectat & imputat illis.
At pater omnipotens ingentia mœnia cæli
Circuit:& ne quid labefactum uiribus ignis
Corruat explorat.quæ postq̃ firma suique
Roboris esse uidet:terras hominumque labores
Perspicit:arcadiæ tamẽ est impensior illi
Cura suæ:fonteisq; & nondum audentia labi
Flumina restituit.dat terræ gramina.frondes
Arboribus:læsasq; iubet reuirescere siluas.
Dum redit itq; frequens:in uirgine nonacrina

Hæsit: & accepti caluere sub ossibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahendo:
Nec positas uariare comas. sed fibula uestem
Vitta coercebat neglectos alba capillos.
Et modo leue manu iaculum. modo sumpserat arcum.
Miles erat phœbes. nec mænalon attigit ulla
Gratior hac triuiæ. sed nulla potentia longa est.
Vlterius spacium medio sol altus habebat:
Cum subit illa nemus: quod nulla ceciderat ætas
Exuit hic humero pharetram: lentosq; retendit
Arcus: inq; solo quod texerat herba iacebat:
Et pictam posita pharetrā ceruice premebat.
Iupiter ut uidit fessam: & custode uacantem:
Hoc certe furtum coniunx mea nescict inquit:
Aut si rescierit: sunt oh sunt iurgia tanti:
Protinus induitur faciem cultumq; dianæ.
Atq; ait. o comitum uirgo pars una mearum
In quibus es uenata iugis: de cespite uirgo
Se leuat: & salue numen me iudice dixit
Audiat ipsæ licet maius Ioue. ridet & audit:
Et sibi præferri se gaudet: & oscula iungit
Nec moderata satis: nec sic a uirgine danda.
Q ua uenata foret sylua narrare parantem
Impedit amplexu: nec se sine crimine prodit.
Illa quidem contra quantum modo fœmina posset:
Aspiceres utinam saturnia. mitior esses:
Illa quidem pugnat: sed quæ superare puella
Q uis ue Iouem poterat: superum petit æthera uictor
Iupiter. huic odio nemus est: & consia silua. conscia
Vnde pedem referens pene est oblita pharetram
Tollere cum tælis: & quem suspenderat arcum.
Ecce suo comita choro dictynna per altum comitata
Mænalon ingrediens & cæde superba ferarum
Aspicit hanc: uisamq; uocat: clamata refugit.
Et timuit primo ne Iupiter esset in illa.
Sed postq; pariter nymphas incedere uidit:
Sensit abesse dolos: numerumq; accessit ad harum.
Heu q; difficile est crimen non prodere uultu.
Vix oculos attollit humo: nec ut ante solebat:
Iuncta deæ lateri: nec toto est agmine prima.
Sed silet: & læsi dat signa rubore pudoris.
Et nisi quod uirgo est poterat sentire diana
Mille notis culpam. nymphæ sensisse feruntur.
Orbe resurgebant lunaria cornua nono:
Cum dea uenatu fraternis languida flammis: Sol & diane
Nacta nemus gelidum: de quo cum murmure labens

Nec Mænalon attigit ulla Mænalus mons Arcadiæ celeberrimus. Triuiæ. Dianæ: quod in triuiis coli consueuerit. Vlterius spaciū. meridiem iam pertransisse significat. Sol enim ulterius spacium cæli tunc tenere dicitur cū maior pars diei preteriuit. Quod nulla ceciderat ætas. Innuit nemus illud umbrosissimū opacissimūque fuisse: ut cuius arbores nullo unq; tempore fuerant cesæ. Lentosque retendit arcus. Flexibiles arcus remisit. Arcus enim nisi retendātur molles efficiūtur. ut ipse in epistolis inquit Si nunq; cesses tēdere mollis erit. Re autem præpositio sæpenumero mutat uerba cū quibus componitur in contrariam significationem. ut tego retego. signo resigno. tendo retendo. Sunt oh sunt iurgia tanti? Ac si diceret iurgia nequaq; tanti sunt æstimanda ut me uoluptate huius potiendæ uirginis priuent. Oh autem hoc loco contemnentis est interiectio. Nec se sine crimine pdit. hoc est. Nec se manifestat sine ui puellæ illata. Victor. uoti compos effectus. Et conscia sylua. stupri ab Ioue illati. Dictynna. Diana dicitur απο των Δικτυων hoc est a retibus. Cuius nominis a Solino talis causa assignat. Britomare nympha cum uirginitatem suam Dianæ uouisset se in mare præcipitauit: ne a Minoe Crætæ rege uiolaretur. Cum uero ob hoc sæua pestis Crætam inuasisset: responso accepto: uirginis cadauer retibus e mari extraxerunt eamque Dictynnam appellauerūt ac Dianæ ædē extruxerunt: quæ a nomine uirginis dictynna fuit appellata. Heu q̄ difficile est. Sententia loco accommodata.

Orbe nono. mense nono. Luna enim singulis quibusque mensibus suum reparat orbem. Arbiter omnis. testis nemo adest.

Parrhasis.Calisto a Parrhasia ur/
be: quæ sic a Parrhaso uno ex Ly/
caonis filiis cognominata fuit.
Adempta est.Vi detracta ab aliis
Dianæ comitibus. Vterum.Vte
ri tumorem.Grauida enim erat ac
partui propinqua. Cynthia.Dia
na a Cyntho Deli monte. Id ipm
Indoluit Iuno.Hæc parenthesis Iu
nonis indignationis causam osten/
dit.Non enim tã doluit Iuno quod
a Ioue stuprata foret:q̃ quod pue/
rum peperisset. Quo simul ob/
uertit.Postq̃ iquit conuertit & ocu
los & animum in Arcadem e Cali/
stone natum: excandescere uerbis
cœpit. Quo.in quem puerum.
Simul.postq̃. Vt fœcunda fo/
res.Conciperes Fœcũdæ enim mu
lieres dicuntur:quæ concipiunt.
Testatum.tanq̃ testimonio ap/
probatum. Lato rictu.amplo fo
ramine. Qualescunque manus.
Nam ursi prioribus pedibus ma/
nuum uice funguntur:eosque eri/
gunt. Ah quotiẽs sola.Pristinam
mentem Calistoni remansisse mul
tis colligit argumentis.Neq; enim
se ursam esse putabat. Quamuis
pater esset in illis. Lycaonem enim
Callistonis patrem in lupum fuisse
conuersum in primo narrauit poe
ta. Ecce lycaoniæ proles.Arcas
Iouis filius ex Callistone cum quin
decim annorum esset:matri in ur/
sam conuersæ inter uenandum ob
uiauit: quam quidem cum ferire
uellet matrem esse ignorans in ur/
sam & ipse Iouis miseratione con/
uersus est.ambæque ad sidera sub/
latæ polo arctico nomen dederũt.
Id uero cum Iuno ainmaduertisset
Tethym Oceani uxorem rogauit:
ne unq̃ eas in mare descendere per/
mitteret: ac ea quidem de causa se/
ptẽtriones nunq̃ occidere possunt.
Eleganter autem Ouidius filii mu/
tationem cum matris transfigura/
tione connectit. Nexilibusque
plagis.retibus connexis.Multis eni
nodis retia nectuntur.Plaga aũt pri
ma breui rete significat.Lõga uero
uulnus designat. Erymanthidos.
mõtis erymãthi qui est in Arcadia.
Fugit.renuit.noluit. Vulnefi/
co telo.Vulnus inferenti iaculo.
Nefasq;.hoc est.paricidiũ quod
Arcas ignarus ppetraturus erat:ab
stulit.Plerũque autem poetæ duo
diuersa uno uerbo significãt.Nam

Ibat:& attritas uersabat riuus harenas.
Vt loca laudaũit:summas pede contigit undas.
His quoq; laudatis.procul est ait arbiter omnis.
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
Parrhasis erubuit.cunctæ uelamina ponunt.
Vna moras quærit.dubitanti uestis adempta est:
Q ua posita nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ manibusq; uterum celare uolenti
I procul hinc dixit:nec sacros pollue fontes
Cynthia:d eq; suo iussit secedere cœtu.
Senserat hoc olim magni matrona tonantis:
Distuleratq; graues in idonea tempora pœnas.
Causa moræ nulla est.& iam puer archas(id ipsum
Indoluit Iuno)fuerat de pellice natus.
Q uo simul obuertit sæuam cum lumine mentem:
Scilicet hoc etiam restabat adultera dixit
Vt fœcunda fores:fieretq; iniuria partu
Nota:Iouisq; mei testatũm dedecus esset:
Haud impune feres:adimam tibi namq; figuram:
Q ua tibi:quaq; places nostro importuna marito:
Dixit:& arreptam prensis a fronte capillis
Strauit humi pronam.tendebat brachia supplex:
Brachia cœperunt nigris horrescere uillis.
Curuariq; manus:& aduncos crescere in ungues:
Officioq; pedum fungi:laudataq; quondam
Ora Ioui lato fieri deformia rictu.
Ne ue preces animos & uerba precantia flectant:
Posse loqui eripitur.uox iracunda minaxq;
Plenaq; terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua manet.facta quoq; mansit in ursa.
Assiduoq; suos gemitu testata dolores
Q ualescunq; manus ad cælum & sydera tollit:
Ingratumq; Iouem nequeat cum dicere sentit.
Ah quotiens sola non ausa quiescere sylua
Ante domum quondamq; suis errauit in agris.
Ah quotiens per saxa canum latratibus acta est:
Venatrixq; metu uenantum territa fugit.
Sæpe feris latuit uisis oblita quid esset:
Vrsaq; conspectos in montibus horruit ursos:
Pertimuitq; lupos:q̃uis pater esset in illis.
Ecce lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adest terquinq; ferens natalibus annos:
Dumq; feras sequitur:dum saltus eligit aptos:
Nexilibusq; plagis syluas erymanthidos ambit:
Incidit in matrem:quæ restitit arcade uiso:
Et cognoscenti similis fuit,ille refugit:

Immotosq; oculos in se sine fine tenentem
Nescius extimuit: propiusque accedere fugit:
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.
Arguit omnipotens: pariterque ipsosque nefasque
Sustulit: & celeri raptos per inania uento
Imposuit cælo: uicinaque sydera fecit.
Intumuit Iuno: postq̄ inter sydera pellex
Fulsit: & ad canam descendit in æquora tethym:
Oceanumque senem: quorum reuerentia mouit
Sæpe deos: causamque uiæ scitantibus inquit.
Quæritis æthereis quare regina deorum
Sedibus hic adsim. pro me tenet altera cælum.
Mentiar: obscurum nisi nox cum fecerit orbem
Nuper honoratas summo mea uulnera cælo
Videritis stellas: illic ubi circulus axem
Vltimus extremum spacioque breuissimus ambit.
Est uero cur quis iunonem lædere nolit:
Offensāque tremat: quæ prosum sola nocendo
O ego quantum egi: q̄ uasta potentia nostra est:
Esse hominem uetui. facta est dea. sic ego pœnas
Sontibus impono. sic est mea magna potestas.
Vendicet antiquam faciem: uultusque ferinos
Detrahat: argolica quod in ante phoronide fecit.
Cur non expulsa ducit Iunone: meoque
Collocat in thalamo: socerumque lycaona sumat.
At uos si læsæ tangit contemptus alumnæ:
Gurgite cæruleo septem prohibete triones:
Syderaq; in cælum stupri mercede recepta
Pellite: ne puro tingatur in æquore pellex.
Dii maris annuerant. habili saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis:
Tam nuper pictis cæso pauonibus argo:
Quam tu nuper eras cum candidus ante fuisses
Corue loquax subit o nigrantes uersus in alas.
Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales: ut æquaret totas sine labe columbas.
Nec seruaturis uigili capitolia uoce
Cederet anseribus: nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci
Qui color albus erat: nunc est contrarius albo.
Pulchior in tota q̄ lariſſæa coronis
Non fuit æmonia. placuit tibi delphice certe
Vel dum casta fuit: uel inobseruata. sed ales
Sensit adulterium phœbeius: utq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index
Ad dominum tenebat iter: quem garrula motis

sustulit significat & in altum tulit: qua in significatione ad ipsos referē: & abstulit & remouit: quæ significatio nefas respicit. Vicina sydera. Maior enim ursa & minor uicinæ sunt ac propinquæ. Intumuit. Indignata est.

Quorum reuerentia mouit. Oceanus & Tethys magno in honore sunt apud omnes deos. Mentiar. mentiri dicar. Mea uulnera. meos dolores & cruciatus. Illic ubi circulus axem. hoc est ad polum septētrionalem ubi ē ultimus ac breuissimus circulus. Arcticus enim & antarcticus circuli & ultimi sunt & aliorum breuissimi. Est uero cur quis. Ironia indignationis plena. Offensamque tremat. me offendere timet. Offensa autem agentis est. Offensio patientis. Esse hominem uetui. Ostendit Iuno se nocendo prodesse. Sontibus. nocentibus.

Phoronide. In Io Phoronei nepte: quæ cum in uaccam: ut uidimus: a Iunone fuisset cōuersa: humanæ formæ aloue fuit restituta. Cur non expulsa ducit Iunone. Pulchra Ironia: qua id cōcedere uidemur: quod maxime nolumus. Sic Dido apud Vergilium. Ilsequere Italiam uētis. pete regna per undas. Tāgit. commouet. Alumnæ Nam Iuno a Tethy fuit educata. Tā nuper pictis. Hæc ad cōnexionem mutationis sequentis apte faciendam inferuntur. Quam tu nuper eras. Coruus initio quidem fuit candidus. sed cum eius indicio Apollo cognouisset Coronida amicam cum alio quodam Iuuene rem habere: eamque sagittis interfecisset: puerumque Asclepium excisso utero extraxisset: pœnitentia ductus Coruū indicem sibi aliquid præmii sperantem: ex albo nigrum effecit

Nec seruaturis. Alludit ad id quod Liuius in prima decade narrat. Cum enim galli senones olim obsedissent capitolium noctuque ascendissent clangore anserum: cum canes minime sentirent: excitati custodes eos deturbauerūt. Quare & anseres in magno honore habiti & canes fuere crucifixi.

Quā lariſſæa coronis. Duæ fuerunt Coronides: quarum altera ab Apolline: altera a Neptuno fuit adamata.

Lariſſæa. Ex lariſſa Theſſaliæ urbe. In tota æmonia. Theſſalia. Inobseruata. incustodita. Ales phœbeius. coruus ab Apolline coronidi custos adhibitus. Non exorabilis index: qui nullis precibus potuit flecti ne id quod uiderat ĩdicaret. Garrula

cornix. Narraturus Poeta quemadmodum Coronis Phocaica in Cornicem fuit mutata: eleganter ut solet fabulam fabulæ connectit. Cornicem autem ipsam inducit coruũ admonẽtem ut taceat: ac quid sibi euenerit: quia linguam cohibere nesciuit narrantem. Coronis enim filia fuit Coronei Phocidos regis, quæ a Neptuno adamata: ne uiolaretur ope palladis in cornicem fuit conuersa: ac palladis ipsius comes effecta. Cæterum cum Palladi nunciasset Cecropis filias cistam: in qua Erichthonium ex semine uulcani natum ipsa pallas clauserat: contra deæ mandatum aperuisse: a comitatu Mineruæ fuit repulsa. Quid fuerim. Comes nanq; fui Mineruæ. Quid sim. Nunc a comitatu Mineruæ repulsa cõtemnor. Nam tempore quodam, uulcanus cum Palladi tanq̃ uxori sibi ab Ioue traditæ: qua blandiciis potiri non poterat: uim inferret: eaq; reluctaretur forte semen ipsius in terrã cecidit: ex quo quidem & terra natus est Erichthonius uulcani sine matre filius pedes habens anguinos: quos ut tegeret primus currum excogitasse dicitur. Erichthonius autem lis terræ interpretatur. ἔρις nanq; lis siue contentio. χθὼν χθονὸς terra appellatur. Sine matre. Nam ex solo uulcani semine quod in terram cecidit natus est. Actæo. attico. Gemino de Cecrope. Cecrops idcirco geminus ac biformis dicitur quod ut refert Iustinus: matrimonium ac nuptias hoc est maris & fœminæ coniũctionem primus instituit. Rex autem fuit Athenarum

Diducit. dissoluit ac separat. Apporectũque draconem. Appositum draconem sibi uidere uisæ sunt: quia Erichthonius serpentinos habebat pedes. Acta deæ refero. gesta a Cecropis filiabus Mineruæ nuncio. Et ponar post noctis auem. Noctuam quæ solum noctu uolat. At puto non ultro. Occurrit tacitæ obiectioni Cornix. Posset enim quis dicere. Idcirco fuisti repulsa quia Mineruæ nunq̃ fuisti grata. Se igitur ita se Mineruæ placuisse ait: ut sponte fuerit ab ipsa comes petita. At puto uon ultro. Interrogatiue cum quadam obiectione legatur: quam ita soluit: ut dicat id ex ipsa minerua quæri posse. Vt soleo: nunc Cornix facta. Nam Cornices lentis passibus gradiuntur. Spatiarer. ambularem. Nam spatiari est uoluptatis causa ambulare. Nec contigit ullum. tetigit. commouit. Mota est pro uirgine uirgo. Pallas perpetua gaudens uirginitate. Comes inculpata. inuiolata.

Quid tamen hoc prodest. Hæc ad commodam sequentis fabulæ connexionem referuntur. Quid inquit prodest inuiolatam ac sine ullo crimine Mineruæ comitem fuisse: cum Nyctimene ob icestum cum patre admissum ĩ auẽ noctuã cõuersa mihi præferat? Nyctimene. n. Nyctei regis lesbi filia pr̃is amore capta clã se ei p̃ uxore subiecit: p̃pter quod ĩ noctuã

Consequitur pẽnis: scitetur ut omnia cornix.
Auditaq; uiæ causa non utile carpis
Inquit iter. ne sperne meæ præsagia linguæ.
Quid fuerim: qd simq; uide: meritumq; require.
Inuenies nocuisse fidem. nam tempore quodam
Pallas erichthonium prolem sine matre creatam
Clauserat actæo texta de uimine cista.
Virginibusq; tribus gemino de cecrope natis
Seruandam dederat: sed inconfessa quid esset.
Et legem dederat sua ne secreta uiderent.
Abdita fronde leui densa speculabar ab ulmo
Quid facerent. commissa duæ sine fraude tuentur
Pandrasos atq; herse. timidas uocat una sorores
Aglauros: nodosq; manu deducit: & intus
Infantemq; uident: apporrectumque draconem.
Acta deæ refero: pro quo mihi gratia talis
Redditur: ut dicar tutela pulsa mineruæ.
Et ponar post noctis auem. mea pœna uolucres
Admonuisse potest: ne uoce pericula quærant.
At puto non ultro: nec quicq̃ tale rogantem
Me petiit: licet hoc ex ipsa pallade quæras
Quãuis irata est: non hoc irata negabit.
Nam me phocaica clarus tellure coroneus
(Nota loquor) genuit: fuerãq; ego regia uirgo:
Diuitibusq; procis (ne me cõtemne) petebar.
Forma mihi nocuit. nam cum per littora lentis
Passibus ut soleo: sũma spaciarer harena:
Vidit: & incaluit pelagi deus: utq; precando
Tempora cum blandis absumpsit inania uerbis:
Vim parat: & sequitur: fugio: densũq; relinquo
Littus: & in molli nequicq̃ lassor harena.
Inde deos hominesq; uoco: nec contigit ullum
Vox mea mortalem. mota est pro uirgine uirgo:
Auxiliumq; tulit. tendebam brachia cælo.
Brachia cœperunt leuibus nigrescere pennis.
Reiicere ex humeris uestem molibar: at illa
Pluma erat: inq; cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neq; iam palmas nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec ut ante pedes retinebat harena.
Sed summa tollebar humo. mox acta per auras
Euehor: & data sum comes inculpata mineruæ.
Quid tamen hoc prodest: si diro facta uolucris
Crimine nyctimene nostro successit honori?

An quæ per totam res eſt notiſſima leſbon:
Non audita tibi eſt: patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen.auis illa quidem ſed conſcia culpæ
Conſpectum lucemq; fugit:tenebriſque pudorem
Cælat:& a cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti tibi ait reuocamina coruus
Sint precor iſta malo:nos uanum ſpernimus omen.
Nec cœptum dimittit iter:dominoq; iacentem
Cum iuuene æmonio uidiſſe coronida narrat.
Laurea delapſa eſt audito crimine amantis:
Et pariter uultuſque deo plectrumque colorq;
Excidit:utq; animus tumida feruebat ab ira
Arma aſſueta capit:flexumq; a cornibus arcum
Tendit:& illa ſuo totiens cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora tælo.
Icta dedit gemitum:tractoq; a uulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit potui pœnas tibi phœbe dediſſe
Sed peperiſſe prius.duo nunc moriemur in una.
Hactenus:& pariter uitam cum ſanguine fudit:
Corpus inane animæ frigus letale ſecutum eſt.
Pœnitet heu ſero pœnæ crudelis amantem:
Seq; q audierit:q ſic exarſerit odit.
Odit auem:per quam crimen cauſāq; dolendi
Scire coactus erat:necnon arcumq; manumq;
Odit:cumq; manu temeraria tæla ſagittas.
Collapſamque fouet:ſeraq; ope uincere fata
Nititur:& medicas exercet inaniter artes.
Q uæ poſtq̄ fruſtra temptata:rogumq; parari
Vidit:& arſuros ſupremis ignibus artus:
Tum uero gemitus(neq; enim cæleſtia tingi
Ora licet lachrymis)alto de corde petitos
Edidit.haud aliter q̄ cum ſpectante iuuenca
Lactentis uituli dextra libratus ab aure
Tempora diſcuſſit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit amplexus:iniuſtaq; buſta peregit:
Non tulit in cineres labi ſua phœbus eoſdem
Sæmina.ſed natum flammis uteroq; parentis
Erripuit:geminiq; tulit chironis in antrum.
Sperantemq; ſibi non falſæ præmia linguæ:
Inter aues albas uetuit conſiſtere coruum.
Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno
Lætus erat:mixtoq; oneri gaudebat honore.
Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri:quam quondam nympha Caici

conuerſa ſibi conſcia reli
quaq; auium conſpectū
fugit. Temeraſſe uio/
laſſe. Reuocamina.re
uocationes. Audito cri
mine amantis.amicæ &
quam ſe amare putabat.
Vultus.hylaris ac lætus
ſubaudiatur. Tumida
ab ira.ab effectu qđ ho/
minem tumeſcere cogat
Arma aſſueta.arcum
& ſagittas. Indeuitato.
quod nullo pacto poteſt
euitari. Hactenus.locu
ta eſt Coronis ſuppleat.
Neq; enim cæleſtia tin
gi ora licet lachrymis.Pa
renthesis q̄ ſignificat cur
lachrymas quoq; Apol/
lo non emiſerit.Neq;.n.
inquit dii poſſunt flere.
Haud aliter.Hac ſimi
litudine oſtendit q̄ graui
ter gemuerit Apollo. Li
bratus ab aure.percutien
tis.geſtū enim exprimit
lanii uitulos interficien/
tis.Malleum enim auri/
culæ dextræ admouen/
tes ictū uitulo ifligūt. In
gratos. puellæ mortuæ
nihil placētes. Iniuſtaq;
iuſta peregit.Stultum ui
detur eſſe hoc dictum.Si
enim iuſta ſunt:quo mo
do iniuſta dicūtur? Sed
Iuſta dicuntur ſacrificia
quæ mortuis fiunt. In/
iuſta uero uidētur:quia
coronis Apollini fidem
non ſeruarat. Gemini
Chironis. Chiron filius
fuit Saturni ex Phylira
Oceani filia:cum qua in
equum conuerſus cōcu/
buit Chironemq; cētau/
rū ſuſtulit. ppter quod
geminus dicitur. Nā ex
parte anteriori hō.ex po
ſteriori equus uidebat.
Semifer iterea.Chiron
ſemiferus. Diuinæ ſtir
pis alumno. Aeſculapio
Apollinis filio. Ecce ue
nit rutilis.Ocyroe Chiro
nis ex nympha q̄dā caici
fluuii filia cū fatoq; arca/
na reſeraret: Iouis ira in
equā fuit cōuerſa. Caici.
Fluuius ē Myſiæ Caicus.

Ocyroen. Velox fluxus ocyroe dicitur. ὠκυσ nanq; uelox. ροη fluxus. Sic autem fuit appellata: quod i ripis Caici fluminis rapacissimi fuit nata. Vaticinos furores. uaticinandi ac futura prædicẽdi impetus.

Incaluitq; deo. Spiritu diuino. Totique saluifer orbi. Aesculapius nanque adeo præstans medicina fuit: ut etiã Hippolitũ ab inferis reuocarit: propter quod ab Ioue fulmine fuit extinctus: ac postea deus est effectus. Flãma auita. Fulmine aui Iouis. Et bis tua fata nouabis. Tuam uitam bis renouabis. Tu quoque Care pater. Patri quoque Chironi Ocyroe exitum prædicit. Nam chiron qui non modo centauros sed cæteros quoque homines iusticia dicitur superasse cum Hercule hospitio suscepisset sagittasq; hydræ sanguine tinctas manibus tractaret: una earum e manibus lapsa pedem ipsius percussit: ipsumque tantis doloribus affecit: ut nona die miseratione deorum in astra fuerit sublatus: ut Ouidius in fastis refert. Nona dies aderat cum tu iustissime Chiron: Bis septẽ stellis corpore cinctus eras.

Diræ serpentis. hydræ: quæ cum centũ capita hẽret: ab Hercule fuit interfecta Eius sanguine. Herculis sagittæ tinctæ insanabilia uulnera inferebant. Teque ex æterno. ex imortalite mortalem dii efficient. Triplices deæ. Parcæ quæ tres dicuntur esse Clotho. lachesis. & Atropos. in quarum filis uniuscuiusq; uita esse dicitur donec fila frangantur. Restabat fatis aliquid. hoc est. de fatorum arcanis quæ referre instituerat: aliquid restabat dicendum. Præuertunt me. occupant & impediunt. Nam in fatis erat ut uerteretur in equam. Subduci. auferri. Cognata pectora propter patrem qui centaurus erat. Nomen quoque monstra dederunt. Nam ιπποσ hoc est equa fuit appellata. Flebat opemque tuam. Mutationem Batti in lapidem indicem superiori fabulæ poeta annectit. Nam Apollo cum ob pulsos Cyclopas diuinitate priuatus Admeti regis Thessaliæ armenta in pastorali habitu pasceret: Mercurius boues quæ longius forte processerant furto abactas in sylua occultauit: Battoque cuidam equarum custodi: a quo uno uisus fuerat: mãdauit: ne cuiq; illud furtum indicaret. Quod quidem ut libentius faceret: uaccam ei pulcherrimam dono dedit. Battus uero ei pollicitus est se nunq; alicui uaccas illas indicaturum. Mercurius uero ut hominis experiretur fidem: susceptа alia figura ad eũ paulo post redit: rogans: an uaccas q̃sdã illac trãseũtes uidisset: pollicensq; si idicaret se uaccam cum Tauro daturum. Quod cum accepisset Battus sub quo monte boues pascerentur: indicauit: quam ob perfidiã eũ Mercurius in lapidẽ qui index dicit: cõmutauit. Phyllirius heros. Chiron Saturni & Phylliræ filius. Iussa Iouis. qui ocyroen in uaccã cõuertit. Elim. Vrbs est Arcadiæ elis: iuxta quam Alpheus fluuius

Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
Ocyroen. non hæc artes contenta paternas
Edidicisse fuit. fatorum arcana canebat.
Ergo ubi uaticinos concepit mente furores:
Incaluitq; deo: quem clausum pectore habebat:
Aspicit infantem: totiq; salutifer orbi
Cresce puer dixit. tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt. animas tibi reddere ademptas
Fas erit: idq; semel diis indignantibus ausus
Posse dare hoc iterum flamma prohiberis auita.
E q; deo corpus fies exangue: deusq;
Q ui modo corpus eras: & bis tua fata nouabis.
Tu quoq; care pater non iam mortalis: & æuis
Omnibus ut maneas nascendi lege creatus!
Posse mori cupies tum cum cruciabere diræ
Sanguine serpentis per saucia membra recepto.
Teq; ex æterno patientem numina mortis
Efficient: triplicesq; deæ tua fila resoluent.
Restabat fatis aliquid. suspirat ab imis
Pectoribus: lachrymæq; genis labuntur abortæ:
Atq; ita præuertunt me inquit mea fata: uetorq;
Plura loqui: uocisq; meæ præcluditur usus.
Non fuerant artes tanti: quæ numinis iram
Contraxere mihi. mallem nescisse futura.
Iam mihi subduci facies humana uidetur.
Iam cibus hærba placet. iam latis currere campis
Impetus est. in equam cognataq; pectora uertor
Tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars est extrema querelæ
Intellecta parum: confusaq; uerba fuerunt.
Mox nec uerba quidem. nec equæ sonus ille uidetur:
Sed simulantis equam: paruoq; in tempore certos
Edidit hinnitus: & brachia mouit in hærbas.
Tum digiti coeunt: & quinos alligat ungues
Perpetuo cornu leuis ungula. cresçit & oris
Et colli spacium. longæ pars maxima pallæ
Cauda fit: utq; uagi crines per colla iacebant:
In dextras abiere iubas: pariterq; nouata est
Et uox & facies nomen quoq; monstra dederunt.
Flebat: opemq; tuam frustra phyllyrius heros
Delphice poscebat nam nec rescindere magni
Iussa Iouis poteras. nec si rescindere posses:

Tunc aderas.elim miſeniaque arua colebas.
Illud erat tempus quo te paſtoria pellis
Texit:onuſque fuit baculus ſilueſtris oliuæ
Alterius diſpar ſeptenis phyſtula cannis.
Dumque amor eſt curæ:dum te tua phyſtula mulcet:
Incuſtoditæ pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boues.uidet has atlantide maia
Natus:& arte ſua ſiluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo.niſi notus in illo
Rure ſenex.battum uicinia tota uocabat.
Diuitis hic ſaltus hærboſaque paſcua nelei
Nobiliumque greges cuſtos ſeruabat equarum.
Hunc timuit:blandaque manu ſeduxit:& illi
Quiſquis es hoſpes ait:ſi forte armenta requiret
Hæc aliquis:uidiſſe nega.neu gratia facto
Nulla rependatur:nitidam cape præmia uaccam.
Et dedit.accepta uoces has reddidit hoſpes.
Tutus eas.lapis iſte prius tua furta loquetur.
Et lapidem oſtendit:ſimulat loue natus abire.
Mox redit:& uerſa pariter cum uoce figura:
Ruſtice uidiſti ſi quas hoc limite dixit
Ire boues:fer opem:furtoque ſilentia deme.
Iuncta ſuo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
At ſenior poſtq̃ merces geminata:ſub illis
Montibus inquit erant:& erant ſub montibus illis.
Riſit atlantiades:& me mihi perfide prodis:
Me mihi prodis ait:periuraq; pectora uertit
In durum ſilicem:qui nunc quoq; dicitur index:
Inque nihil merito uetus eſt infamia ſaxo.
Hinc ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis.
Monichioſq; uolans agros:gratamq; mineruæ
Deſpiciebat humum:cultiq; arbuſta lycei.
Illa forte die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde reuertentes deus aſpicit ales:iterque
Non agit in rectũ:ſed in orbem curuat eundem
Vt uolucris uiſis rapidiſſima miluius extis
Dum timet:& denſi circũſtant ſacra miniſtri:
Flectitur in gyrum:nec longius audet abire:
Spemq; ſuam motis auidus circũuolat alis.
Sic ſuper actæas agilis cyllenius arces
Inclinat curſus:& eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior q̃ cætera ſydera fulget
Lucifer:& quanto q̃ lucifer aurea phœbe:
Tanto uirginibus præſtantior omnibus herſe

oritur unde Eleus poſſeſſiuum deriuatur.Vergilius tertio geor gicon.Hic uel ad Elei metas & maxima campi Sudabit ſpacia.

Meſeniaque arua.Meſſena urbs fuit græciæ Pylo propin/qua iuxta quam Amphryſus la bitur. Alterius.dextre.Nam ſiniſtræ onus erat baculus.

Abactas.abductas.Proprie autem abigi dicuntur armenta Vnde & abigei dicuntur peco/rum fures. Nelei.Pater Neſto ris fuit Neleus rex Pyli. Re/pendatur.referatur. Furto/que ſilẽtia deme.hoc eſt.furtũ indica. Atlantiades.Mercuri/us nepos Atlantis ex maia. Me mihi.Repetitio eiuſdem dicti irato conueniens. Index.lapis eſt quo utimur ad aurum argẽ tumque probandum. Nihil merito.Lapis enim nihil mali commiſit. Hinc ſe ſuſtulerat. Aglauri filiæ Cecropis Athena/rum regis mutationem in ſaxũ ſuperiori tranſformationi con/nectit.Mercurius enim poſt Ba tum in lapidem conuerſum for te inter uirgines Athenienſium ſacra mineruæ celebrãtes uidit Herſen Cecropis filiam omniũ formoſiſſimam:qua cum aliter potiri non poſſet:Aglaurum il/lius ſororem rogauit:ut ſibi opẽ ferret.Ea operam ſuam pollice/tur:dum ſibi pecunia tribuat. Id cum reſciuiſſet Pallas ob ci/ſtam quoq; apertam irata ei in/uidiam immiſit:qua impedita cum Mercurio repugnaret:ne Herſe amata frueret:in ſaxum ab eo fuit cõuerſa. Munychios agros.Atticos.Munychia nan/q̃ portus eſt atticæ a monycho dicta.Vnde templũ Munichiæ dianæ. Coronatis caniſtris. Canephoria ea ſacra uocata ſũt: quod in caniſtris ferrentur.uir gines etiam Canephoræ dice/bãtur. Vt uolucris.Hac ſimi/litudine Poeta oſtendit quo mo do in orbem Mercurius uola/ret: ut diutius aſpectu Herſes amatæ frueret. Miluius.auis eſt rapax quæ in gyrum uolat.

In gyrum in orbem & cir/cuitum. Circinat.circundat. Eſt autem Circinus inſtrumen tum quo circuli apte cõficiunt.

Balearica funda.qua Balearium iuſularum incolæ maxime utuntur.Baleares autẽ inſulæ ſunt duæ Hiſpaniæ adiacentes:quarum incolæ optimi ſunt funditores. Incandeſcit. Igneſcit. Vt limbus totũque.hoc eſt.ut limbus aureus totus appareat.Eſt enim εν διὰ δυο id eſt unum in duo diuiſum:quam figuram imperiti endiadin uocant. Cum endiadis necgræca nec latina uox ſit. Vt teres.recta. Pars ſecreta domus.Interiorem partem domus Cæcropis deſcribit:in qua Thalami filiarum erant. Ebore & teſtudine.Non ſolum ebore ſed etiam teſtudinum cruſtis thalami ornabãtur.q̃uis teſtudo edificium quo concameratum ſignificet.qua in ſignificatione ſi accipiamus eburneam teſtudinem intelligemus.

Abdita.ſecreta.Erichthonium in ciſta clauſum ut uidimus. Dea bellica.pallas quæ & Bellona dicitur. Aegida cõcuteret.Aegis munimentum eſt pectoris æreum habens in medio gorgonis caput:quo & Pallas & Iupiter uti ſolent. Subit.in mẽtem uenit. Lemniacam ſtirpem. Erichthonium uulcani qui in lemnum inſulam e cælo cecidit. Ingratamque deo fore.ob petitam petitam pecuniam. Ingratamque ſorori.Quia auaricia illam Mercurio proſtituebat. Protinus Inuidiæ.Primum iuidiæ domum deſcribit poeta.deinde Inuidiam ipſam.Eſt autem inuidia dolor ex aliena proueniens fœlicitate Differt ab inuidentia quod ea non ſolum ad eum qui iuidet:ſed etiam ad eum cui inuidetur referri poteſt Inuidentia uero in eum demum cadit qui inuidet. Neque enim ſuccedere tectis fas habet.hoc eſt. Palladi ut quæ eſt dea:non licet Inuidiæ domum ingredi.

Ibat:eratque decus pompæ comitumque ſuarum.
Obſtupuit forma Ioue natus:& æthere pendens
Non ſecus exarſit:q̃ cum balearica plumbum
Funda iacit.uolat illud:& incandeſcit eundo:
Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter:cæloque petit diuerſa relicto:
Nec ſe diſſimulat.tanta eſt fiducia formæ:
Q uæ q̃q̃ iuſta eſt:cura tamen adiuuat illam.
Permulcetque comas:chlamidemque ut pendeat apte
Collocat:ut lymbus totumque appareat aurum.
Vt teres in dextra qua ſomnos ducit & arcet
Virga ſit.ut terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos:quorum tu pandroſe dextrum.
Aglauros læuum.medium poſſederat herſe.
Q uæ tenuit læuum uenientem prima notauit
Mercurium:nomenq; dei ſcitarier auſa eſt:
Et cauſam aduentus.cui ſic reſpondit atlantis
Pleioneſque nepos.ego ſum qui iuſſa per auras
Verba patris porto.pater eſt mihi Iupiter ipſe.
Nec fingam cauſas.tu tantum fida ſorori
Eſſe uelis:proliſque meæ matertera dici.
Herſe cauſa uiæ eſt.faueas oramus amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem quibus abdita nuper
Viderat aglauros flauæ ſecreta mineruæ.
Proque miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat.interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes:
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu:
Vt pariter pectus poſitumque in pectore forti
Aegida concuteret.ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu:tum cum ſine matre creatam
Lemniacam ſtirpem contra data fœdera uidit.
Ingratamque deo fore iam:ingratamque ſorori:
Et ditem ſumpto quod auara popoſcerat auro.
Protinus inuidiæ nigro ſquallentia tabo
Tecta petit.domus eſt imis in uallibus antri
Abdita ſole carens:non ulli peruia uento:
Triſtis:& ignaui pleniſſima frigoris:& quæ
Igne uacet ſemper:caligine ſemper abundet.
Huc ubi peruenit bello metuenda uirago:
Conſtitit ante domum (neque enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores.uidet intus edentem
Vipereas carnes uitiorum alimenta ſuorum
Inuidiam:uiſaque oculos auertit.at illa

Surgit humo pigre:ſemeſarumque reliquit
Corpora ſerpentum:paſſuq; incedit inerti.
Vtque deam uidit formaque armiſque decoram
Ingemuit:uultumque deæ ad ſuſpiria duxit.
Pallor in ore ſedet.macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies.liuent rubigine dentes.
Pectora felle uirent.lingua eſt ſuffuſa ueneno.
Riſus abeſt.niſi quem uiſi fecere dolores.
Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis.
Sed uidet ingratos:intabeſcitque uidendo
Succeſſus hominum:carpitque & carpitur una.
Suppliciumque ſuum eſt:q̄uis tamen oderit illam
Talibus affata eſt breuiter tritonia dictis.
Infice tabe tua natarum cæcropis unam.
Sic opus eſt.aglauros ea eſt.haud plura locuta
Fugit:& impreſſa tellurem reppulit haſta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit:ſucceſſorumque mineruæ
Indoluit:baculumque capit:quem ſpinea tortum
Vincula cingebant:adopertaque nubibus atris
Q uacunque ingreditur florentia proterit arua:
Exuritque hærbas:& ſumma papauera carpit.
Afflatuque ſuo populos urbeſque domoſque
Polluit:& tandem tritonida conſpicit arcem
Ingeniis opibuſque & feſta pace nitentem:
Vixque tenet lachrymas:quia nil lachrymabile cernit.
Sed poſtq̄ thalamos intrauit cæcrope natæ:
Iuſſa facit:pectuſque manu ferrugine tincta
Tangit:& hamatis præcordia ſentibus implet.
Inſpiratque nocens uirus:piceumque per oſſa
Diſſipat:& medio ſpargit pulmone uenenum.
Ne ue mali cauſæ ſpacium per latius errent:
Germanam ante oculos:fortunatumque ſororis
Coniugium:pulchraque deum ſub imagine ponit.
Cunctaque magna facit:quibus irritata dolore
Cæcropis occulto mordetur:& anxia nocte:
Anxia luce gemit:lentaque miſerrima tabe
Liquitur:ut glacies incerto ſaucia ſole.
Fœliciſque bonis aliter non uritur herſes:
Q uam cum ſpinoſis ignis ſupponitur hærbis
Q uæ neque dant flammas:lenique tepore cremantur.
Sæpe mori uoluit:ne quicq̄ tale uideret.
Sæpe uelut crimen rigido narrare parenti.
Denique in aduerſo uenientem limine ſedit
Excluſura deum:cui blandimenta preceſque
Verbaque iactanti mitiſſima deſine dixit.

Niſi quem uiſi fecere dolores: non ipſius ſed aliorum. Nec frui tur ſomno.nec dormire poteſt.

Excita.concita.ſtimulata. Vi/gilantibus curis.ab effectu curæ di/cuntur uigilantes:quod hominem uigilare cogant neque dormirepa tiantur. Sed uidet ingratos.non gratos ac ſibi diſplicentes. Inta/beſcit.paulatim conſumitur. Car pitque & carpitur una.Simul in/quit & ledit & leditur. Supplici/umque ſuum eſt.hoc eſt.ſibiipſi eſt ſupplicium.Inuidus enim ſeipſum ſemper rodit paulatimque conſu/mit. Quamuis tamen.ordo eſt Quamuis oderit illam:talibus ta/men eſt allocuta. Tritonia.pallas a Tritonide palude apud quam pri mum apparuiſſe fingitur. Infice tabe tua.hoc eſt ueneno tuo inqui/na ac imbue.Breuem autem idcir/co Palladi attribuit orationem poe ta:ut ſignificet deam Inuidiæ aſpe/ctum diutius ferre non potuiſſe.

Obliquo lumine.obliquis ocu/lis:qualibus inuidi aſpicere ſucceſ/ſus aliorum ſolent. Succeſſorū/que mineruæ idoluit.Archaiſmos eſt.hoc eſt antiqua locutio.Nunc enim ſucceſſibus dolere dicimus.

Proterit.proſternit. Tritonida arcem.Athenarum arcem palladi dicatam.Poſuit autem patronymi cum pro poſſeſſiuo. Ingeniis.pro pter multitudinem præſtantiſſi/morum philoſophorum hoc dicit

Et feſta pace.ab effectu.Nam tē/pore pacis feſta celebrantur. Vi/rentem.florentem. Ferrugine. ferri erugo.ferrugo uocatur. Ha matis ſentibus.recuruis ſpinis.qua lis eſt hamus.Eſt autem nomē par ticipio ſimile hamatus ut galeatus.

Piceum.nigrum. Neue mali cauſæ.hoc eſt.Ne cauſæ doloris lon gius abſint:efficit ut fœlicitatem ſo roris ſemper ante oculos habere ui deatur. Cæcropis.Aglauros Cæ cropis filia.Eſt enim nomen patro nymicum fœminum. Liquitur liqueſcit atque ut nix ad ſolem con ſumitur. Lenta tabe.corruptione quæ paulatim fit. Incerto ſole.de bili ac parum uehementi ſole.

Leni tepore.exiguo calore.

Deſine dixit.me rogare ſubaudi.

Velox cyllenius. Mercurius a Cyllene arcadiæ monte. Isto pacto, ut te hinc non moueas nisi me repulso. Nutu autem me hinc repellere poteris. Tu igitur hic semper maneas. Cælatas, sculptas atq; pictas. Ignaua grauitate. Scite epitheto distinxit. Nam est etiam grauitas honesta. Partes quascũque. In præpositio sub audiatur: ut in quascunque flectitur intelligamus. Describit autem quemadmodum Aglauros in saxum fuit commutata ac limini ianue: ubi sederat ita affixa: ut nunq̃ surgere potuerit. Trunco, corpore. Riget, rigida ac dura est facta. Malum cancer. Morbus est cancer quod græci Carcinoma uocant: paulatim corpus rodens. Respiramina. Pulmonis respirationes. Sua mens infecerat illam. Inuidorum nãq; corpora sunt nigra: quemadmodum & mens nigra esse solet: & nocens. Infecerat, maculauerat. Mentisque prophanæ, a sacris ac religiõe remotæ. Dictas a pallade terras Linqt. Periphrasis est Athenarũ. Nam Athenæ απο τησ αθηνησ hoc est a pallade dicũtur. Seuocat hunc genitor. Iupiter Europæ Agenoris Phœnicũ regis filiæ amore captus Mercurio ab Attica redeunti mandat: ut se q̃primum in Phœniciam cõferat: regisq; arméta ad littus appellat. Ibi nãq; cum aliis uirginibus Europa spatiari solebat. Id uero cũ effecisset Mercurius: omni deposita maiestate Iupiter in Taurũ se cõuertit: cuius dorsum post multas blãdicias Europa ascendere ausa: in cretã per mare ab ipso Ioue est uecta. Seuocat, seorsum uocat. Delabere, deorsũ labere atq; descẽde. De nãq; præpositio in cõpositione iterdũ auget ut Deamo te syre apud Terentiũ. Interdũ significat dehorsum: ut deuolo, demitto, decurro, & similia. Quæq; tuã matrẽ tellus. Periphrasis est Phœniciæ: quæ a pte sinistra septẽtrionẽ uersus subiicit pleiadibus q̃rum una est Maia Mercurii mater.

Suspicit sursũ aspicit. Interdũ suspicer mirari significat. Indigene Indegeniti icole. Sidonida, Sidoniã. Patronymica nãq; forma, p possessiua ac potius ꝓpria ẽ usus poeta. Nã Sidon urbs est Phœniciæ. Vnde Phœnicia ipsa Sidonia uocat. Dixit, & expulsi. Mira celeritate ac dicto citius Iouis mãdata executus ẽ Mercurius. Iãdudũ, q̃primũ. Virginibus tyriis. Tyrus urbs ẽ Phœniciæ Sidoni uicina. Nõ bene cõue. Nõ decet iqt grauẽ uirũ amori indulgere, quã ob cãm se i taurũ Iupiter conuertit: ut cõmodius uirgine amata potiret.

Ille pr̃ rectorq; deũ. Emphasis est. Plus. n. q̃ eloquat significat, hoc est. Ille potẽtissimus q oĩbꝫ præest, q oĩum ẽ cã. Trisulcis ignibꝫ, fulmibꝫ quoꝫ triplex ẽ effcũs. Afflãt. n. scindũt & urũt. Colla toris extãt. Describit tauꝝ i quẽ Iupiter ẽ mutatus

Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.
Stemus ait pacto uelox cyllennius isto:
Cælataſque fores uirga patefecit, at illi
Surgere conanti partes quaſcunque ſedendo
Flectitur: ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto ſe attollere trunco.
Sed genuum iunctura riget: friguſque per ũgues
Labitur: & pallent amiſſo ſanguine uenæ.
Vtque malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere: & illæſas uitiatis addere partes:
Sic letalis hyems paulatim in pectora uenit:
Vitaleſque uias & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt: nec ſi conata fuiſſet:
Vocis habebat iter, ſaxum iam colla tenebat.
Oraque duruerant, ſignumque exangue ſedebat.
Ne lapis albus erat, ſua mens infecerat illam.
Has ubi uerborum pœnas mẽtiſque prophanæ
Cepit atlantiades: dictas a pallade terras
Linquit: & ingreditur iactatis ætere pennis.
Seuocat hunc genitor, nec cauſam faſſus amoris
Fide miniſter ait iuſſorum natæ meorum
Pelle moram: ſubitoque celer delabere curſu:
Quæque tuam matrem tellus a parte ſiniſtra
Suſcipit, indigenæ ſidonida nomine dicunt.
Hãc pete: quodq; procul mõtano gramine paſci
Armentum regale uides ad littora uerte.
Dixit: & expulſi iamdudum monte iuuenci
Littora iuſſa petunt: ubi magni filia regis
Ludere uirginibus tyriis comitata ſolebat.
Non bene conueniunt: neq; in una ſede morãtur
Maieſtas & amor, ſceptri grauitate relicta
Ille pater rectorque deum: cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt: qui nutu concutit orbem:
Induitur faciem tauri: mixtuſque iuuencis
Mugit: & in teneris formoſus obambulat hærbis.
Quippe color niuis eſt: quam nec ueſtigia duri
Calcauere pedis: nec ſoluit aquaticus auſter.
Colla toris extant, harmis palearia pendent.
Cornua parua quidem: ſed quæ cõtẽdere poſſes
Facta manu: puraq; magis perlucida gemma.

Nullæ in fronte minæ:nec formidabile lumen.
Pacem uultus habet.miratur agenore nata
Quod tam formosus.q; prœlia nulla minetur.
Sed q̃uis mitem metuit contigere primo.
Mox adit:& flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans:& dum ueniat.sperata uoluptas:
Oscula dat manibus.uix ah uix cætera differt.
Et nunc alludit.uiridiq; exultat in hærba.
Nunc latus in fuluis niueum deponit harenis.
Paulatimq; metu dempto modo pectora præbet
Virginea palpanda manu.modo cornua sertis
Impedienda nouis:ausa est quoq; regia uirgo
Nescia quem premeret tergo considere tauri.
Tum deus a terra siccoq; a littore sensim
Falsa pedum primo uestigia ponit in undis.
Inde abit ulterius:mediiq; per æquora ponti
Fert prædam.pauet hæc:littusq; ablata relictum
Respicit:& dextra cornu tenet:altera dorso
Imposita est.tenues sinuantur flamine uestes.

Pu.Ouidii Naso.metamor.Liber tertius.



Anque deus posita fallacis imagine tauri
Se confessus erat: dictæaq; rura tenebat:
Cum pater ignarus raptam perquirere Cadmo
Imperat:& pœnam si nõ inuenerit addit
Exilium:facto pius & sceleratus eodem
Orbe pererrato(quis.n.deprendere posset
Furta Iouis)profugus patriamq; iramq; parentis
Vitat Agenorides:phœbiq; oracula supplex
Consulit:& quæ sit tellus habitanda requirit.
Bos tibi phœbus ait solis occurret in aruis
Nullum passa iugum:curuiq; immunis aratri.
Hac duce cape uias:& qua requieuerit hærba
Mœnia fac condas:boetiaq; illa uocato.
Vix bene castalio Cadmus descenderat antro:
Incustoditam lente uidet ire iuuencam:
Nullum seruitii signum ceruice gerentem.
Subsequitur:pressoq; legit uestigia gressu.
Auctoremq; uiæ phœbum taciturnus adorat.

Toris.pulpis. Extant.eminent. Palearia.pelles crassiores ab armis colloque boum pendentes palearia dicunt. Nec formidabile lumen. nec truces iquit erãt oculi Iouis. Sed q̃uis.mitem. Eleganter puellæ naturam exprimit.Timidæ nanq; solent esse puellæ. Et dum ueniat:donec fruatur sperata concubitus uoluptate. Vix ah uix cætera differt.Cum difficultate inquit cõcubitum differre potest in aliud tempus. Et nunc alludit.ad ludentem puellam ludit.Vt enim arridere est ad ridentem ridere:sic alludere est ad ludentem ludere.Interdum alludere est obscure aliquid significare. Impediẽda. ligãda. Falsa uestigia.simulatos pedes.nõ .n.erant tauri pedes sed falsi atq; simulati.

Raphaelis Regii in tertium metamorphoseos Ouidii librum enarrationes.



Amque deus posita.Hũc quoque librum tam concinne cum superiore connectit:ut mutationẽ quoque dentiũ martii serpentis ĩ uiros armatos ex priore fabula educere uideatur. Agenor nanque Europæ pater amissam filiam putãs Cadmo mandauit ut aut eam inueniret aut domum nõ rediret.Cadmus cum fere totum terrarum orbem peragrasset: neq; sororem usq̃ inueniret: Apollinem consuluit ubi commode habitare posset. Cui Apollo respondit:ut uaccam sibi oblatam sequeretur:ac ubi ea quiesceret:urbem ædificaret boetiãq; απο της βοος hoc est a boue appellaret.Cadmus igitur templo egressus uaccam est consectatus: quæ cum fessa procubuisset locum esse condẽdæ urbi sibi assignatum cognouit. Ioui igitur sacrificaturus ad hauriendas aquas e uicino fonte socios misit.Ipsi uero a dracone correpti cum non redirent: Cadmus ipse profectus & uastum draconem iterfecit:& palladis monitu eius dẽtes seminauit:ac terra obruit:ex qua statim homines armati sunt nati:qui se inuicem omnes præter quinq; interfecerunt

Dictæa arua.cretẽsia.Nam dicte mons est cretæ a Dicte nympha cognominatus. In Creta autem Iupiter regnauit. Cum pater.Agenor Beli filius. Facto pius & sceleratus eodem.Pius quidem quærẽdo filiam fuit Cadmus.Sceleratus autem filio exilium indicendo. Vitat Agenorides.Cadmus Agenoris filius.Agenor autem fortis.contumax.& superbus interpretatur. Solis.desertis. Castalio Antro. Spelũca Delphici oraculi.Castalius fons ẽ Parnasi musis sacer a uirgine Castalia dictus:quæ cũ apollinẽ se amãtẽ fugeret e mõte cadẽs ĩ fõtẽ sui noĩs fuit commutata. Nullum seruitii signũ.hoc est:quæ nullum iugum passa erat.Seruitium autem interdum seruitutem.interdũ seruoꝝ multitudinem significat. Presso gressu.represso & tardo ne anteiret seq̃ uaccã.

Iam uada Cephisi. Fluuius ē Boetiæ Cephisus. Panopes arua. Pāope urbs fuit Phocidis a Panopeo Phoci filio appellata. Vnde Panopeus trisyllabum gentile nomen. Comites. Cadmū cū sociis. Agit grates. Apollini. Sylua uetus stabat. Erecta erat. Humilem arcum. depressum.

Martius anguis. Marti dicatus ac bellicosus. Cristis & auro. Cristis aureis.

Vrna. uas est hauriendæ aquæ accommodatum ab urinando dictum: quod in puteis submergatur.

Orbes. spiras. quas serpentes cauda efficiunt. Tantoque est corpore. Tam magnus inquit erat ille serpens: quantus est is qui inter duas ursas in cælo spectatur. Est autem tantus ut fluuius esse uideatur

Geminas arctos: Duas & similes ursas. Phœnicas. Cadmi comites phœnices aquatum missos Est enim græcus accusatiuus. Fecerat exiguas. Iam inquit meridies erat. exiguæ enim in meridie solent esse umbræ: quo tempore sol est altissimus. Letata. leto data. extincta. Molarem lapidem tam magnum ut ex eo mola confici possit. Molares enim lapides dicuntur ex quibus molæ cōficiunt.

Iam uada cepheſi panopeſq; euaſerat arua:
Bos ſtetit: & tollens ſpecioſam cornibus altis
Ad cælum frontem mugitibus impulit auras.
Atq; ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes
Procubuit: teneraq; latus ſubmiſit in hærba.
Cadmus agit grates: peregrinæq; oſcula terræ
Figit: & ignotos montes agroſq; ſalutat.
Sacra Iouis facturus erat. iubet ire miniſtros:
Et petere e uiuis libandas fontibus undas.
Silua uetus ſtabat nulla uiolata ſecuri:
Et ſpecus in medio uirgis ac uimine denſus:
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum
Vberibus fœcundus aquis. ubi conditus antro
Martius anguis erat criſtis præſignis & auro.
Igne micant oculi. corpus tumet omne ueneno.
Treſq; micant linguæ. triplici ſtant ordine dentes.
Q uem poſtq̄ tyria lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu: demiſſaq; in undas
Vrna dedit ſonitum: longo caput extulit antro
Cæruleus ſerpens: horrendaq; ſibila miſit.
Effluxere undæ manibus: ſanguiſq; reliquit
Corpus: & attonitos ſubitus tremor occupat artus.
Ille uolubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet: & immenſo ſaltu ſinuatur in arcus:
At media plus parte leues erectus in auras
Deſpicit omne nemus: tantoq; eſt corpore: q̄to
Si totum ſpectes: geminas qui ſeparat arctos.
Nec mora phœnicas: ſiue illi tæla parabant:
Siue fugam: ſiue ipſe timor prohibebat utrunq;:
Occupat hos morſu. longis complexibus illos.
Hos necat afflatu. funeſta hos tabe ueneni.
Fecerat exiguas iam ſol altiſſimus umbras.
Q uæ mora ſit ſociis miratur Agenore natus.
Veſtigatq; uiros. tegimen direpta leonis
Pellis erat. tælum ſplendenti lancea ferro:
Et iaculum: tæloq; animus præſtantior omni.
Vt nemus intrauit: letataq; corpora uidit:
Victoremq; ſupra ſpacioſi corporis hoſtem
Triſtia ſanguinea lambentem uulnera lingua.
Aut ultor ueſtræ fidiſſima corpora mortis:
Aut comes inquit ero. dixit: dextraq; molarem
Suſtulit: & magnum magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Mœnia mota forent. ſerpens ſine uulnere manſit:
Loricæq; modo ſquammis defenſus & atræ
Duricia pellis ualidos cute reppulit ictus.

At non duricia iaculum quoq; uicit eadem:
Quod medio lentæ ſpinæ curuamine fixum
Conſtitit:& totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit:
Vulneraq; aſpexit:fixumq; haſtile momordit.
Idq; ubi ui multa partem labefecit in omnem:
Vix tergo eripuit.ferrum tamen oſſibus hæſit.
Tum uero poſtq̃ ſolitas acceſſit ad iras
Cauſa recens: plenis tumuerunt guttura uenis:
Spumaq; peſtiferos circunfluit albida rictus:
Terraq; raſa ſonat ſquammis:quoq; halitus exit
Ore niger ſtudio uitiatas inficit hærbas.
Ipſe modo immenſum ſpiris facientibus orbem
Cingitur.interdum longa trabe rectior extat.
Impete nunc uaſto ceu concitus himbribus amnis
Fertur:& obſtantes perturbat pectore ſyluas.
Sedit Agenorides paulum:ſpolioq; leonis
Suſtinet incurſus:inſtantiaq; ora retardat
Cuſpide prætenta.furit ille:& inania duro
Vulnera dat ferro:figitq; in acumine dentes.
Iamq; uenenifero ſanguis manare palato
Cœperat:& uirides aſpergine tinxerat hærbas.
Sed leue uulnus erat:quia ſe retrahebat ab ictu.
Læſaq; colla dabat retro:plagamq; ſedere
Cedendo arcebat:nec longius ire ſinebat.
Donec Agenorides coniectum in gutture ferrum
Vſq; ſequens preſſit:dum retro quercus eunti
Obſtitit:& fixa eſt pariter cum robore ceruix.
Pondere ſerpentis curuata eſt arbor:& imæ
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ
Dum ſpacium uictor uicti conſiderat hoſtis:
Vox ſubito audita eſt.neque erat cognoſcere promptum
Vnde.ſed audita eſt.quid Agenore nate peremptũ
Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens.
Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem
Perdiderat:gelidoque comæ terrore rigebant.
Ecce uiri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt:motæque iubet ſupponere terræ
Vipereos dentes:populi incrementa futuri.
Paret:& impreſſo ſulcum patefecit aratro.
Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes:
Inde (fide maius) glebæ cœpere moueri:
Primaque de ſulcis acies aparuit haſtæ:
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox hnmeri pectuſque:oneretaque brachia tælis
Exiſtunt:creſcitque ſeges clypeata uirorum.

Lẽtæ ſpiæ.flexibili dorſo. Albida.alba. Rictus.ora. Ore ſtygio.uenato:qualis eſt ſtyx inferorum palus. Impete pro impetu metri cauſa interdum poetæ utuntur. Spolioque leonis.Pelle leonis. Aſpergine.aſperſione ſanguinis.

Plagamque ſedere.hoc eſt. cedendo plagam in corpus deſcendere non permittebat. Longius ire.altius deſcendere in corpus. Vſque ſequẽs preſſit.Eouſque ſequens infixit. Cum robore.cum quercus ſtipite.

Gemuit doluit.Rei autem inanimatæ ſenſum tribuit. Sua robora.ſuum truncum. Flagellari.pcuti ac uerberari.

Et tu ſpectabere ſerpens.Nam Cadmus relicta ſpynge uxore:Hermioneque Martis & ueneris filia accepta ab Amphione & zeto fuit expulſus regno:& cum ad ſenectutem peruenifſet:in ſerpentem dicitur fuiſſe conuerſus. Rigebant.horrebant. Mortalia ſemina.hominum ſemina non frugum.Nã homines armati ex illis dentibus orti finguntur

Fide maius.parenthe ſis: qua ſignificatur hoc eſſe fabuloſum. Omnẽ nanque fidem hoc exuperat:homines armatos ex draconis dẽtibus eſſe natos. Primaq; de ſulcis.Haſtæ iqt priæ ppter lõgitudinem e ſulcis exire uiſæ ſunt.Eſt autem figurata locutio atq; poetica.Si enim eſſet pſa oratio: haſtæ apparuerunt diceretur. Tegmina mox capitum.Periphraſis eſt galearum. Picto cono.criſta picta uariis pennarum coloribus.

Exiſtunt.extant eminent.extra terram ſtant.

Clypeata.ſcutata:nomen participio ſimile.

Sic ubi.Pulchra ſimilitudine declarat:quo modo paulatim uiri illi armati ſunt nati.Sic inquit nati ſunt:ut uidentur ſigna & imagines ſurgere cum aulæa parietibus affiguntur. Aulæa ab Aula Attali regis ubi primū inuenta ſunt:fuere uocata. Feſtis Theatris.in quibus ludi ac dies feſti celebrantur.Theatra autem cum ludi fiebant aulæis ornabantur. Dederat leto.interfecerat. Subiti fratres.ſubito nati. Plangebat.percutie/bat.Nam cadentes terram feriunt.Quāq̄ ſi tangebat legeretur magis ſenſui conueniret.Nam ſic intelligeren/tur omnes iam in terram procubuiſſe. Iuſſam urbem.Thebas boetias. Phœbeis ſortibus.Apollinis ora culis. Iā ſtabāt Thebæ.Hæc idcirco narrant: ut Acteonis i ceruū trāſformatio cōcinius cū ſupiore fabula iūgat.Thebæ aūt fuerūt;appel latæ a Thebe ægypti urbe ampliſſima:unde Agenorē Cadmi patrē cū Phœnice fratre ue/niſſe atq; apd Tyr & Sidonē regnaſſe auctor eſt Euſebius.Fuit etiam Thebe urbs lycie pa/tria Andromaches Hectoris uxoris.de qua Ouidius ipſe libro de triſtib⁹ primo.Nec cru ciere minus q̄ cum Thebana cruentum He/ctora Theſſalico uidit ab Axe trahi.Alia quo que eſt urbs hoc nomine i Lucania ut ſcribit Plynius quarto naturalis hiſtoriæ. Stabāt. erectæ exædificatæque erant. Soceri tibi marſq; uenuſq;. Vxorem nāq; Hermionen duxit Martis ueneriſq; filiam. Huc adde ge nus.progenie. De coniuge tanta.quanta eſt Hermione. Tot natos nataſq;.Ex Hermio/ne quidē filias quatuor ſemelen.Agauen.Au tonoen.Ino Cadmus ſuſtuliſſe memoratur. Quos uero filios ſuſceperit nuſq̄ memini me legiſſe. Et pignora cara nepotes.Hi fuerunt Bacchus ex ſemele & Ioue.Pentheus ex Aga ue & Echione. Acteon ex Autonoe & Ari/ſtæo.Learcus & Melicerta ex Ino & Athamā te. Sed ſcilicet ultima ſemper.Sententia eſt Solonis philoſophi:qua Croeſi Lydorum re gis diuitias ſugillauit. Cum enim Crœſus ſe fœlicem eſſe iactaret: Neminem ante ſupre/mum diem recte fœlicē dici poſſe Solon ad monuit.Cuius ſententiæ quidē Crœſus me/mor:cum a Cyro perſarum rege foret captus rogoq; impoſitus Solonem appellauit dicens o Solō Solon.ac ſi diceret q̄ uera mihi dixiſti Cyrus uero cum eam accepiſſet ſententiam: Crœſum non ſolū liberauit:ſed etiam in ma ximo honore habuit. Prima nepos.Acteon Ariſtæi & Autonoes filius uenando feſſus cū opacum quæreret locum: forte ad fontem peruenit:ubi ſe Diana nuda cum comitibus abluebat. Quæ irata eum ſtatim in ceruum mutauit:ne cui unq̄ ſe Dianam nudam uidiſ ſe iactare poſſet.Hoc uero idcirco fictum eſt quia Acteon uenationi admodum fuit dedi/tus totūq; pr̄imoniū canes alēdo cōſumpſit. Sūmā aūt fabulæ primū deſcribit poeta.dei/de diffuſius oia ap̄it. Cōtraxerat.corripue/rat & abbreuiauerat. Meta utraq;.oriēte & occidēte. Iuuenis Hyātius.Thebanus.Hyā/tes.n.populi ſūt Boetiæ:q & hyātii appellant Hyātia ēt urbs ē locrog.unde Hyātius deri uat.Qui uero a fōte q nuſq̄ iuenit uel ab Hya Atlātis filio hoc nomē ḋducūt:nō mius iepti ſt:q̄ q id putāt eē aduerbiū cōpatiuū;ab hyāte pticipio ḋriuatū. Lina madēt.Retia madefcā

Sic ubi tolluntur feſtis aulæa theatris:
Surgere ſigna ſolent:primumq; oſtendere uultus:
Cætera paulatim:placidoq; educta tenore
Tota patent:imoq; pedes in margine ponunt:
Territus hoſte nouo Cadmus capere arma parabat.
Ne cape de populo:quem terra creauerat unus
Exclamat.nec te ciuilibus inſere bellis.
Atq; ita terrigenis rigido de fratribus unum
Comminus enſe ferit.iaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoq; qui dederat leto non longius illo
Viuit:& expirat modo quas acceperat auras.
Exemploq; pari furit omnis turba:ſuoq;
Marte cadunt ſubiti per mutua uulnera fratres.
Iamq; breuis uitæ ſpatium ſortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem
Q uinq; ſuperſtitibus:quorum fuit unus Echion
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma:
Fraternæq; fidem pacis petiitq; deditq;.
Hos operis comites habuit ſidonius hoſpes:
Cum poſuit iuſſam phœbeis ſortibus urbem.
Iam ſtabant thebæ.poteras iam Cadme uideri
Exilio fœlix.ſoceri tibi marſq; uenuſq;
Contigerant.huc adde genus de coniuge tanta:
Tot natos nataſq; & pignora cara nepotes:
Hos quoq; iam iuuenes.ſed ſcilicet ultima ſemper
Expectanda dies homini eſt:dicique beatus
Ante obitum nemo:ſupremaq; funera debet.
Prima nepos inter res tot tibi Cadme ſecundas
Cauſa fuit luctus:alienaq; cornua fronti
Addita:uoſq; canes ſaciati ſanguine herili.
At bene ſi quæras fortunæ crimen in illo
Non ſcelus inuenies.quod enī ſcelus error habebat.
Mons erat infectus uariarum cæde ferarum.
Iamq; dies medius rerum contraxerat umbras:
Et ſol ex æquo meta diſtabat utraq;:
Cum iuuenis placido p deuia luſtra uagātes
Participes operum compellat hyantius ore.
Lina madent comites:ferrumq; cruore ferarum:
Fortunamq; dies habuit ſatis.altera lucem
Cum croceis inuecta rotis aurora reducet:

Propositum repetemus opus.nunc phœbus utraq;
Distat idem terra:finditq; uaporibus arua.
Sistite opus præsens:nodosaq; tollite lina.
Iussa uiri faciunt:intermittuntq; laborem.
Vallis erat piceis & acuta densa cupressu
Nomine gargaphiæ succinctæ cura dianæ:
Cuius in extremo est antrum nemorale recessu
Arte laboratum nulla.simulauerat artem
Ingenio natura suo.nam pumice uiuo
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Fons sonat a dextra tenui perlucidus unda
Margine gramineo patulos succinctus hiatus.
Hic dea syluarum uenatu fessa solebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo postq̃ subiit:nympharum tradidit uni
Armigeræ iaculum:pharetramq; arcusq; retentos.
Altera depositæ subiecit brachia pallæ.
Vincla duæ pedibus demunt.nam doctior illis
Ismenis crocale sparsos per colla capillos
Colligit in nodum:q̃uis erat ipsa solutis.
Excipiunt laticem nÿpheq; hialeq; rachnisq;
Et psecas:& phiale:funduntq; capacibus urnis.
Dumq; ibi perluitur solita titania lympha:
Ecce nepos cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotum non certis passibus errans
Peruenit in lucum.sic illum fata ferebant.
Quisimul intrauit rorantia fontibus antra:
Sicut erant nudæ uiso sua pectora nymphæ
Percussere uiro:subitisq; ululatibus omne
Impleuere nemus:circunfusæq; dianam
Corporibus texere suis.tamen altior illis
Ipsa dea est.colloq; tenus supereminet omnes.
Qui color infectis aduersi solis ab ictu
Nubibus esse solet:aut purpureæ auroræ:
Is fuit in uultu uisæ sine ueste dianæ.
Quæ q̃q̃ comitum turba stipata suarum:
In latus obliquum tamen astitit:oraq; retro
Flexit:& ut uellet promptas habuisse sagittas:
Quas habuit sic hausit aquas:uultumq; uirilem
Perfudit:spargensque comas ultricibus undis:
Addidit hæc cladis prænuncia uerba futuræ.
Nunc tibi me posito uisam uelamine narres:
Si poteris narrare licet.nec plura minata
Dat sparso capiti uiuacis cornua cerui.
Dat spatium collo:summasq; cacuminat aures:
Cum pedibusq; manus:cum longis brachia mutat

Vtraque terra. orientali & occidentali. Vallis erat. Topographia est & uallis descriptio quo se Diana p meridiē cum suis cōferre solebat. Succinctæ.agilis & industriæ. Nemorale.nemoribus tectum. Duxerat. effecerat. Natiuum.naturalem.

Patulos hiatus. patētes ripas.hiare enim uidentur ripæ ut fluuii alueū efficiāt. Retentos.remissos a retendendo. Ismenis Crocale. Ismeni fluuii filia. Describit autem officia comitum Dianæ. Sic illū fata trahebāt. Sic dicere solemus cū causam rei assignare nescimus.

Qui color infectis.Dianæ colorem candidum simul & rubicūdū fuisse ostendit.

Infectis.tinctis. Inficere enim tingere est.unde infectores dicunt tinctores. Oraq; retro flexit.ut Actæonem respiceret.

Et ut uellet.hoc est.& quantū uellet.ut eniq̃ significat: quod græci ωσ dicunt. Nūc tibi.Ironia qua uidetur id permittere: cuius prsus adimit faciēdi facultatem.Illū nāque in ceruū conuertit. Viuacis cerui.diu uiuentis. Ad quadringentos nāque annos Cerui uiuere dicuntur.

Metamorphosis actæonis

Dat ſpatium collo.longũ efficit collũ. Cacuminat.acutas reddit.Eſt autem uerbum a poeta fictum. Autoneius heros.Actæon Autonoes filius. Pudor hoc.ne domum redeat.Abuſus autem eſt poeta horum ꝓnominum elegantia.hoc nanq; ad propinquius.Illud ad longinquius ſolet referri. Primuſq; Melampus.Canes Acteonis enumerat:quibus etiam nomina apta uenatoriis canibus ĩponit.Melampus enim dicitur quod pedes nigros haberet.μελασ nanq; dicitur niger.ποδσ ποδοσ pes dicitur. Ichnobateſq; ſagax.Ichnobates dicitur per ueſtigia uadens.ἰχνοσ enim dicitur ueſtigium.βαω βω.uado. Sagax.odorus & acrem odorandi uim habens. Gnoſius.Cretenſis. Spartana.laconica.Cretenſes autem & Laconici canes aptiſſimi ſunt uenationibus. Pamphagus.omnia comedens.Pan enim totum ſignificat.φαγω comedo. Dorceus.acute uidẽs δερκω enim eſt uideo. Oribaſus.montes aſcendens.οροσ enim mons dicitur βαινω aſcendo. Nebrophonoſque ualens.Inulos hoc eſt ceruorum catulos ĩterficiens.νευροσ .n.Inulum ſignificat.φονεω interficio. Trux theron.terribilis aſpectu. Theron autem dicitur ferinus ac feras perſequens.θηρ enim fera dicitur. Lelape.a uelocitate atq; impetu ſic eſt appellata.Nã λελαψ λελαποσ turbinem ſignificat. Et pedibus Pterelas.Alatus ſiue alis impulſus Pterelas trãſferi poteſt πτερον nãq; ala ελαω impellere ſignificat.q̃uis in exemplaribus corrupte plerelas legat.

Agre. Venatio interpretatur αγρα. Hylæus.Sylueſtris.υλη nanque ſyluam ſignificat. Nape.quod in ſaltibus uerſaretur.νατη enim νατησ dicit terræ planicies. Pœmenis.paſtoralis.ποιμην nanque paſtorem ſignificat. Harpyia.rapax & Harpyiarũ ſimilis:quæ aues ſunt rapaciſſimæ. Sicyonius Ladon.A fluuio arcadiæ nomen ſumpſit hic canis. Nã a fluminibus etiam num canes ĩterdum cognominantur. Sicyonius autem ab urbe Peloponeſi Sicyone:quæ & Mecon & Thelchinia etiam fuit dicta. Subſtricta. conſtricta & parua. Et dromas.Currens. δρομοσ enim curſum ſignificat. Canache. κναχη ſtrepitum ſignificat:unde nomen cani fuit inditum:quod eius latratu omnia reſonarent. Stictęque.Hæc a colorum uarietate nomen ſumpſit.Nam στικτη diſtincta uariis maculis dici poteſt απο του στιζειν.a diſtiguendo. Tygris.Tygridi ſimilis quæ eſt fera uelociſſima. Et Alce. Similis Alcæ feræ perniciſſimæ de qua Plynius.Septentrio fert & equorum greges ferorum:ſicut aſinorum Aſia & Africa.Præterea alcen ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat iumento ſimilem αλκη etiã robur potentiaq; dicit. Leucon.Albus a colore.λευκοσ.n.albũ ſignificat. Et uillis aſbolus atris. hoc eſt pilis nigris.Aſbolus aũt a colore eſt dictus.ασβολοσ.n.fuliginẽ ſignificat.eo quod nigris uillis ac fuliginoſis eſſet. Lacon.a pria:qđ laconicus eſſet. Aello:a ꝓcella quod eſſet ĩpetuoſus.Aella nãq; turbinẽ ſignificat & ꝓcellã. Thous.uelox dicit & ĩpetuoſus.Tametſi Thos forſitan rectius legeret.Sũt.n.Thoes ut ſcribit Plynius:lupoꝝ genus ꝓcerius lõgitudine.breuitate cruꝝ diſſimile.uelox ſaltu.uenatu uiuẽs.Innocuũ homini.habitum non colorem mutat.per hyemes hirti.æſtate nudi. Lyciſce.canis ex lupo nata Lyciſca dicitur quaſi parua lupa.eſt enim diminutiuum a lupo.qui græce dicit λυκοσ. Harpalos.rapax.αρπαζω nãq; rapio ſignificat. Melaneus.Niger. Hirſutaq; corpore lachne.uerbũ de uerbo expſſit.Lachne.n.uilloꝝ dẽſitas uocat. Dictæo.cretẽſi. Labros.hoc quoq; nomẽ cani cõueniẽs eſt.uehemẽs.n.ĩpetuoſuſq; trãſfert

Et Agliodos.Splẽdidos ac nitẽtes habẽs dẽtes ĩterpretat.αγλαοσ nãq; ſplendidus.οδουσ dens dicit.q̃q̃ mihi potius uidet legẽdũ eſſe Agriodus qui agreſti ac feroci dente interpretari poteſt.αγριοσ nanq; agreſtis feroxq; dicitur. Hylactor.Latrator.Nã υλακτω latro ſignificat. Sæpe ſecutus.Canes ſuos ſubaudiamus.

Cruribus:& uelat maculoſo uellere corpus.
Additus & pauor eſt.fugit Autoneius heros.
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
Vt uero uultus & cornua uidit in unda:
Me miſerum dicturus erat.uox nulla ſecuta eſt.
Ingemuit.uox illa fuit:lachrymæq; per ora
Non ſua fluxerunt.mens tantum priſtina manſit.
Q uid faciat? repetat ne domum & regalia tecta?
An lateat ſiluis? pudor hoc.timor impedit illud:
Dum dubitat uidere canes:primuſq; Melampus
Ichnobateſq; ſagax latratu ſigna dederunt.
Gnoſius ichnobates.ſpartana gente Melampus.
Inde ruunt alii rapida uelocius aura
Pamphagus & docreus & oribaſus arcades omnes.
Nebrophonoſq; ualens:& trux cum lælape theron:
Et pedibus plerelas:& naribus utilis agre:
Hylæuſq; ferox nuper percuſſus ab apro:
Deq; lupo concepta nape:pecudeſq; ſecuta
Pœmenis & natis comitata harpyia duobus:
Et ſubſtricta gerens ſicyonius ilia ladon:
Et dromas:& canache:ſtictæq;:& tigris:& alce.
Et niueis leucon:& uillis aſbolus atris:
Prævalidуſq; lacon:& curſu fortis aello:
Et thous & cyprio uelox cum fratre liciſcæ:
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos:& melaneus:hirſutaq; corpore lachne:
Et patre dictæo ſed matre laconide nati
Labros & agliodos:& acute uocis hylactor.
Q uoſq; referre mora eſt.ea turba cupidine prædæ
Per rupes ſcopuloſq;:adituq; carentia ſaxa
Q uaq; eſt difficilis:quaq; eſt uia nulla ſequuntur.

Ille fugit per quæ fuerat loca sæpe secutus.
Heu famulos fugit ille suos.clamare libebat
Actæon ego sum.dominum cognoscite uestrum.
Verba animo desunt.resonat latratibus æther.
Prima melanchætes in tergo uulnera fecit.
Proxima theridamas: oresitrophus hæsit ī harmo.
Tardius exierant.sed per compendia montis
Præcipitata uia est.dominum retinentibus illis
Cætera turba coit:confertq; in corpore dentes.
Iam loca uulneribus desunt.gemit ille:sonumq;
Et si non hominis:quem non tamen edere possit
Ceruus habet.mœstisq; replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis.supplex similisq; roganti
Circunfert tacitos tanq̄ sua brachia uultus.
At comites rapidum solitis hortatibus agmen
Ignari instigant:oculisq; Actæona quærunt.
Et uelut absentem certatim actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert:& abesse queruntur:
Nec capere oblatæ segnem spectacula prædæ.
Vellet abesse quidem.sed adest:uelletq; uidere:
Non etiam sentire canum fera facta suorum.
Vndiq; circunstant:mersisq; in corpore rostris:
Dilacerant falsi dominum sub imagine cerui.
Nec nisi finita per plurima uulnera uita
Ira pharetratæ fertur satiata dianæ.
¶ Rumor in ambiguo est.aliis uiolentior æquo
Visa dea est.alii laudant:dignamq; seuera
Virginitate uocant.pars inuenit utraq; causas.
Sola Iouis coniunx non tam culpet ne probet ne
Eloquitur:q̄ clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet:& a tyria collectum pellice transfert
In generis socios odium:subit ecce priori
Causa recens:grauidamq; dolet de semine magni
Esse Iouis Semelen:tū linguam ad iurgia soluit.
Profeci quid enim totiens per iurgia dixit?
Ipsa petenda mihi est.ipsam si maxima Iuno
Rite uocor perdam.si me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet.si sum regina:Iouisq;
Et soror & coniunx.certe soror.at puto furto est
Contenta:& thalami breuis est iniuria nostri.
Concipit.id deerat:manifestaq; crimina pleno
Fert utero:& mater:quod uix mihi contigit uni:
De Ioue uult fieri.tanta est fiducia formæ:

Melanchætes.iubam & pilos habens nigros. χαίτη nanque iuba dicitur. Theridamas. Feras domans. Nam θηρ θηρός fera dicitur. Δαμαζω domo. Oresitrophus. In montibus nutritus. ορος enim montem. τρεφω significat nutrio. Præcipitata uia est. Præcipiti cursu peracta. Per compendia montis. per compendiosa & breuia mōtis itinera. Quē non tamen edere possit Ceruus. hoc est. nec hominis uocem: nec cerui habet: sed dissimilem emittebat sonum: ac querelas. Circunfert tacitos. hoc est. pro manibus & brachiis quæ in crura fuerant conuersa: uultus ac faciem circunferebat. At comites. Actæonis socii. Agmen. canum multitudinem. Ad nomen caput ille refert. retrahit attollit cum respondere non posset. Est autem parenthesis In corpore. In carne. Rostris. oribus. Nā rostra proprie auium dicuntur. per similitudinem uero etiam nauium. Falsi cerui. ficti ac simulati. Pharetratæ. pharetra armatæ. Est enim nomē participio simile. Pharetra autem sagittarum est repositorium. Rumor in ambiguo est. Quæritur inquit utrum Diana iuste Acteonem ea pœna affecerit. Ac multi quidem dicūt eam fuisse nimium crudelem. alii recte consuluisse uirginitati suæ asserunt.

Violentior. crudelior. Causas. argumenta: quibus utraque pars suam defendat opinionem. Hæc autem idcirco a poeta referuntur ut sequētem fabulam: cum superiore transformatione coniungat. Eloquitur. uerbis exprimit. A tyria pellice. Ab Europa: quā e Phœnicia Iupiter rapuit. Pellex autem proprie dicitur: quæ cum aliarum maritis rem habet. In socios generis. in cognatos. Subit ecce priori Causa recens. Fabulam narrare incipit: quæ talis est. Iuno cum resciuisset Semelen ex Ioue concepisse: eam perdere decreuit. Conuersa igitur in Beroen Semeles ipsius nutricem ei persuadet ne aliter Iouem in amplexus admittat: q̄ si secum eo modo quo cum Iunone solet: cō cubere promittat: ut an sit Iupiter aperte cognoscat. Quod quidem cum impetrasset: neque uim tantæ maiestatis fulminumque tolerare posset: extincta est. Puerum uero nōdum maturum cæso matris utero Iupiter excepit ac fœmori suo insutum: donec mēses nouem complerentur fouit. postea uero nymphis tradidit nutriendum. Vnde & Dythyrambus fuit appellatus: quod διὰ δυο θυρῶν. hoc est. per duas Ianuas & Semeles uterum & Iouis fœmur transierit. Subdit. succedit. Semelen. Cadmi filia fuit Semele & Hermione: quæ ex Ioue Bacchum genauit. Per iurgia. per obiurgationes. Certe soror. Hoc ita a Iunone infertur ac si coniunx esse desierit: cum Iupiter alias amet. Sic quoque apud Senecam ipsa loquitur. Soror Tonātis. hoc enim solum mihi. Quod uix mihi contigit uni. ut de Ioue conceperim. uulcanum enim ex Ioue suscepit Iuno. Tanta est fiducia formæ. Acclamatio ex maxima proueniēs indignatione

Fallat eam faxo. Efficiam inquit ut sua ipsam cupiditas decipiat. Nec sim Saturnia. Nec merear Saturni filia uocari. Surgit ab his. Post hæc dicta. Quam simulauit anum. Iunonis transfigurationem in uetulam describit. Epidauria nutrix. Epidaurus urbs est Achaiæ Aesculapii templo nobilis. Sua insignia. quibus ab aliis diis separatur. Fulmina autem dicit. Nam fulmen Iouis est insigne. Cadmeida Semelen Cadmi filiam. Ignaram. Iouis isignium. Timor deorum. Nam dii ut iquit Vergilius per stygem iurare timent: ne forte peierantes diuinitate priuentur. Properata. celeriter prolata. Et nescit uox emissa reuerti: ut Horatius ait. Neque enim non hæc optasse. Hoc est Fieri uon potest: ut & Semele non petierit ea quæ petiit: & Iupiter non promiserit ea: quæ se iam præstiturum iurauit. Præterita enim ut non fuerint: nulla ratione effici potest. Qua tamen usq; potest. Inquãtum iqt põt Iupiter tuas uires diminuit. Centimanum Typhoea. Typhoeus qui & Typhon dicitur gigas fuit uiolentissimus centum habens manus quem Iupiter fulmine strauit: eique inarimen montem imposuit. Est autem trisyllabũ nomen. nec unq̃ o & e uocales in unam syllabam nisi figurate iũgũtur. ultima enim est diphthongus non secũda ut quidam putant. Id quod aperte accusatiuus in a desinens ostendit. Nullum. n. nomen secundæ declinationis accusatiuum in a desinit: nisi in nominatiuo eus diphthongum habeat. Feritatis. uiolentiæ. Est aliud leuius fulmen. Duo inquit sunt fulminum genera: uiolentius & minus uiolentum: quod secundum superi uocant. Illud enim uiolentum primum uocatur. Videtur autem Ouidius ad id alludere: quod de fulminibus physici scribunt ut refert Plynius in secundo naturalis historiæ. Fulminũ duo esse genera. Alia nanq; fatidica uocari quæ ex alto statisque de causis & ex suis ueniant syderibus. Alia uero bruta & uana ut quæ nulla ueniant ratione naturæ. his percuti montes. his maria. omnesq; alios irritos iactus fieri. Donis iugalibus. coniugalibus quæ pro coniunctione & coitu petierat. Imperfectus infans. Qui postea Bacchus fuit appellatus. Fœmori. Iouis subaudiatur. fœmora ãt sũt coxarũ sũmitates: ubi coxæ ipsæ iunguntur. Materna tempora. hoc est. menses decem quibus in utero a matribus gestantur infantes. Ino matertera. Ino Cadmi fuit filia ac Semeles soror: quæ Bacchum ex Iouis fœmore eductum clam Iunone nutriuit. Nyseides. a Nysa Cythæronis uertice Nyseides dictæ sunt nymphæ quæ Bacchum nutriuerunt. Vnde Dionysos ἀπο του Διὸς & nysa bacchus fuit appellatus. Quamuis Diodorus Siculus dicat a Nysa fœlicis Arabiæ urbe dici. Sed per q̃ absurdum est Bacchum adhuc ifantem ex Boetia in Arabiam educandum fuisse trãslatum: cum tot nymphæ præsertim in uicinorum montium antris essent Sunt autem decem quoque urbes hoc nomine appellatæ ac Baccho omnes dicatæ. quarũ prima est in Helicone. Secunda in Thracia. Tertia in Caria. Quarta

Fallat eam faxo: nec sim saturnia: si non
A Ioue mersa suo stygias penetrarit ad undas.
Surgit ab his solio: fuluaq; recondita nube
Limen adit semeles. nec nubes ante remouit:
Q uã simulauit anũ: posuitq; ad tẽpora canos:
Sulcauitq; cutem rugis: & curua trementi
Membra tulit gressu. uocem quoq; fecit anilem.
Ipsaq; erat Beroe Semeles epidauria nutrix.
Ergo ubi captato sermone diuq; loquendo
Ad nomen uenere Iouis: suspirat: & opto
Iupiter ut sit ait. metuo tamen omnia. multi
Nomine diuorum thalamos iniere pudicos.
Nec tamen eẽ Iouem satis ẽ. det pignus amoris:
Si modo uerus is est. quantus & q̃lis ab alta
Iunone excipitur: tantus taliq; rogato
Det tibi complexus: suaq; ante ĩsignia sumat.
Talibus ignaram iuno cadmeida dictis
Formarat. rogat illa iouem sine nomine munus.
Cui deus elige ait. nullam patiere repulsam.
Q uoq; magis credas: stygii quoq; cõscia sunto
Numina torrentis. timor & deus ille deorũ ẽ.
Læta malo nimiumq; potens pituraq; amantis
Obsequio Semele: qualem saturnia dixit
Te solet amplecti: ueneris cum fœdus initis:
Da mihi te talem. uoluit deus ora loquentis
Opprimere: exierat iã uox properata sub auras.
Ingemuit. neq; enim non hæc optasse: nec ille
Non iurasse põt. Ergo mœstissimus altum
Aethera conscendit: uultũq; sequentia traxit
Nubila: quis nimbos ĩmixtaq; fulgura uentis
Addidit & tonitrus & ineuitabile fulmen.
Q ua tamẽ usq; põt uires sibi demere temptat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea:
Nunc armatur eo. nimium feritatis in illo est.
Est aliud leuius fulmen: cui dextra cyclopum
Sæuitiæ flammæq; minus: minus addidit iræ.
Tæla secunda uocant superi. capit illa: domũq;
Intrat agenoream. corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos: donisque iugalibus arsit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur: patrioque tener (si cedere dignum est)
Insuitur fœmori maternaque tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. inde datum nymphæ nyseides antris

in Arabia.Quinta in Aegypto.Sexta in Naxo.Septima in India.Octaua in monte caucaſo.Nona in lybia.Decima in Euboea.ubi uno die ferunt uitē & florere & unam matureſcere. Antris ſuis.propriis ſpeluncis.Antra nanq; montium præcipueq; Heliconis nymphis ſunt dicata. Dumq; ea per terras.Narraturus Tireſiæ mutationem in fœminam primum:deinde rurſus in marem:quædam interſerit:quibus fabulæ pulchræ cō nectuntur. Bis geniti Bacchi.primum nanq; ex utero ſemeles.deinde ex fœmore Iouis natus eſt Bacchus. Vnde etiā dythyrambos eſt dictus:quia Δια Δυο θυρων hoc eſt per duas ianuas ut diximus exiuit:& per uterū Semeles & per fœmur Iouis. Nectare.uino ſuaui. Eſt enim nectar deoq; potio ſuauiſſima. Cū uacua Iunone.ocioſa & ira carente. Docti Tireſiæ.periti illius quæſtionis.Tireſias.n.Thebanus cum forte duos angues coeūtes percuſſiſſet:in fœminam fuit cōuerſus ac ſeptem annos in eo ſexu duraſſe fertur.Rurſuſq; cū eoſdem ſerpentes uberaſſet: in priſtinum ſexū reuerſus eſt.Quod quidem nequis omnino fabuloſum putet:legat & Plyniū in ſeptimo naturalis hiſtoriæ:& diuū Auguſtinum de coniugiis ueteris ac nouæ legis qui aſſerunt quibuſdā id accidiſſe.Cæteq; Tireſia ab Ioue Iunoneq; contendentibus utrius maior in coitu uoluptas ſit maris an fœminæ:iudex electus maioré eſſe fœminæ uoluptaté affirmauit.Qua ſententia Iuno Irata:illum obcæcauit.Iupiter uero pro oculis ademptis ei futurorum præſcientiam conceſſit. Mirabile. dictu ſubaudiatur.eſt autem parentheſis. qua ſignificatur uix id credi poſſe. Vt auctoris ſortem. naturam & ſexū auctoris effectoris ueſtræ plagæ. Genitiua.natiua:quam in natiuitate habuit.Mas autē natus eſt. Arbiter.iudex. Nec pro materia.nec ſecundum materiæ ac rei qualitatem.Res enim iocoſa erat.Ideoq; Iuno Tireſiæ ſententiam ægre ferre non debebat. Neq; enim licet.Parentheſis eſt cauſam continens quare Iupiter Tireſiæ oculos non reſtituerit.Non enim inquit licet cuiq̄ deo alterius dei q̄libet parui facta reſcindere. Leuauit.leuem fecit. Ille per aonias.Boetias.Aonia enim pars eſt Boetiæ montana ab Aone rege cognominata Hæc autem inſeruntur:ut commodius fabulæ coniungant̄. Irreprenſa.uera quæ nihil poterant reprendi. Vociſq; datæ. conceſſæ artis uaticinandi. Temptamina.experimenta. Cerula Iyriope.Narciſſi in florem ſui nominis mutationem referre incipit poeta.Nam Lyriope nympha Oceani ac Tethyos filia a Cephiſo fluuio compreſſa Narciſſum peperit:quem Tireſias conſultus a matre:ad maturam ſenectutem peruenturū ſi ſe nō noſſet prædixit.Id uero cum ambiguum uideretur: exitu tandem fuit comprobatum.Narciſſus enī omniū formoſiſſimus adoleſcens cū omnes ſperneret amantes:ſeq; ipſe in fonte uidiſſet:ita ſui ipſius exarſit amore:ut paulatim fuerit conſumptus.Eius uero cadauer cum nymphæ rogo īponere uellent:ipſum in florem commutatum animaduerterunt:quem a Iuuenis nomine Narciſſum uocarunt. Nymphe cum ſit nominandi caſus ſine diphthongo ſcribatur. Iam tum.ab infantia uſque maximam præ ſe ferebat pulchritudiuem Narciſſus. Si ſe non nouerit.hoc eſt.ſi nunq̄ ſuam pulchritudinem cognouerit. Vana diu.

Occuluere ſuis:lactiſq; alimenta dedere.
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur:
Tutaq; bis geniti ſunt incunabula Bacchi:
Forte Iouem memorant diffuſum nectare curas
Sepoſuiſſe graues:uacuaq; agitaſſe remiſſos
Cum Iunone iocos:& maior ueſtra profecto eſt:
Quam quæ contingit maribus dixiſſe uoluptas.
Illa negat.placuit quæ ſit ſententia docti
Quærere Tireſiæ.uenus erat huic utraq; nota.
Nam duo magnorum uiridi coeuntia ſylua
Corpora ſerpentum baculi uiolauerat ictu:
Deq; uiro factus:mirabile:fœmina ſeptem
Egerat autumnos.octauo rurſus eoſdem
Vidit:& eſt ueſtræ ſi tanta potentia plagæ
Dixit:ut auctoris ſortem in contraria mutet.
Nunc quoq; uos feriam.percuſſis anguibus iiſdem
Forma prior rediit:genitiuaq; uenit imago.
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa
Dicta iouis firmat.grauius ſaturnia iuſto:
Nec pro materia fertur doluiſſe:ſuiq;
Iudicis æterna dānauit lumina nocte.
At pater omnipotens (neq; enim licet irrita cuiq̄
Facta dei feciſſe deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit:pœnamq; leuauit honore.
Ille per aonias fama celeberrimus urbes
Irreprænſa dabat populo reſponſa petenti.
Prima fidem:uociſq; datæ temptamina ſumpſit
Cærula Iyriope:quam quondam flumine curuo
Implicuit:clauſæq; ſuis cephiſus in undis
Vim tulit:enixa eſt utero pucherrima pleno
Infantem nymphe iam tunc qui poſſet amari.
Narciſſumque uocat:de quo conſultus:an eſſet
Tempora maturæ uiſurus longa ſenectæ
Fatidicus uates:ſi ſe non nouerit inquit.
Vana diu uiſa eſt uox auguris.exitus illam
Reſque probat:letique genus nouitaſque furoris.

Stulta & Falsa. Nam quater ad quinos. hoc est, unum & uiginti annos natus erat. Puer. propter pulchritudinem. Iuuenis propter magnitudinem. Erat enim magnus & formosissimus: quæ quidem rara est fœlicitas. Aspicit hūc. Fabulam interponit de echo nympha cōpositam: cui primum hoc ira Iunonis euenit: ut ultimas tātum de uocibus auditis referret. deinde cum a Narcisso cuius amore ardebat: spreta esset: in lapidem ita fuit conuersa: ut uox sine corpore remanserit in mōtibus ultima uerborum auditorum repetēs. Resonabilis Echo. uerbum de uerbo expressit. Nam Echo dici potest resonantia.

Corpus adhuc echo. Nondū inquit corpus echus in lapidem erat commutatum. Et tamē usum. Quāuis iquit echo nympha esset corpore prædita: alium tamen usum linguæ q̄ nūc habeat: non habebat. Nam ultimas solum uoces referebat.

Fecerat hoc Iuno. Vnde hoc incōmodi habuerat echo: ut nouissima solum uerba referret exponit poeta. Iuno igitur fuit in causa uidens se sæpius illius nugis delusam esse ac impeditam: ne Iouem cum nymphis coeuntem deprehenderet. Reque minas firmat. Re ipsa & effectu minas exequitur. Viuacia sulfura. quæ difficulter corrumpuntur. Hac autem similitudine ostenditur echo quo propinquior Narcisso erat: eo magis amore inflammatam esse. Natura repugnat. Neque enim prior loqui poterat sic uolente Iunone. sed ultima tantum uerba referebat. Nec sinit incipiat. hoc est illam incipere non permittit. Seductus. separatus. alias deceptus. Huc coeamus Conueniamus huc in hunc locum. Sed echo eandem quidem uocem refert sed non eandem significationem. Coire nanque & conuenire & concumbere significat qua in significatione ab echo fuit repetitū: ut aperte quæ sequunt ostendūt. Solis in antris, desertis speluncis.

Nam quater ad quinos unum Cephisius annos
Addiderat: poteratque puer iuuenisque uideri.
Multi illum iuuenes: multæ cupiere puellæ.
Sed fuit in tenera tam dura superbia forma:
Nulli illum iuuenes. nullæ tetigere puellæ.
Aspicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos
Vocalis nymphe: quæ nec reticere loquenti:
Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis echo.
Corpus adhuc echo: non uox erat: & tamen usum
Garrula non alium q̄ nunc habet: oris habebat:
Reddere de multis ut uerba nouissima posset.
Fecerat hoc iuno. quia cum deprendere posset
Sub ioue sæpe suo nymphas in monte iacentes:
Illa deam longo prudens sermone tenebat:
Dum fugerent nymphæ. postq̄ saturnia sensit:
Huius ait linguæ: qua sum delusa: potestas
Parua tibi dabitur: uociſque breuissimus usus.
Reque minas firmat: tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat uoces: auditaque uerba reportat.
Ergo ubi narcissum per deuia rura uagantem
Vidit & incaluit: sequitur uestigia furtim.
Quoque magis sequitur: flamma propiore calescit.
Non aliter q̄ cum summis circunlita tædis
Admotas rapiunt uiuacia sulfura flammas.
O quotiens uoluit blandis accedere dictis:
Et molles adhibere preces. natura repugnat.
Nec sinit incipiat. sed quod sinit illa parata est
Expectare sonos: ad quos sua uerba remittat.
Forte puer comitum seductus ab agmine fido
Dixerat: hic quis adest? & adest responderat echo.
Hic stupet: atq; aciem partes demisit in omnes.
Voce ueni magna clamat. uocat illa uocantem.
Respicit: & rursus nullo ueniente: quid inquit
Me fugis? & totidem quot dixit uerba recepit.
Perstat: & alternæ deceptus imagine uocis
Huc coeamus ait: nulliq; libentius unq̄
Responsura sono: coeamus rettulit echo.
Et uerbis fauet ipsa suis: egressaq; silua
Ibat: ut iniiceret sperato brachia collo.
Ille fugit: fugienſq; manus complexibus aufert.
Ante ait emoriar: q̄ sit tibi copia nostri.
Rettulit illa nihil: nisi sit tibi copia nostri.
Spreta latet siluis: pudibundaq; frondibus ora
Protegit: & solis ex illo uiuit in antris.
Sed tamen hæret amor: crescitq; dolore repulsæ:
Et tenuant uigiles corpus miserabile curæ.

Adducitq; cutem macies:& in aera ſuccus
Corporis omnis abit.uox tantum atq; oſſa ſuperſunt.
Vox manet.oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Inde latet ſiluis:nulloq; in monte uidetur.
Omnibus auditur.ſonus eſt qui uiuit in illa.
Sic hanc.ſic alias undis aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas.ſic cœtus ante uiriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad æthera tollens
Sic amet ipſe licet.ſic non potiatur amato.
Dixerat.aſſenſit precibus rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus undis:
Quem neq; paſtores:neq; paſtæ monte capellæ
Contigerant:aliud ue pecus:quem nulla uolucris:
Nec fera turbarat:nec lapſus ab arbore ramus.
Gramen erat circa:quod proximus humor alebat:
Syluaq; ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer.& ſtudio uenandi laſſus & æſtu
Procubuit:faciemq; loci fontemq; ſecutus:
Dumq; ſitim ſedare cupit:ſitis altera creuit.
Dumq; bibit:uiſæ correptus imagine formæ
Spem ſine corpore amat.corpus putat eſſe quod umbra eſt.
Ac ſtupet ipſe ſibi uultuq; immotus eodem
Hæret:ut e pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminum ceu lumina ſydus:
Et dignos baccho digitos:& apolline crines:
Impubeſq; genas:& eburnea colla:decuſq;
Oris:& in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaq; miratur:quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens:& qui probat ipſe probatur.
Dumque petit petitur.pariterque accendit:& ardet.
Irrita fallaci quotiens dedit oſcula fonti.
In medias quotiens uiſum captantia collum
Brachia merſit aquas:nec ſe deprendit in illis.
Quid uideat neſcit:ſed quod uidet uritur illo:
Atque oculos idem qui decipit incitat error.
Credule quid fruſtra ſimulacra fugacia captas?
Quod petis eſt nuſq;.quod amas: auertere:perdes.
Iſta repercuſſæ quam cernis imaginis umbra eſt.
Nil habet iſta ſui.tecum uenitque manetque.
Tecum diſcedet:ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum cereris:non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt.ſed opaca ſuſus in hærba
Spectat in expleto mendacem lumine formam.
Perque oculos perit ille ſuos:paulumque leuatus
Ad circunſtantes tendens ſua brachia ſyluas
Ecquis Io ſyluæ crudelius inquit amauit?

Sonus eſt qui uiuit in illa.Scite dixit.Nã echo nihil aliud eſt q̃ ſonus.

Rhamnuſia.fortuna a rhamny urbe Achaiæ ubi celeberrimo tẽplo colebatur dicta:ut refert Herodotus libro ſexto.

Fons erat illimis.Sine limo. Syluaq; ſole locum paſſura.Sylua ingt adeo denſa fonti imine/bat:ut ſolis radii nequaq̃ ad fõtẽ penetrare poſſẽt

Sitis altera.cupiditas altera.hoc eſt amor.Nihil enim aliud eſt amor q̃ cupiditas potiundi re amata. Dumq; bibit: Que pro quia accipiẽda uideſ:ut exponat.Quia dum bibit. Spem ſine corpore.Sperabat enim ſe eo potiturũ:quod tangi non poteſt. Signum. ſtatua. Pario marmore.Paros inſula eſt ægei candidiſſimo marmore nobilis. Spectat humi poſitus.Narciſſi ſingula membra deſcribit: quo melius ipſius pulchritudinem oſtẽdat. Impubes genas.Imberbes ac ſine ulla prorſus lanugine

Eburnea colla.cãdida ſic ut eburnea uiderent.

Credule qd fruſtra.Miſeratiõe quadam poeta motus uidetur cõuertere ſermonem ad Narciſſum.Credulus autẽ dicitur qui facile nimiũ credit. Pariterq; accendit & ardet.hoc eſt.una & urit & urit. Quod petis nuſq̃. Acſi diceret.nihil eſt id quod cupis.Secundum autem eorum loquitur opinionẽ qui corporea ſolum eſſe putãt. Quod amas:auertere.perdes.hoc eſt.auerte a fonte uultum tuum quẽ amas:& ipſum ſtatim amittes.Eſt eni imperatiui modi auertere. Admonere.n.eũ uideſ: ut uultũ auertat:ſicq; cognoſcet.ſe umbrã amare

Cereris.cibi. Ecqs io

Scitis enim: & multis latebra opportuna fuistis:
Ecquem: cum uestræ tot agãtur sæcula uitæ:
Q ui sic tabuerit longo meministis in æuo:
Et placet & uideo: sed quod uideoq; placetq;:
Non tamen inuenio. tantus tenet error amantem.
Q uoq; magis doleam: non nos mare separat ingens:
Nec uia: nec montes: nec clausis mœnia portis.
Exigua prohibemur aqua. cupit ipse teneri.
Nam quotiens liquidis porreximus oscula lymphis:
Hic totiens ad me resupino nititur ore.
Posse putes tangi. minimum est quod amantibus obstat.
Q uisquis es huc exi. quid me puer unice fallis:
Q uo ue petitus abis: certe nec forma nec ætas
Est mea quam fugias. & amarunt me quoq; nymphæ.
Spem mihi nescio quam uultu promittis amico.
Cumq; ego porrexi tibi brachia porrigis ultro.
Cum risi: arrides. lachrymas quoq; sæpe notaui
Me lachrymante tuas. nutu quoq; signa remittis:
Et quantum motu formosi suspicor oris:
Verba refers aures non peruenientia nostras.
Iste ego sum. sensi. nec me mea fallit imago.
Vror amore mei. flammas moueoq; feroq;.
Q uid faciam: roger: an ne rogem: quid deinde negabo.
Q uod cupio mecum est. inopem me copia fecit.
O utinam a nostro secedere corpore possem.
Votum in amante nouũ est. uellem quod amamus abesset.
Iamq; dolor uires adimit: nec tempora uitæ
Longa meæ superant: primoq; extinguor in æuo.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
Hic qui diligitur uellem diuturnior esset.
Nunc duo concordes anima moriemur in una.
Dixit & ad faciem rediit male sanus eandem:
Et lachrymis turbauit aquas: obscuraq; moto
Reddita forma lacu est: quam cum uidisset abire
Q uo refugis: remane: nec me crudelis amantem
Desere clamauit. liceat quod tangere non est
Aspicere: & misero præbere alimenta furori.
Dumq; dolet: summo uestem diduxit ab ore:
Nudaq; marmoreis percussit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem.
Non aliter q̃ poma solent: quæ candida parte:
Parte rubent: aut ut uariis solet uua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Q uæ simul aspexit liquefacta rursus in unda:
Non tulit ulterius. sed ut intabescere flauæ
Igne leui cæræ matutinæq; pruinæ

syluæ. Exclamatio é cum interrogatione hominis uehementer affecti. Est autem sola dictio ecquis & per. c. scribitur non per t. ut fere in exemplaribus est deprauatum. Iouero dolentis hoc loco est interiectio. alibi bacchantis & gaudentis.

Ecquem cũ uestræ. Ordo est. Ecquem meministis in lõgo æuo qui sic tabuerit. & paulatim consumptus sit.

Resupino ore. Sursum uerso ore. Puer unice. Singularis. Neminem enim alium tanta pulchritudie præditum esse putabat. Liceat quod tangere non est Aspicere. hoc est. permitte me aspicere id quod tangere ipossibile est. Nam hoc uerbum est cum infinito iunctum significat possibile é.

Misero furori. ab effectu miser dicitur furor quod miseros homines faciat q illo uexant. Diduxit. diuisit.

Sole tepente ſolent:ſic attenuatus amore
Liquitur:& tecto paulatim carpitur igni.
Et neq; iam color eſt mixto candore rubori:
Nec uigor:& uires & quæ modo uiſa placebant:
Nec corpus remanet:quondā quod amauerat echo:
Q uæ tamen ut uidit:q̄uis irata memorq;
Indoluit:quotienſq; puer miſerabilis heu heu
Dixerat:hæc reſonis iterabat uocibus heu heu.
Cumq; ſuos manibus percuſſerat ille lacertos:
Hæc quoq; reddebat ſonitum plangoris eundem.
Vltima uox ſolitam fuit hæc ſpectantis in undam.
Heu fruſtra dilecte puer.totidemq; remiſit
Verba locus:dictoq; uale:uale inquit & echo.
Ille caput uiridi feſſum ſummiſit in hærba:
Lumina mors clauſit domini mirantia formam.
Tum quoq; ſe poſtq̄ eſt inferna ſede receptus
In ſtygia ſpectabat aqua.planxere ſorores
Naiades:& ſectos fratri impoſuere capillos.
Planxerunt dryades.plangentibus aſſonat echo.
Iamq; rogum quaſſaſq; faces pheretrumq; parabant:
Nuſq̄ corpus erat.croceum pro corpore florem
Inueniunt foliis medium cingentibus albis:
Cognita res uatis meritam per achaides urbes
Attulerat famam:nomenq; erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus unus
Contemptor ſuperum Pentheus:præſagaq; ridet
Verba ſenis:tenebraſq; & cladem lucis ademptæ
Obiicit.ille mouens albentia tempora canis
Q uam fœlix eſſes:ſi tu quoq; luminis huius
Orbus ait fieres:nec bacchica ſacra uideres.
Namq; dies aderit:quam non procul auguror eſſe:
Q ua nouus huc ueniet proles ſemeleia Liber:
Q uem niſi templorum fueris dignatus honore:
Mille lacer ſpergere locis:& ſanguine ſyluas
Fœdabis:matremq; tuam matriſq; ſorores.
Et ueniet.neq; enim dignabere numen honore.
Meq; ſub his tenebris nimium uidiſſe quereris.
Talia dicentem perturbat Echione natus:
Dicta fides ſequitur:reſponſaq; uatis aguntur.
Liber adeſt:feſtiſq; fremunt ululatibus agri.
Turba ruit:mixtæque uiris matreſque nuruſque
Vulguſque & proceres ignota ad ſacra feruntur.
Q uis furor anguigene proles mauortia ueſtras
Attollit mentes? pentheus ait.æra ne tantum
Aere repulſa ualent? & adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes? ut quos non bellicus enſis:

Liquitur.liqueſcit ac paulatim conſumitur. Quamuis irata memorq;. Se a Narciſſo fuiſſe ſpretā. Et ſectos fratri impoſuere capillos.Id enim in luctu mulieres facere ſolebant. Feretrum.capulum quo cadauera efferuntur. Croceum florem. Narciſſum florem coloribus depingit. nam croceus cum ſit:foliis candidis cingitur.

Cognita res. Expoſiturus quemadmodum Tyrrheni quidam nautæ Bachum cōtemnentes in delphinos mutati fuerūt:& alia quædam & Penthei regis thebaȝ cædem narrat:ut fabulæ melius coniungantur. Per achaides urbes.Achaia regio eſt græciæ pelopōneſo contermina. Echionides Pentheus.Pentheus Echionis & agaues fuit filius:qui dum Bacchum contemneret:eiuſque ſacra in Citherone ſpectaret:a matre aliiſq; bacchis putantibus ipſum eſſe aprum:fuit dilaceratus.Pentheus autem απο του πενθους hoc eſt a dolore deriuatur. Quam non procul auguror eſſe.hoc eſt.Quam puto atq; uaticinor prope eſſe. Matris ſorores.Ino & Autonoen. Agūtur. paguntur.perficiuntur. Liber adeſt. Bacchus aduenit. qui idcirco liber dicitur:quod curis mentem liberet merum.Orgia autem & Bacchi ſacra tam eleganter deſcribit:ut facile ab omnibus percipi poſſint. Feſtis ululatibus. clamoribus.Qui enim Bacchi ſacra celebrabant:in furorem acti tympanorum tubarumque ſtrepitu ita clamabant ut ululare uiderētur. Ignota ad ſacra.quibus alias nunq̄ interfuerant.

Quis furor anguigene.Hac oratione Pentheus conatur deterrere Thebanos a ſacrificiis Bacchi celebrandis.Idcirco autem eos & anguigenas & prolem mauortiam uocat:quoda Dracōnis dentibus qui in tutela Martis erat originem ducant. Per quod quidem ſignificat eos nullum cum mollibus uiris uino ac libidini deditis commercium habere debere. Attollit.Aufert

Aerane tantum.Aerea tympana.

Aere repulſa.ſæpius ferreis baculis percuſſa. Et adunco. pro genitiuo ablatiuum poſuit. Et magicæ fraudes.Magicæ artes dicuntur quæ carminibus ac ueneficiis mentes hominum peruertunt: efficiuntque:ut eſſe uideantur:quæ non ſunt.A magis autem:qui lingua perſarum ſapientes dicuntur:ſunt deriuatæ.Zoroaſtres uero ipſe primus Magicæ uanitatis inuentor fuiſſe dicitur.

Obſcœniq; greges.turpis ac libidine corrupta multitudo. Vos ne ſenes mirer? Sermonem conuertit ad Socios Cadmi qui una cum ipſo Phœniciam patriamque relinquentes tandem per uaria pericula in Boetiam peruenerunt. A tyro. Tyros autem inſula eſt phœniciæ adiacens a Tyro Phœnicis filio dicta. Eſt etiã Tyros laconiæ urbs & inſula in mari rubro. Eſt præterea urbs Indiæ Tyros atq; Lydiæ. Vos ne acrior ætas. Senſus eſt. uos ne mirer o Iuuenes: quoꝝ ætatem robuſtiorem magis decet arma q̃ Thyrſos tenere? Eſt autẽ ordo. Vos ne mirer o Iuuenes: quoꝝ acriorem ætatem ꝓpioréq; meæ decebat tenere arma. Non thyrſos.

Thyrſi haſtæ erant pãpinis ornatæ quas bacchi ſacerdotes geſtabant. Vnde etiã bacchus thyrſiger uocat. Seneca in Medea. Candida Thyrſigeri proles. Qua ſtirpe. Ac ſi diceret origine uos ducere a Martio ſerpẽte memẽtote. qui ſolus multos interfecit: ut fontem ſuum tutaretur. Ille dedit leto fortes. Argumentum eſt a maiori. Eſt autem Antitheton. Molles enim fortibus opponunt. Dedit leto. interfecit. Vtinã tormenta. Inſtrumenta ſunt bellica a torquendis lapidibus aliiſq; miſilibus dicta. Sine crimine. ſine culpa. Sorſq; querẽda. hoc eſt. Sors noſtra lamentatione quidem digna foret: non uituperatione. Non cælanda. non occultanda ꝓpter uituperationẽ. Sed madidus Myrrha crinis. hoc eſt. Sed capillus unguẽto delibutus. Myrrha genus eſt aromatis: quo unguenta cõmendãtur. Habitũ aũt Bacchi ita deſcribit. ut molliſſimus uideatur. Et pictis ueſtibus. uerſicoloribus. uarioꝝ colorꝝ. Quem quidem ego actutum. Statim ſine ulla mora. Minat Pẽtheus ſe Bacchũ ita eſſe tortuꝝ: ut eum fateri ſit coacturus: & quem habeat uerum patrem: & cur ea ſacra confinxerit. Commentaq; ſacra. conficta. cõmiſci nanq; confingere eſt. unde commentũ pro confictione apud Terentium. Atq; illis commentum placet. An ſatis Acriſio. Exẽplo probat Bacchum facile poſſe repelli. Nã Acriſius rex argiuorum iam Baccho clauſit urbis portas. neq; illius ſacra admittere uoluit. Acriſius autem Abantis argiuoꝝ regis filius fuit ac pater Danaes a Ioue amatæ. Hic cũ a Prœto fratre regno fuiſſet pulſus: a Perſeo Nepote fuit reſtitutus: a quo tamẽ poſtea ſpreto: tanq̃ Iouis non eſſet filius: in ſaxum fuit conuerſus: ut in ſequenti uolumine narrat Ouidius. Aduena. Bacchum aduenam contemptus gratia appellat. Neq; enim eum Semeles & Iouis filium eſſe credit. Cum totis Thebis. cum omnibus Thebanis. Continens enim pro contento per Metonymiam ſæpenumero ponitur. Eſt autem interrogatiue cum magna indignatione legendum.

Famulis hoc imperat. Parentheſis eſt: qua declarat poeta: quibus mandauerit Pentheus: ut uinctum adducerẽt bacchum. Hũc auus. Cadmus. Hunc Athamas. Aeoli filius fuit Athamas Cadmi gener. Acrior. Proteruior. Contumacior. Moderamia. ſeniorum admonitiones. Sic ego torrentem. Pulchra ſimilitudine declarat Penthei aduerſus ſeniorum admonitiones proteruitatem. ut enim inquit torrentes: uiolentiores fiunt: ubi aliquid ipſis obiicitur: Sic Penthei furor monitis ſeniorum magis magiſq; creſcebat. Torrens autem dicitur fluuius qui æſtate ſiccatur. Obſtructa. oppoſita. Obice. obiectione.

Non tuba terruerit: non ſtrictis agmina tælis:
Fœmineæ uoces: & mota inſania uino
Obſcœnique greges: & inania tympana uincant:
Vos ne ſenes mirer? qui longa per æquora uecti
A tyro hac profugos poſuiſtis ſede penates.
Nunc ſinitis ſine marte capi. uos ne acrior ætas
O iuuenes propiorque meæ: quos arma tenere
Non thyrſos: galeaque tegi: non fronde decebat.
Eſte precor memores qua ſitis ſtirpe creati.
Illiuſque animos: qui multos perdidit unus:
Sumite ſerpentis. pro fontibus ille lacuque
Interiit: at uos pro fama uincite ueſtra.
Ille dedit leto fortes. uos uincite molles.
Et patrium retinete decus. ſi fata uetabunt
Stare diu thebas: utinam tormenta uiriq;
Mœnia diruerent. ignis ferrumq; ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine: ſorſq; querenda
Non cælanda foret: lachrymæq; pudore carerent.
At nunc a puero thebæ capientur inermi:
Quem neq; bella iuuant: nec tæla: nec uſus equoꝝ:
Sed madidus myrrha crinis: molleſq; coronæ:
Purpureæq;: & pictis intextum ueſtibus aurum
Quem quidem ego actutũ; modo uos aſſiſtite; cogã
Aſſumptũq; patrem cõmentaq; ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi contemnere uanum
Numen? & argolicas uenienti claudere portas?
Penthea terrebit cum totis aduena thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite: ducemq;
Attrahite huc uinctum. iuſſis mora ſegnis abeſto:
Hunc auus. hunc athamas. hũc cætera turba ſuoꝝ
Corripiunt dictis: fruſtraq; inhibere laborant.
Acrior admonitu eſt: irritaturq; retenta
Et creſcit rabies: moderaminaq; ipſa nocebant.
Sic ego torrentem qua nil obſtabat eunti
Lenius & modico ſtrepitu decurrere uidi.
At quacunq; trabes obſtructaq; ſaxa tenebant:
Spumeus & feruens & ab obice ſæuior ibat.

Sæuior.uiolentior. Ecce cruentati redeunt.Famuli ad Bacchum comprehendendum missi sanguinolenti sunt reuersi.Quosdam enim ex bacchi comitibus uulnerauerant. Tyrrhena gente.Thusca.Nam Tyrrheni populi sunt Italiæ:qui & thusci dicuntur.Et tyrrhenia quæ thuscia uocatur. Differt.profert protrahit ac prolongat.Significatur autem Pētheus maximo agitari furore:ut qui subito de immerito sumere suppliciū uellet. Noui moris.ritus.Nam bacchus ea tum primum ab India cum triumpho reuertens inuehebat sacra. Frequentes.celebres & colas: Patria Mæonia est.Lydia.Lydii nanq; duce Tyrrheno coloniam in Italiam deduxerunt. Non mihi quæ duri. Cur sacra bacchi sit secutus Accœtes exponit:id quod ultimo loco a tyranno fuerat rogatus. Lino.retibus quæ ex lino conficiuntur.Significat autem patrē sibi fuisse piscatorem. Ars illi sua census erat.hoc est.nullis aliis diuitiis pater meus q̄arte censebatur:atq; inter capite cēsos numerabatur:qui nullum prorsus patrimonium habebant. Studii.artis & instituti. Præter aquas.in quibus piscarer. Et oleniæ capellæ.Amaltheā capra dicit:quæ Iouē aluisse fert: ac propterea in cælū sublata iter sidera cum geminis edis fuit collocata in cuius ortu & occasu maximæ pluuiæ solent esse.Olenos aūt ut inquit Iginus urbs est Boetiæ in qua Amalthea nutrita merito olenia uocat capella.Vnde Ouidius ipse in Fastorū quarto.Nascit oleniæ signū pluuiale capellæ. Taygeten.Vna est ex Pleiadibus Taygeta:per quam totum Pleiadū:quæ latine Vergiliæ dicuntur:sidus ostēdit.Fuit etiā Taygeta Agenoris filia.Vnde Taygetus laconiæ mons q & Taygeta dicit fuit appellatus. Hyadas.Latine suculæ quidem dicuntur non ἀπὸ τῶν ὑων id est a suibus:ut prisci illi Romani parum græci sermonis adhuc eruditi putarūt: Sed ἀπο τοῦ ὑειν hoc est a pluendo hyades sunt appellatæ:quod ortu & occasu pluuias inducunt.Sunt autem stellæ in fronte tauri collocatæ. Arcton.ursam per quā septentriones:qui nunq̄ occidūt significat. Ventorumque domos.hoc est:quatuor mundi partes unde flare dicuntur uenti:orientem:occidētem:meridiem:septentrionē.Nam Eurus in oriente.Zephyrus in occidente.Auster ad meridiem.Boreas ad septētrionem domos habere in primo a Poeta narrantur

Chiæ telluris ad oras.ad littus chii insulæ.Est enim chios clarissima Ionum insula cū eiusdem nominis urbe a Chio oceani filia cognominata.uel a niue quæ χιών græce dicitur.uel a chione nympha.Est etiam urbs Cariæ chios.& cheronesi.& euboeæ. Sane sciendum primā syllabam in primitiuo corripi.in deriuatiuo uero produci. Adducor littora.eleganter nomini detracta præpositio uerbo est adiecta. Latices recentes.recentem aquam. Inferre.in nauem. Admoneo.Socios subaudiamus. Vtque putat.Quia fallebatur opheltes:ideo putasse eum inquit poeta.Nam fere qui putare dicuntur:decipiuntur.

Ecce cruentati redeunt:& bacchus ubi esset
Quærenti domino bacchum uidisse negarunt.
Hunc dixere tamen comitem famulumq; sacrorum
Cepimus:& tradunt manibus post terga ligatis:
Sacra dei quondam tyrrhena gente secutum.
Aspicit hunc pentheus oculis quos ira tremendos
Fecerat:& q̄q̄ uix pœnæ tempora differt:
O periture tuaq; aliis documenta datura
Morte ait.ede tuum nomen:nomenq; parentum:
Et patriam:moriscq; noui cur sacra frequentes.
Ille metu uacuus nomen mihi dixit Accœtes.
Patria mæonia est.humili de plebe parentes.
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci
Lanigeroscq; greges non ulla armenta reliquit.
Pauper & ipse fuit:linoq; solebat & hamis
Decipere:& calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat.cum traderet artem:
Accipe quas habeo studii successor & hæres
Dixit opes:morienscq; mihi nil ille reliquit
Præter aquas.unum hoc possum appellare paternum.
Mox ego:ne scopulis hærerem semper in iisdem:
Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere:& oleniæ sydus pluuiale capellæ:
Taygetenq;:hyadasq; oculis:arctonq; notaui:
Ventorumq; domos:& portus puppibus aptos.
Forte petens delon chiæ telluris ad oras
Applicor:& dextris adducor littora remis.
Doque leues saltus:udæque immittor harenæ.
Nox ubi consumpta est:aurora rubescere primo
Cœperat.exurgo:laticesque inferre recentes
Admoneo:monstroque uiam:quæ ducit ad undas.
Ipse quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Prospicio:comitesque uoco:repetoque carinam.
Adsumus en inquit sociorum primus Opheltes.
Vtque putat prædam deserto nactus in agro
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero sonoque grauis titubare uidetur:
Vixque sequi.spectu cultum faciemque gradumque:

Titubare.Vacillare. His quoque des
ueniã.Parcas iis q te huc tanq prædã attra/
xerunt. Pro nobis mitte precari.Accœris
socii putãtes se pueꝝ nõ Bacchum cepisse:
nõ modo nolunt ipsum precari ut sibi det
ueniã:sed Accœtis quoq; preces ægre ferũt.
Quare Bacchũ irridẽtes atq; contẽnentes
in Delphinos omnes fuerunt conuersi.

Antennas summas.Anténaꝝ summita
tes. Sunt aũt Antenne ligna unde uela de/
pendent. Rudẽte.sune nautico. Relabi.
descẽdere. Prædæ tam cæca cupido est.
Acclamatio in cæcã sociorꝝ auaritiã. Nõ
tamẽ hãc.Hypallage est:ut itelligã.Non pa
tiar sacrũ pondus & numen hac naue uio/
lari:quod certe fieret:si ui aueherer. Pars
hic mihi maxima iuris.Maxima ĩquit pars
huius nauis est mea. Hic.in hac naue.

Aditu.ĩgressu.Est aũt datiuus antiquus
Dira pro cede:Propter crudelẽ occisio/
nem.Homicidiũ nanq; perpetrarat. Ex/
cussum.ĩpulsum. Amẽs.turbatus. Im/
pia turba.sociorꝝ. Probat factum.appro
bat & laudat percussionẽ & iniuriam mihi
illatam. Bacchus.n.fuerat.Parẽthesis est
exponẽs pueꝝ illũ non prædã:sed Bacchũ
fuisse. Atque mero.hoc est post ebrietatẽ

Qua ope.Cuius opera. Pone metum
Proreus. Aut est nomen ꝓprium unius ex
Tyrrhenis nautis.aut eũ significat qui ꝓ
præest. Sistere.exponeris & collocaberis

Naxon ait liber.Naxos ĩsula est ægei Cy
cladum clarissima:quæ & Dionysia dicta
fuit:ut inquit Solinus: uel quod Hospita
Baccho fuerit: q Dionysius cognominat:
uel quod uini fertilitate re alias cycladas uĩ
cat.Vnde Vergilius.Bacchatamq; iugis Na
xon. Dicta est autem Naxos ut quidam
scribunt a Naxo Caꝝ duce qui illam tenue
rũt:uel a Naxo Endymionis filio. Eupho/
rion uero παρα το γαξαι.quod est sacrifi/
care.Asclepiades quidẽ narrat Naxias mu
lieres ex omnibus solas octõ mẽsiũ pueros
parere:uel quod & Bacchus ipse cum octo
mensiũ esset:uel quod Iuno Baccho recon
ciliata hoc munere Naxias mulieres maxi
me Bacchi sacris deditas sit prosecuta.uel
quod ibi fons est;ex quo uinum fluit sua/
uissimum:cuius hausto partus acceleratur
Est etiam Naxos urbs Siciliæ. Aduerti/
te.Conuertite. Pro se quisq; timet.unus
quisq; inquit pro se est sollicitus ne Naxon
deuehatur. Moderamina.gubernacula.

Sceleris.Quia deus contra promissa fal/
lebatur. Te scilicet.Ironia:qua significat
ethalion se quoque scire nauem guberna/
re. Scilicet certe ac fere semper illusionẽ
significat.Vergilius.Scilicet hic supis labor
est. Tanq̃ modo denicꝙ.tanq̃ nũc solũ &
non antea:cum tamen a principio se decipi
cognouerit. Nõ hæc mihi littora nautæ

Nil ibi quod credi posset mortale uidebam.
Et sensi:& dixi sociis.quod numen in isto
Corpore sit dubito.sed corpore numen in isto est.
Q uisquis es o faueas:nostrisq; laboribus adsis.
His quoq; des ueniam.pro nobis mitte precari
Ditis ait:quo non alius conscendere summas
Ocior antemnas:prensoq; rudente relabi.
Hoc libys:hoc flauus proræ tutela Melanthus:
Hoc probat alchymedon:& qui requiemq; modũq;
Voce dabat remis animorum hortator epopeus.
Hoc omnes alii.prædæ tam cæca cupido est.
Non tamen hanc sacro uiolari pondere pinum
Perpetiar dixi.pars hic mihi maxima iuris.
Iamq; aditu obsisto.furit audacissimus omni
De numero Lycabas:qui tusca pulsus ab urbe
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi dum resto iuuenili guttura pugno
Rupit:& excussum misisset in æquora:si non
Hæsissem:q̃is amens in sune retentus.
Impia turba probat factum.tum deniq; bacchus
(Bacchus enim fuerat)ueluti clamore solutus
Sit sopor:atq; mero redeant ĩ pectora sensus
Q uid facitis? quid clamor ait? qua dicite nautæ
Huc ope peruenit? quo me deferre paratis?
Pone metum proreus:& quos cõtingere portus
Ede uelis dixit:terra sistere petita.
Naxon ait Liber cursus aduertite uestros.
Illa mihi domus est.uobis erit hospita tellus.
Per mare fallaces perq; omnia numina iurant
Sic fore:meq; iubent pictæ dare uela carinæ.
Dextera naxos erat:dextra mihi lintea danti:
Q uid facis o demens? quis te furor inquit Opheltes?
Pro se quisq; timet.leuam pete maxima nutu
Pars mihi significat.pars quid uelit:aure susurrat.
Obstupui:capiatq; aliquis moderamina dixi.
Meque ministerio sceleriscque artisque remoui.
Increpor a cunctis:totumque immurmurat agmen.
E quibus Ethalion te scilicet omnis in uno
Nostra salus posita est ait:& subit ipse:meumque
Explet opus:naxoque petit diuersa relicta.
Tum deus illudens tanq̃ modo denique fraudem
Senserit:e pupi puntum prospectat adunca.
Et flenti similis.non hæc mihi littora nautæ
Promisistis ait.non hæc mihi terra rogata est.
Q uo merui pœnam facto.quæ gloria uestra est,
Si puerum iuuenes:si multi fallitis unum?

Iamdudum flebam.lachrymas manus impia noſtras
Ridet:& impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipſum(neq; enim præſentior illo
Eſt deus)adiuro tanto tibi uera referre
Quam ueri maiora fide.ſtetit æquore puppis
Haud aliter:q̃ ſi ſiccum nauale teneret.
Illi admirantes remorum in uerbere perſtant:
Velaq; deducunt:geminaq; ope currere temptant.
Impediunt hederæ remos:nexuq; recuruo
Serpunt & grauidis diſtinguũt uela corymbis.
Ipſe racemiferis frontem circundatus uuis
Pampineis agitat uelatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres:ſimulacraq; inania lyncum:
Pictarumq; iacent fera corpora pãtherarum.
Exiliere uiri:ſiue hoc inſania fecit:
Siue timor.primuſq; Medon nigreſcere cœpit
Corpore depreſſo & ſpinæ curuamine flecti
Incipit.huic lycabas in quæ miracula dixit
Verteris.& lati rictus & panda loquenti
Naris erat:ſquamamq; cutis durata trahebat.
At libys:obſtantes dum uult obuertere remos:
In ſpacium reſilire manus breue uidit:& illas
Iam non eſſe manus.iam pennas poſſe uocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes:
Brachia non habuit:truncoq; repandus in undas
Corpore deſiluit.falcata nouiſſima cauda eſt.
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua lunæ.
Vndiq; dant ſaltus:multaq; aſpergine rorant:
Emerguntq; iterum:redeuntq; ſub æquora rurſus.
Inq; chori ludunt ſpeciem:laſciuaq; iactant
Corpora:& acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo uiginti(tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus pauidus geliduſq; trementi
Corpore:uixq; meum firmat deus excute dicens
Corde metum:chiamq; tene.delatus in illam
Acceſſi ſacris:baccheiaq; ſacra frequento.
Præbuimus longis pentheus ambagibus aures
Inquit:ut ira mora uires abſumere poſſet:
Præcipitem famuli rapite hunc:cruciataq; duris
Corpora tormentis ſtygiæ dimittite morti.
Protinus abſtractus ſolidis tyrrhenus acœtes
Clauditur in tectis:& dum crudelia iuſſæ
Inſtrumenta necis ferrumq; igneſq; parantur:
Sponte ſua patuiſſe fores:lapſaſq; lacertis
Sponte ſua fama eſt;nullo ſoluente catenas.
Perſtat Echionides.nec iam iubet ire.ſed ipſe

Pulchra illuſio: qua ſignificat Bacchus ſe ualde timere: cum eos omnes præter unum Acœtem ſit in delphinos conuerſurus. Iamdudum flebam.Iam a principio quærelarum bacchi Acœtes inquit lachrymas continere non poteram. Præſentior.magis propicius & qui magis præcibus ac uotis adſit. Ex affectu hoc dictum eſt. unicuique enim deus quem colit maximus uidetur. Quam ueri maiora fide.Senſus eſt.Iuro me tibi relaturum uera quãuis fide maiora & q̃ credi poſſint uideantur. Remorum in uerbere.In remigio perſeuerant. Velaque diducunt. diſſoluunt uela:quando remis nihil proficiebant. Diſtinguunt.uariant & pingunt. Corymbis:Vuæ hederarum corymbi dicuntur.

Vuis racemiferis.uitibus racemos ferentibus. Vuas enim pro uitibus poſuit. Agitat.cõcutit.ad terrorem nautis incutiendum. Haſtam uelatam. Thyrſi eſt periphraſis. Thyrſus nanque haſta eſt pampinis uelata & cooperta. Quem circa Tygres. Anaſtrophe eſt. Circa enĩ præpoſitio anteferẽda poſtponitur. Tygres autem & Lynces feræ baccho dicatæ:quas idcirco nautarum oculis ſubiecisſe Bacchus eſt uiſus: ut earum aſpectu territi in mare deſilirẽt.

Pictarum pantherarum.Fera eſt panthera pellem habens uariis maculis diſtinctam. Nigreſcere.quia in delphinem mutabatur. Delphinum uero pellis nigreſcit. Spinæ curuamine.dorſi incuruatione. Lati rictus.lata ora. Panda naris. Sima recurua. Trahebat.paulatim ſuſcipiebat ſquamam.

Reſilire.retrocedere & abbreuiari. Pinnas.quæ branchiæ a græcis dicuntur: quibus piſces natant. Repandus. Curuus. Trunco corpore.brachiis mutilato. Falcata.in falcis ſimilitudinem figurata.

Multaque aſpergine. multa reſperſione.Delphinũ luſus naturãq; deſcribit. Perſtat echionides.Pentheus echionis filius.

Vt fremit acer equus. Pentheum equo bellicoso similem esse ait. Purus ab arboribus. Carens arboribus. Oculis prophanis. non iniciatis. non sacris. Mater Agaue. O geminæ sorores. Ino & Autonoe.

Trepidum. timidum ac trepide fugientem: qui paulo ante tam superbus tamq; contumax erat. Autonoe matertera. Soror nanq; Agaues erat Autonoe materq; Actæonis. Vmbræ. manes Actæonis: quē a canibus dilaceratum paulo ante legimus

Io comites. uox est bacchantium. Nō citius. Pulchra similitudine declarat Pentheum summa celeritate a matre ac materteris fuisse dilaceratum. Quo quidem significatur religionis contēptores ne apud suos quidem ita diis uolentibus tutos esse posse. Ismenides. thebanæ mulieres ab Ismeno fluuio Boetiæ.

Raphaelis Regii in quartum metamorphoseos Ouidii librum enarrationes.

AT non Alcithoe. At particula est: qua concinne liber libro connectitur. Sic Vergilius. At regina graui iandudum saucia cura. Aliæ quidem inquit omnes Thebanæ mulieres sacra Bacchi celebrabant. Sed Alcithoe quadam ducta temeritate ea spernebat: Bacchumque Iouis filium minime esse prædicabat. Ac quo tempore sacra Bacchi ab aliis celebrabātur: ipsa lanificio una cum sororibus & ancillis operam dabat. Earum uero una ad leuandum laborem reliquas hortat: ut fabularum aliquid uicissim narrent. Hac autem phantasia multas describit fabulas poeta. Mineias. Minei filia. est enim nomen patronymicum.

Orgia proprie Bacchi sacrificia dicūtur.

Sed adhuc: Sed etiam inquit post tam grauia de Pentheo sumpta supplicia. Socias impietatis. Nam & sorores sacra Bacchi spernebant. Festum celebrare sacerdos. Aut Tiresias aut quiuis alius sacerdos Bacchi. Immunes operum. ab operationibus liberas. Baccharum autem habitus describit. Nam & Iyncum pellibus induebantur & Crinibus solutis coronas imponebant & thyrsos manibus iactabant. Calathos. cistas ac fusorum lanæque repositoria. Infecta pensa. lanas colo impositas sed nondum filatas. Pēsum enim lana dicitur a colo pendens. Thuraque dant. sacrificant. Bacchumq; uocant. Nomina Bacchi enumerat: quibus a Bacchis inuocabatur. Bacchus autem dictus est απο του βακκευειν hoc est ab insaniendo quod & ipse & comites furere uiderent. Bromius απο του βρεμειν. hoc est a fremendo. Lyæus απο του λιειν hoc ē a soluēdo q; curas soluat uinū. unde etiam liber a nostris fuit appellatus. Ignigena q; ex

Vadit: ubi festus facienda ad sacra citharon
Cantibus & clara bacchantum uoce sonabat.
Vt fremit acer equus: cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen: pugnæq; assumit amorem:
Penthea sic ictus longis ululatibus æther
Mouit: & audito clamore recanduit ira.
Monte fere medio est cingentibus ultima syluis
Purus ab arboribus spectabilis undiq; campus:
Hic oculis illum cernentem sacra prophanis
Prima uidet. prima est insano concita cursu.
Prima suum misso uiolauit penthea thyrso
Mater. & o geminæ clamauit adeste sorores.
Ille aper in nostris errat qui maximus agris:
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in unum
Turba furens: cunctæ coeunt: trepidūq; sequunt.
Iam trepidum. iam uerba minus uiolēta loquentē.
Iam se damnantem. iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen: fer opem matertera dixit
Autonoe. moueant animos Actæonis umbræ.
Illa quis actæon nescit: dextramq; precantis
Abstulit. inoo lacerata est altera raptu.
Non habet infœlix quæ matri brachia tendat
Trunca: sed ostendens deiectis uulnera membris
Aspice mater ait. uisis ululauit Agaue:
Collaq; iactauit: crinemq; per aera mouit.
Auulsumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat. Io comites opus hoc uictoria nostra ē.
Non citius frondes autumni frigore tactas
Iamq; male hærentes alta rapit arbore uentus:
Q uam sunt mēbra uiri manibus direpta nefādis.
Talibus exemplis monitæ noua sacra frequētant:
Thuraq; dant: sanctaq; colunt Ismenides aras.

Pu. Ouidii Nasonis. metamor. Liber quartus.

AT non Alcithoe mineias orgia censet
Accipiēda dei. sed adhuc temeraria bacchum
Progeniem negat esse Iouis: sociasq; sorores
Impietatis habet. festum celebrare sacerdos
Immunes operum famulas dominasq; suorum
Pectora pelle tegi. crinales soluere uitas. uittas
Serta comis. manibus frōdentes sumere thyrsos

fulminis igne genitus sit. Latinum autem pro græco nomie posuit. Pyrigenes enim græce dicitur. Satumq; iterum, bis satum, primum in uentre semeles, deide in fœmore Iouis. Bimatrem, quod duas matres habuisse uidet & Semelen: ut diximus: & Iouis fœmur. Idcircoq; etiam Dythyrambos fuit appellatus: quod δια δυο θυρων, hoc ē p duas ianuas transierit: & uterum semeles & Iouis fœmur. Additur his Nyseus. Vel a Nysa Citheronis uertice: ubi eum a nymphis nutritum fuisse iam diximus, uel a Nysa indiæ urbe clarissima Nyseus liber pater est appellatus. Huic uero opinioni accedere uidetur & Pomponius Mela. sic enim in geographia scribit. Vrbium quas icolūt Indi. Sūt autem plurimæ. Nysa & clarissima & maxia Montius Meros Ioui sacer famam hinc præcipuam habent. In illa genitum, in huius specu Liberq; arbitrantur esse nutritum. Vnde græcis auctoribus: ut fœmori Iouis insutum diceret aut materia suggessit aut error. Hæc Mela. Cæterq; ut opinor: plures fuerūt Bacchi quorq; omnium gesta in unum a poetis conferūtur.

Iusserat: & sæuam læsi fore numinis iram
Vaticinatus erat, parent matresq; nurusq;:
Telasq; & calathos infectaq; pensa reponunt:
Thuraq; dant: bacchumq; uocant: bromiūq; lyeū:
Ignigenamq;: satumq; iterum: solumq; bimatrē.
Additur his Nyseus: indetonsusq; thyoneus.
Et cum lenæo genialis consitor uuæ:
Nyctelius Eleleusq; parens & Iacchus & Euan.
Et quæ præterea per graias plurima gentes
Nomina liber habes. tibi enim inconsūpta iuuēta.
Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceris cælo, tibi cum sine cornibus astas
Virgineum caput est. Oriens tibi uictus ad usq;
Dēcolor extremo qua cingitur india gange.
Penthea tu uenerande bipēniferūq; lycurgum
Sacrilegos mactas: tyrrhenaq; mittis in æquor
Corpora, tu biiugum pictis insignia frænis
Colla premis lyncum, bacchæ satiriq; sequuntur:

Indetonsusq; Thyoneus. Indetōsus, comatus. Sic enim pingebatur. Thyoneus uero dictus est Bacchus απο του θυω quod est sacrifico, impetum facio, occido, excito, festino, unde etiam Thyades bacchæ dicūtur. Et cum lenæo, απο του ληνου hoc est a lacu torcularis Lenæus dicitur Bacchus. Genialis uuæ. genio & uoluptati accōmodatæ. genius enim deus est uoluptatis unde genialis dicitur uoluptuosus. Consitor. Primus enim uini usum græcis ostendit. Nyctelius quod noctu illius sacra celebrarentur απο της νυκτος. hoc est, a nocte. Eleleusq; parens. Eleleus dictus est Bacchus ab hac uoce ελελευ. qua procedētes ad orgia celebranda ad conserendamq; pugnam utebantur. est enim hortātis aduerbiū. uinum autem hortatur ac reddit hominem audacem ad omnia aggredienda. * Iacchus απο της ιακχης hoc est a clamore. Euam. Vox est bacchantium: qua Bacchus ipse significat. Et quæ præterea. Aliis quoque multis cognominibus Bacchum inuocari ait poeta. Nam Euhyius. Bryseus. bassare usque appellatur. Tibi enim inconsumpta iuuenta. hymnum describit in bacchum: qui in ipsius sacris canebatur. Tu puer æternus. exponit quemadmodum iuuenta Baccho sit inconsumpta. Nunq; enim senescit, eoque & puer pingebatur & nudus: quod ebrii & pueris similes sunt & omnia reuelant. Tu formosissimus alto Conspiceris cælo, Liber pater: ut scribit Macrobius: sol ab antiquis esse creditus est: quam sententiam Vergilius quoq; georgicorum primo sequi uidetur: cum inquit. Vos o clarissima mundi Lumina labentem cælo quæ ducitis annum Liber & alma ceres. Omnium uero syderum solem pulcherrimum esse constat. Tibi cum sine cornibus astas Virgineū caput est. Cornua idcirco attribuuntur Baccho: ut scribit Sex. Pompeius: quod homines nimio uino truces fiant: modice uero sumpto, hylares ac mansueti: quales sunt uirgines efficiuntur, eoque sine cornibus Bacchi caput uirgineum esse fingitur. Oriens tibi uictus ad usque Liber pater ut historici in primisque Diodorus scribunt: primus omnium cum exercitu: in quo mulieres quoque erant furentes: in Indiam ingressum fuisse: eamque subegisse: ac gentem nulli unq; hominum obnoxiam ac sola quiete contentam cædibus libidinibusque uexasse ac polluisse. Indeque magnificentissimum triumphū reportasse ferē. Ad usque. ανα σροφη. usque ad eam partem: qua decolor india. i. Nigra & malicoloris. Extremo gange. Fluuius est indiæ ultimus ganges. Vnde gangeticus sinus est cognominatus. Bipenniferumque Lycurgum. Securem ferentem: qua uites incidebat. Nam Lycurgus iste rex fuit Thraciæ qui cū in contemptum Bacchi uites securi succideret: sibi ipsi crura amputauit. Fuit etiam Lycurgus lacedæmoniorum rex qui ipsis leges condidit. Alius item fuit Nemeæ regionis rex: cuius filius ab Nipsipyle Thoantis regis filia educatus fuit. Sacrilegos. sacrorum tuorum uiolatores. Nam ut refert Diodorus: Bacchus orbem terrarum sacrilegis ac deorum contemptoribus purgauit. Tyrrehna corpora. Tyrrhenorum nautarum ut paulo ante uidimus. Tu biiugum lyncum. Biiugarum. Nam lynces liberi patris currum trahere dicuntur. Sunt autem feræ pellem maculis distinctam habentes. Vnde Vergilius. Quid lynces Bacchi Variæ. Comitatum autem Bacchi & Statius eleganter describit: cum inquit. effrenæ dextra leuaque sequuntur Lynces: & uda mero lambunt retinacula tygres. Post exultantes spolia armentalia portant Semineceſque lupos: scissasque mimallones ursas. Nec comitatus iners. Sunt illic ira furorque Et metus & uirtus & nunquam sobrius ardor: Succiduique gradus & castra simillima regni, Curiosus cætera uideat quæ sequuntur.

Quiq; ſenex. Periphraſis eſt Sileni: qui Bacchi fuit pædagogus. Ferula. uirgultum eſt leuiſſimum: quo ſenes inter ambulandum etiam nũ uti ſolent. Pando. curuo. Aſello nanq; uehitur Silenus bacchum ſequens. Concaua æra ſonant. Cymbala ærea. Longoq; foramine buxus. Periphraſis eſt tibiæ: quæ ex buxo fieri ſolet. Solæ Mineides. Quodam furore Bacchico uidetur poeta in laudes Bacchi referendas excurriſſe. Intempeſtiua minerua. lanificio tempori non conuenienti. Eſt autem Metonymia. Nam mineruam lanificii: inuentricem pro ipſo lanificio poſuit. Aut lanas ducunt. aut ſubtegmen filant inquit. aut ſtamen. aut texũt

Dum ceſſant aliæ. ociantur feſta bacchi celebrantes. Cõmenta. ficta. Illa quid e multis. pulchra phantaſia ad narrandas ingreditur tranſformationes. Ac eas quidem: quæ a poetis attinguntur plenius: quæ uero obſcuræ ſũt minuſq; celebratæ breuiſſime percurrit: cum eaꝝ uſus nullus ſit futurus. Dirce babylonia. Duæ fuerũt Dircæ. altera Thebana lyci regis uxor. Altera babylonia: quæ cum ſe pulchriorem pallade eſſe iactaret ſeq; in paleſtinoꝝ ſtagno lauaret in piſcem fuit conuerſa. Eius uero filia in colũbam dicitur fuiſſe cõmutata. Babylonia ergo Dirce ad Thebanæ differentiã dicit. Palæſtini aũt populi ſunt Syriæ Arabiæ conterminia Palæſtina urbe regioneque dicti. Nais an ut cantu. Quænã hæc fuerit, nais mihi paꝝ eſt cõpertũ. Nympha quædã quæ carminibus & herbis iuuenes quoſdã ſe clamoribus iſeſtãtes in mutos piſces tranſmutauit: actandẽ ipſa quoq; facta eſt piſcis. An quæ poma alba. Mori arboris eſt periphraſis Morus. n. arbor poma primũ quidẽ alba deĩde nigra Pyrami ac Tiſbes ſanguine effecta ferre cœpit. Nã Pyramus Iuuenis & Tiſbe puella cũ domos cõtiguas haberẽt; ſe mutuo amare cœperũt: cum aũt se amplecti aliter nõ poſſent: egredi urbẽ ad cõſtitutũ locum decreuerũt. Quo quidem cum prior perueniſſet Tiſbe: leæna illac trãſeũte pterrefacta in antrũ uicinũ cõfugit. Pyramus deĩde adueniens: cum uelũ: quod fugiẽti Tiſbe e capite deciderat: cruentatũ reperiſſet: eã putãs a feris fuiſſe laceratã gladio quẽ ſecũ habebat: ſub moro arbore ſe cubuit. Cuius ſanguine quidẽ mora effecta fuere nigra: cum antea candida fuiſſent. Tiſbe aũt ex antro egreſſa cũ Pyramũ uulnere cõfectũ uidiſſet: eodẽ ſe gladio cõfodit. Cõtiguas. ſe inuicẽ tãgeres.

Semiramis. Nini Aſyrioꝝ regis uxor fuit: quæ mortuo marito ſexum mentita ac ſe filium eſſe ſimulans ſucceſſit: acinter ea quæ præclara geſſit: Babylonem urbẽ cõdidit. ut Iuſtinus ac fere hiſtorici & græci & latini ſcribunt: q̃uis Ioſephus diſſentiat in primo hiſtoriarum libro ad Appionem grammaticum. Altam urbem. ad murorum ac ædium magnificentiam reſpexit: qua facile alias urbes babylon ſuperabat. Coctilibus muris. latericiis. & coctis lapidibus conſtructis. Primoſq; gradus. Primos amoris gradus uiſum & colloquium eſſe conſtat. Reliqui uero ſunt tactus. oſcula. concubitus. Tedæ iure. nuptiarum

Quiq; ſenex ferula titubantes ebrius artus
Suſtinet: & pando non fortiter hæret aſello.
Quacunq; ingrederis clamor iuuenilis: & una
Fœmineæ uoces: impulſaq; tympana palmis
Concaua æra ſonãt: longoq; foramine buxus.
Placatus mitiſq; rogant Iſmenides adſis:
Iuſſaq; ſacra colunt. ſolæ mineides intus
Intempeſtiua turbantes feſta Minerua
Aut ducunt lanas: aut ſtamina pollice uerſant:
Aut hærent telæ: famulaſq; laboribus urgent:
E quibus una leui deducens pollice filum:
Dum ceſſant aliæ: cõmentaq; ſacra frequentant:
Nos quoq; quas Pallas melior dea detinet: inquit
Vtile opus manuum uario ſermone leuemus:
Perq; uices aliquid: quod tempora longa uideri
Non ſinat: in medium uacuas referamus ad aures.
Dicta probant: primamq; iubẽt narrare ſorores:
Illa quid e multis referat, nam plurima norat.
Cogitat: & dubia eſt de te babylonia narret
Dircen quam uerſa ſquamis uelantibus artus
Stagna palæſtini credunt mutaſſe figura.
An magis ut ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.
Nais an ut cantu nimiumq; potentibus hærbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces:
Donec idem paſſa eſt. an quæ poma alba ferebat
Vt nunc nigra ferat contactu ſanguinis arbor.
Hæc placet. hæc quoniam uulgaris fabula non eſt.
Talibus orſa modis lana ſua fila ſequente.
Pyramus & thyſbe iuuenum pulcherimus alter. FABVLA.
Altera quas oriens habuit prælata puellis:
Contiguas habuere domos: ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.
Noticiam primoſq; gradus uicinia fecit.
Tempore creuit amor. tædæ quoq; iure coiſſent:
Sed uetuere patres: quod non potuere uetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt. nutu ſigniſq; loquuntur.
Quoq; magis tegitur: tectus magis æſtuat ignis.

Fissus erat tenui rima:quam duxerat olim
Cum fieret paries domui cōmunis utriq;.
Id uitium nulli per sæcula longa notatum.
Q uid non sentit amor? primi uidistis amantes:
Et uocis fecistis iter:tutæq; per illud
Murmure blanditiæ minimo transire solebant.
Sæpe ubi constiterant hinc Tysbe:Pyramus illinc:
Inque uices fuerat captatus anhelitus oris.
Inuide dicebant paries quid amantibus obstas?
Q uantum erat ut sineres toto nos corpore iungi?
Aut hoc si nimium est:uel ad oscula danda pateres.
Nec sumus ingrati.tibi nos debere fatemur:
Q uod datus est uerbis ad amicas transitus aures.
Talia diuersa nequicquam sede locuti
Sub noctem dixere uale:partiq; dedere
Oscula quisq; suæ non peruenientia contra.
Postera nocturnos aurora remouerat ignes:
Solq; pruinosas radiis siccauerat hærbas:
Ad solitum coiere locum.tum murmure paruo
Multa prius questi:statuunt:ut nocte silenti
Fallere custodes:foribusq; excedere temptent.
Cumq; domo exierint:urbis quoq; tecta relinquant.
Ne ue sit errandum lato spaciantibus aruo:
Conueniant ad busta Nini:lateantq; sub umbra
Arboris.arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua morus erat gelido contermina fonti.
Pacta placent.& lux tarde discedere uisa
Præcipitatur aquis:& aquis nox exit ab iisdem.
Callida per tenebras uersato cardine Thysbe
Egreditur:fallitq; suos:adopertaq; uultum
Peruenit ad tumulum:dictaq; sub arbore sedit.
Audacem faciebat amor. Venit ecce recenti
Cæde leæna boum spumantes oblita rictus
Depositura sitim uicini fontis in unda.
Q uam procul ad lunæ radios babylonia Thysbe
Vidit:& obscurum timido pede fugit in antrum.
Dumq; fugit:tergo uelamina lapsa reliquit.
Vt lea sæua sitim multa compescuit unda:
Dum redit in siluas:inuentos forte sine ipsa
Ore cruentato tenues laniauit amictus
Serius egressus uestigia uidit in alto
Puluere certa feræ:totoq; expalluit ore
Pyramus.ut uero uestem quoq; sanguine tinctam
Repperit:una duos inquit nox perdet amantes.
E quibus illa fuit longa dignissima uita:
Nostra nocens anima est.ego te miseranda peremi:

ac legitio iure. Duxerat.contraxerat. Inq; uices fuerat.hoc est post q̄ suspirauerant. Vel. saltem. Sub noctem. circa noctem.aduenien/te nocte. Non perue/nietia cōtra.hoc est quæ ad alteram partem non perueniebant. Noctur nos ignes.stellas:quæ au rora aduenīente auferri uidentur. Pruinosas. pruina obrutas.Est au/tem pruina ros congela tus. Coiere conuene re. Ad busta Nini.ad se pulchrum Nini Asyrio rum regis.Bustum au/tem propriæ dicitur lo/cus ubi cadauera com/burebātur. Ardua.alta

Tarde.affectum expri mit amantium:quibus dies maxime longus ui/detur: in cuius noctem conuenire statuerunt.

Et aquis nox exit ab iisdem.ubi enim sol occi dit:inde nox uidetur osi ri. Versato. reuoluto hoc est aperta Ianua.

Ad opertaque uultū. uultum coopertum ha/bens.ne cui forte obuia/ret agnoscere. Dictaq; sub arbore. Constituta.

Audacē faciebat amor. causam reddit cur tam audax esset puella. Ob lita rictus.hoc ē ora spu/mantia sanguine boum infecta habens. Timi/do pede. trepidis pedi/bus ac festinantibus.Vt enim trepidum pro ti/mido.Sic timidum pro trepido eleganter poni/tur. Compescuit.paca uit. Laniauit.lacerauit

Amictus.uelum. Ve ste.uelū. E qbus illa. Thysbe quā idcirco uita dignissimā fuisse ait Py/ramus: quia & ꝓmissis stetit:& longe ante se ad constitutum locum ue/nit. Nostra nocēs ani/ma est.Animā ꝓ uita sæ penumero accipi notū ē.

Noſtrum diuellite corpus. Apoſtrophæ ad leones a q/bus dilacera/tam putauit Tiſben. Sed timidi eſt op/tare necem. Cum ſibi uir fortis eam cõ/ſciſcat. Pa/ctæ arboris. conſtitutæ.

Arborei fœtus. mora ar/boris illius fru ctus. Sic fa/cit incertã pomi color. Adeo i/certam inquit mori color ex albo in rubi/cundum mu/tatus reddit: ut dubitaret an ea eſſet ar/bor: ad quam uenire conſti/tuerant. Tre mebunda. pal pitantia. Ex horruit. tur/bata eſt. Ae/quoris inſtar. ad ſimilitudi/nem matis.

Quod fre/mit. ſtrepit.

Suppleuit. Impleuit.

Recondi/dit. Iterum cõ didit: & occul tauit. Ebur uacuum enſe. id eſt Eburne am uaginam enſe carentem

In unum. Ad hoc unũ ut me ipſa in/terficiam.

In loca plena metus qui iuſſi nocte uenires:
Nec prior huc ueni: noſtrum diuellite corpus:
Et ſcelerata fero conſumite uiſcera morſu
O quicũq; ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem. Velamina Thyſbes
Tollit: & ad pactæ ſecum fert arboris umbram.
Vtq; dedit notæ lachrymas: dedit oſcula ueſti:
Accipe nunc inquit noſtri quoq; ſanguinis hauſtus:
Quoq; erat accinctus demiſit in ilia ferrum. Piramus morit
Nec mora feruenti moriens e uulnere traxit.
Et iacuit reſupinus humo. cruor emicat alte
Non aliter q̃ cum uitiato fiſtula plumbo
Scinditur: & tenui ſtridente foramine longas
Eiaculatur aquas: atq; ictibus aera rumpit.
Arborei fœtus aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciem: madefactaq; ſanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore. Metamorphoſis ex albo moris in nigra
Ecce metu nondum poſito: ne fallat amantem
Illa redit: iuuenemq; oculis animoq; requirit:
Quantaq; uitarit narrare pericula geſtit.
Vtq; locum & uiſam cognoſcit in arbore formam:
(Sic facit incertam pomi color) hæret an hæc ſit.
Dum dubitat: tremebunda uidet pulſare cruentum
Membra ſolum: retroq; pedem tulit: oraq; buxo
Pallidiora gerens exhorruit æquoris inſtar:
Quod fremit: exigua cum ſummum ſtringitur aura.
Sed poſtq̃ remorata ſuos cognouit amores:
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas: amplexaq; corpus amatum:
Vulnera ſuppleuit lachrymis: fletumq; cruori
Miſcuit: & gelidis in uultibus oſcula figens
Pyrame clamauit: quis te mihi caſus ademit?
Pyrame reſponde. tua te cariſſima thyſbe
Nominat. exaudi: uultuſq; attolle iacentes.
Ad nomen thyſbes oculos in morte grauatos
Pyramus erexit: uiſaq; recondidit illa:
Quæ poſtq̃ ueſtemq; ſuam cognouit: & enſe
Vidit ebur uacuum: tua te manus inquit amorq;
Perdidit infœlix. eſt & mihi fortis in unum
Hæc manus. eſt & amor. dabit hic in uulnera uires.
Perſequar extinctum: lœtiq; miſerrima dicar
Cauſa comeſq; tui: quiq; a me morte reuelli
Heu ſola poteras: poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum uerbis eſtote rogati
O multum miſeriq; mei illiuſq; parentes:
Vt quos certus amor: quos hora nouiſſima iunxit

Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu quæ ramis arbor miserabile corpus
Nunc tegis unius:mox es tectura duorum:
Signa tene cædis:pullosq; & luctibus aptos
Semper habe fœtus:gemini monumenta cruoris.
Dixit.& aptato pectus mucrone sub imum
Incubuit ferro:quod adhuc a cæde tepebat.
Vota tamen tetigere deos.tetigere parentes.
Nam color in pomo est:ubi permaturuit:ater.
Quodq; rogis supersest:una requiescit in urna.
Desierat:mediumq; fuit breue tempus.& orsa est
Dicere leucothoe.uocem tenuere sorores.
Hunc quoq; syderea qui temperat omnia luce
Cœpit amor solem.solis referamus amores.
Primus adulterium ueneris cum marte putatur
Hic uidisse deus.uidet hic deus omnia primus.
Indoluit facto:iunonigenæq; marito
Furta thori:furtiq; locum monstrauit.at illi
Et mens:& quod opus fabrilis dextra tenebat
Excidit.extemplo graciles ex ære cathenas
Reciaq; & laqueos:quæ lumina fallere possent
Elimat.non illud opus tenuissima uincant
Stamina.non summo quæ pendet aranea tigno.
Vtq; leues tactus momentaq; parua sequantur
Efficit:& lecto circundata collocat apte.
Vt uenere thorum coniunx & adulter in unum:
Arte uiri uincliscq; noua ratione paratis
In mediis ambo deprensi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo ualuas patefecit eburnas:
Admisitq; deos.illi iacuere ligati
Turpiter:atq; aliquis de diis non tristibus optat
Sic fieri turpis.superi risere:diuq;
Hæc fuit in toto notissima fabula cælo.
Exigit indicii memorem cythereia pœnam.
Inq; uices illum tectos qui læsit amores
Lædit amore pari.quid nunc hyperione nate
Forma colorque tibi radiataque lumina prosunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris:
Vreris igne nouo:quique omnia cernere debes
Leucothoen spectas:& uirgine figis in una
Quos mundo debes oculos.modo surgis eoo
Temperius cælo.modo serius incidis undis:
Spectandique mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum:uitiumque in lumina mentis
Trãsit:& obscurus mortalia pectora terres.
Nec tibi quod lunæ terris propioris imago

Non inuideatis.non prohibeatis nostris uotis inuidentes. Cõponi.condi ac sepeliri. Pullos.nigros. Permaturuit. perfecte maturuit. Quodq; rogis supest.Cinis & ossa rogis supesse solẽt. Leucothoe.soror alcithoes.Anteq̃ narret quẽ admodũ Leucothoe Orcami regis Achemeniæ & Eurymones filia in arborẽ thuris fuerit cõuersa:exponit adulteriũ Martis cũ Venere.Sol.n.Martẽ olim cũ Venere coeuntẽ uulcano eius marito ĩdicauit: qui ĩdignatus retibus tenuissimis cubile circũdedit:quibus coeũtem Martẽ cum Venere ita ĩplicuit:ut nullo pacto disiũgi possent.Patefacto deide cubiculo omniũ deoꝝ oculis spectandos subiecit.Quare Venus indignata Soli Leucothoes amorẽ ĩmisit:qui ut cõmodius ea potiretur:se in matris Eurymones figurã cõuertit.Cum uero orchamus pater eã uitiatã eẽ ĩdicio clyciæ solis amicæ cognouisset:ipsã defodit in terrã.Sol uero amicã miseratus: eam in thuris arborẽ cõmutauit. Hũc quoq;.Ac si diceret.Nõ solũ mortales capiunt̃ amore:sed dii quoq; & quidem clarissimi. Iunonigenæ.Ex Iunone genito.Vulcanũ enim solum Iuno ex Ioue suscepit. Furta.stupra & adulteria quod furtim fiãt. Graciles.tenues atq; subtiles. Quæ lumina fallere possent.Quæ oculos decipere ualerẽt. Elimat.efficit lima. Aranea.telæ araneaꝝ. Vtq; leues tactus.significat retia ea ita mollia fuisse ac flexibilia ut neq; si tãgerent̃ sentiri possent:ac facile rebus omnibus cederẽt

Parua momẽta. Parua obstacula:ut paꝝ resistere uiderent̃. Lemnius.Vulcanus.Qui cum deformis natus esset Iunoniq; displicuisset e cælo,fuit a Ioue in lẽnũ ĩsulã p̃cipitatus. ibiq; a Simiis ut scribit Seruius: fuit nutritus. Atq; aliquis de diis.Eum fuisse Mercuriũ ferũt. Cythereia. Venus a Cytheris insula dicta: ad quã primum e mari nata concha peruenisse dicitur. Memorẽ pœnã.Aut hypallage est.memor Cythereia.aut quã in memoria habebat. ut Vergilius. Sæuæ memorẽ Iunonis obirã. Inq; uices.uicissim e cõtrario. Hyperione nate.Sol Hyperionis Titanis filius fuisse dicit̃.Est aũt apostrophe ad solẽ. Igne nouo.Amore ĩusitato. Temperius.Tempestiuius.

Modo serius ĩcidis undis.Interdũ ĩquit tardius occidis. Eoo cælo.oriẽtali.unde orit̃ aurora:quæ græce ἠὼς dicit̃. Porrigis.pducis. Vitiũ mentis.ægritudo ac passio cordis:qua fere amantes pallent.

Trãsit ĩ lumina.Pallida nãq; uidebant̃.

Nec tibi quod lunæ. Causam eclipsis solis exponit.Nam tũc deficere uidetur:cũ luna ei subiici uidetur. Luna uero infima

Obſtiterit palles.facit hunc amor ipſe colorem.
Diligis hanc unam.nec te clymeneq; rhodoſq;
Nec tenet æææ genitrix pulcherrima circes:
Q uæq; tuos clycie quãuis deſpecta petebat
Concubitus:ipſoſq; illo graue uulnus habebat
Tempore.leucothoe multarum obliuia fecit
Gentis odoriferæ:quam formoſiſſima partu
Edidit Eurymone:ſed poſtq̃ filia creuit
Q uam mater cũctas:tam matrem filia uicit.
Rexit achæmeneias urbes pater orchamus:iſq;
Septimus a priſco numeratur origine belo.
Axe ſub heſperio ſunt paſcua ſolis æquorum.
Ambroſiam pro gramine habent.ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit:reparatq; labori.
Dumq; ibi quadrupedes cæleſtia pabula carpunt:
Noxq; uicem peragit:thalamos deus intrat amatos
Verſus in eurymones faciem genitricis:& inter
Bis ſex leucothoen famulas ad lumina cernit:
Lenia uerſato ducentem ſtamina fuſo.
Ergo ubi ceu mater caræ dedit oſcula natæ:
Res ait archana eſt.famulæ diſcedite.ne ue
Eripite arbitrium matri ſecreta loquendi.
Paruerant:thalamoq; deus ſine teſte relictus:
Ille ego ſum dixit:qui longum metior annum.
Omnia qui uideo.per quem uidet omnia tellus:
Mundi oculus.mihi crede places.pauet illa:metuq;
Et colus & fuſi digitis cecidere remiſſis.
Ipſe timor decuit.nec longius ille moratus
In ueram rediit ſpeciem ſolitumq; nitorem.
At uirgo q̃uis inopino territa uiſu:
Victa nitore dei poſita uim paſſa querela eſt.
Inuidit clycie.neq; enim moderatus in illam
Solis amor fuerat:ſtimulataq; pellicis ira
Vulgat adulterium:diffamatumq; parenti
Indicat.ille ferox immanſuetuſq; precantem
Tendentemq; manus ad lumina ſolis:& ille
Vim tulit inuitæ dicentem:defodit alta
Crudus humo:tumulumq; ſuper grauis addit harenæ.
Diſſipat hunc radiis hyperione natus:iterq;
Dat tibi:quo poſſis defoſſos promere uultus.
Nec tu iam poteras euectum pondere terræ
Tollere nympha caput:corpuſq; exangue iacebas.
Nil illo fertur uolucrum moderator equorum
Poſt phaethonteos uidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum uiribus artus
Si queat in uiuum temptat reuocare colorem.

eſt planetarum. Clyme ne.Phaethontis mater.

Rhodos.inſula eſt ly/ ciæ adiacẽs ſoli adeo gra/ ta:ut ſemper q̃uis nebu/ loſo aere aliqua diei ho/ ra eius radii uideantur. Rhodos autẽ απο του ρoδου hoc eſt a Roſa,p/ pter pulchritudinem ſu it appellata. Nam prius & ophiuſa & a ſerenitate æthræa uocabat. Nec tenet æææ.Perſa mater fuit Cyrces: quæ ææa a uocibus eorum quos in bruta aialia conuertebat fuit appellata. Clytie. nympha fuit quæ Apol/ linem amauit. Graue uulnus. magnum dolo/ rẽ:quia ſibi Leuchotoen prælatã uidebat. Gẽtis odoriferæ. odores feren tis.hoc ẽ arabicæ. Achæ menias.Perſica.nã achæ menii Perſæ & Parthi populi ſunt finitimi. A priſco belo. A primo Be/ lo qui Abantem genuit. Abas Acriſium. Acriſius Danaen.Danae Perſeum Perſeus Bachæmonem. Bachæmon Achæmenẽ a quo Achæmenia eſt ap pellata. Achæmenes ue/ ro Orchanium. Axe ſub heſperio.Solis equo/ rũ paſcua deſcribit:quæ ſunt in occidẽte Ambro ſiam ferentia cuius paſtu equi per noctem reparã/ tur ad diurnos labores tolerãdos. Axe ſub he ſperio.ſub cælo occiden tali.Duo enim tantum ſunt axes arcticus & an/ tarcticus. Axem ergo ,p cælo poſuit. Et colus. Inſtrumentum eſt cui appenduntur ſtamina fi landa. Neque enim moderatus.Cur inuide/ rit Clicie cauſã aſſignat. Nimius enim erat ſolis amor in Leuchotoen.

Diffamatum : uulga/ tum. Exangue mor/ tuum ſine ſanguine.

Sed quoniam tantis fatum conatibus obstat:
Nectare odorato sparsit corpusq; locumq;:
Multaq; præquestus:tanges tamẽ æthera dixit.
Protinus imbutum cælesti nectare corpus
Delicuit terramq; suo madefecit odore.
Virgaq; per glebas sensim radicibus actis
Thurea surrexit:tumulumq; cacumine rupit.
At clycien:q̃uis amor excusare dolorem
Indiciumq; dolor poterat:non amplius auctor
Lucis adit:ueneriq; modum sibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus usa
Nympharum impatiens:& sub Ioue nocte dieq;
Sedit humo nuda.nudis incompta capillis.
Perq; nouem luces expers undæq; cibiq;
Rore mero lachrymisq; suis ieiunia pauit.
Nec se mouit humo.tantum spectabat euntis
Ora dei:uultusq; suos flectebat ad illum.
Membra ferunt hæsisse solo:partemque coloris
Luridus exangues pallor conuertit in herbas.
Est in parte rubor:uiolæque simillimus ora
Flos tegit.illa suum q̃uis radice tenetur
Vertitur ad solem:mutataque seruat amorem.
Dixerat:& factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuisse negant.pars omnia ueros
Posse deos memorant.sed non est Bacchus in illis.
Poscitur alcithoe:postq̃ siluere sorores:
Quæ radio stantis percurrens stamina telæ
Vulgatos taceo dixit pastoris amores
Daphnidis idæi:quem nymphe pellicis ira
Contulit in saxum.tantus dolor urit amantes.
Nec loquar ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit mõ uir mõ fœmina scyton.
Te quoque nunc adamas:quõdam fidissime paruo
Celme Ioui:largoque satos curetas ab hymbri.
Et crocon in paruos uersum cum smilace flores.
Prætereo:dulcique animos nouitate tenebo.
Vnde sit infamis:quare male fortibus undis
Salmacis eneruet:tactosque remolliat artus
Discite.causa latet.uis est notissima fontis.
Mercurio puerum diua cythereide natum
Naiades idæis enutriuere sub antris.
Cuius erat facies:in qua materque paterque
Cognosci possent.nomen quoque traxit ab illis:
Is tria cum primum fecit quinquennia:montes
Deseruit patrios:idaque altrice relicta
Ignotis errare locis:ignota uidere

Fatum.fati necessitas. Nectare suauitate. Tanges tamen æthera dixit.Quamuis inquit Apollo te ad uitam reuocare non possim:ad cælum tamen peruenies.Nam thuris fumus ad deos usque in cælũ peruenire creditur. Delicuit.molle & tenerum factum est:a deliquesco præteritum. Tumulum:harenæ aggerẽ. At Clycien.Clycie nympha a sole derelicta cum nouem dies sine ullo cibo ac potu exegisset:tandem deorum miseratione in herbam heliotropium conuersa fingitur:quæ nunc quoque pristini amoris memor continue folia ad solem uertit.Vnde etiam nomẽ accepit.Nam Heliotropium dicitur solis conuersio ηλιοσ nãq; sol.τροπη conuersio dicitur. Modum.finem. Tabuit ex illo.Ex eo inquit tempore quo a sole fuit derelicta:tabescere cœpit clycie commerciumque aliarum nymphaꝝ fugere. Sub Ioue.Sub dio.ad aerem. Luridus.fuscus.

Vertitur ad solem.ad nomen herbæ quæ heliotropium dicitur alludit. Quæ radio nauicula instrumentum ligneum quo utuntur textores. Stantis telæ.pẽdentis. Idæi. phrygii.Nam Ida mons est phrygiæ. Contulit.Conuertit.Has autem fabulas quæ uix unq̃ apud aliquem præstãtum poetarum inueniuntur breuiter percurrit poeta:uidens illas nullo fere in usu futuras. Nec loquor. Scyton quidem ex mare in fœminam mirãdo quodam modo fuit commutatus.Id autem fieri posse Plynius quoque est auctor.

Te quoq; nũc Adamas.Celmus nutritius fuit Iouis:cui dum paruus erat:fuit admodũ gratus.Posteaq̃ uero Iupiter deorum imperium est adeptus:ipsum in Adamantem conuertit:quia uulgasset Iouem fuisse mortalẽ.

Largoque satos curetas ab imbri.Curetes populi fuere Creti antiquissimi: qui una cũ corybantibus Iouem nutriuere.Sed cum deinde religionem contemnerent:ab Ioue ipso imbribus fuere deleti. Postea uero cum nemo deos coleret ex fungis eosdem curetas reparauit. Et crocon.Crocos adolescens fuit:quem smilax uirgo cum amaret neq; frui posset:ambo in flores cõuersi fuerũt. Quare sit infamis.Salmacis fons est cariæ:quem qui ingrediũtur:effœminati ac molles egrediuntur.Huius autem rei causam poeta refert in Hermaphrodyti preces:qui parentes rogauit ut quemadmodum ipse:sic alii quoque fontem illum intrantes mollescerent.Nam Hermaphrodytus Mercurii ac Veneris filius fuit formosissimus qui cum in fontẽ Salmacidis nymphæ ingressus foret:ita a nympha fuit colligatus ut ex duobus corporibus unum fieret utrunque habens sexum.Vnde etiam nunc Hermaphrodyti utroque præditi sexu. Remolliat.molles ac effœminatos efficiat. Nomen quoque traxit ab illis. Nã Hermaphrodytus απο του ερμου hoc

est. Mercurio & ἀφρόδιτης uenere fuit appellatus. Lycias urbes. Lycia Lydia & Caria prouinciæ sunt finitimæ. Caras adit. Cares populi sunt cariæ. Est autem accusatiuus græcus. Car enim caros declinatur īmasculino. in fœminino ăt Carra Carræ urbs ē Messopotamiæ Crassi cæde nobilis a Carra Syriæ fluuio denominata. Nympha colit. habitat. Idem autem cum fonte nomen habet. Salmacis enim nympha ut scribit sex. pompeius Cæli & terræ filia mollissima fertur fuisse causa fontis Halycarnasi aquæ appellandæ Salmacidis: quam qui bibisset: uitio impudicitiæ molleſceret ob eam causam quod eius aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuuenibus petulantibus puerorum puellarumq; uiolandarum: quia non patet effugiū. unde Ennius. Salmacidas spolia sine sanguine & sudore. Quod in molles atque effœminatos dictū corrupte legitur in primo de officiis Ciceronis inepteque ab iis qui in illud opus commentaria scripserunt: exponitur: ut in quadam disputatiōe nostra: quæ circūfertur: copiosius diximus. Cytheriaco. pulchro qualis uenerem deceret. Aut certe Cythoriaco legendū est a Cythoro mōte buxis abundante: ex quo ligno pulchri pectines conficiuntur. Perlucenti amictu. per lucida uestē. Significat autem hāc nympham mollissimam fuisse. Incubat. recubat. iacet. Composuit. ornauit. Et finxit uultum: sumpsit uultum blandum amantique aptū.

Siquam dignabere tæda. Siquam tuis nuptiis dignam existimabis. Hæc tibi siue aliqua est. Si inquit sponsam habes: mecum uelis furtim coire. Sin uero nō habes: me uelim accipias uxorem. Ab his. post hæc.

Hic color. His similitudinibus declarat: q̄lis eēt Hermaphrodyti pueri color: posteaq̄ audita nymphæ oratiōe erubuit. Aprica. soli exposita. Arbores autem soli expositæ rubicunda poma ferre solent. Aut ebori tincto. Minio ac purpureo colore infecto. Aut sub candore rubenti lunæ. hoc est lunæ eclipsin patienti. Tunc enim rubescere uidetur.

Cum frustra resonant. frustra perstrepunt nihil enim lunæ deficiēti prosunt. Quamuis uulgus putet carmina ueneficaq; æreoq; uasorum tinnitibus impediri: ne eclipsin lunæ inducant. Vnde Iuuenalis loquacitatem mulierum carpens inquit. Vna laborāti poterit succurrere lunæ. Aera. ærea uasa. Auxiliaria auxilium lunæ afferentia: ne ueneficarum deficiat carminibus. Sororia oscula. casta & pudica: q̄lia sorores decēt. Est aūt adiectiuū nomē sororius a sorore declinatū. neq; eū significat qui alicuius sororē duxit uxorē: ut qdā putant. Eburnea. candida ut ebur. Desinis an fugio. Aut desine inquit. aut ego hinc fugiam: ac tibi soli ista loca relinquam. Extimuit. ne fugeret. Fruticū sylua. Frutices

Flumina gaudebat studio minuente laborem.
Ille etiam lycias urbes: lyciæq; propinquas
Caras adit. uidet hic stagnum lucentis ad imum
Vsq; solum lymphæ. non illic canna palustris:
Nec steriles uluæ: nec acuta cuspide iunci.
Perspicuus liquor est. stagni tamen ultima uiuo
Cespite cinguntur: semperq; uirentibus hærbis:
Nympha colit: sed nec uenatibus apta: nec arcus
Flectere quæ soleat: nec quæ contendere cursu.
Solaq; naiadum celeri non nota dianæ.
Sæpe suas illi fama est dixisse sorores.
Salmaci uel iaculum uel pictas sume pharetras:
Et tua cum duris uenatibus ocia misce.
Nec iaculum sumit: nec pictas illa pharetras:
Nec sua cum duris uenatibus ocia miscet.
Sed modo fonte suo formosos perluit artus.
Sæpe cytheriaco deducit pectine crines.
Et quid se deceat spectatas consulit undas.
Nunc perlucenti circundata corpus amictu
Mollibus aut foliis: aut mollibus incubat hærbis.
Sæpe legit flores: & tunc quoq; forte legebat:
Cum puerum uidit: uisumq; optauit habere.
Nec tamen ante adit: & si properabat adire:
Q uam se composuit. q̄ circūspexit amictus.
Et finxit uultum: & meruit formosa uideri.
Tunc sic orsa loqui. puer o dignissime credi
Esse deus: seu tu deus es: potes esse cupido:
Siue es mortalis: qui te genuere beati.
Et mater fœlix: & fortunata profecto
Si qua tibi soror est: & quæ dedit ubera nutrix.
Sed longe cunctis longeque beatior illa ē:
Si qua tibi sponsa est. si quam dignabere tæda:
Hic tibi siue aliqua est: mea sit furtiua uoluptas.
Seu nulla est: ego sim: thalamūq; ineamus eundem.
Nais ab his tacuit. pueri rubor ora notauit.
Nescit quid sit amor. sed & erubuisse decebat:
Hic color aprica pendentibus arbore pomis:
Aut ebori tincto est: aut sub candore rubenti:
Cum frustra resonant æra auxiliaria lunæ.
Poscenti nymphæ sine fine sororia saltem
Oscula: iamq; manus ad eburnea colla ferenti
Desinis an fugio: tecumq; ait ista relinquo?
Salmacis extimuit: locaq; hæc tibi libera trado
Hospes ait. simulat gradu discedere uerso.
Tum quoq; respiciens fruticumq; recondita sylua
Delituit: flexoq; genu summisit. at ille

Scilicet ut uacuus & inobſeruatus in hærbis
Huc it:& hinc illuc.& in alludentibus undis
Summa pedum taloq; tenus ueſtigia tingit.
Nec mora.temperie blandarum captus aquarum
Mollia de tenero uelamina corpore ponit.
Tum uero ſtupuit:nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarſit.flagrant quoq; lumina nymphæ.
Non aliter q̃ cum puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur imagine phœbus.
Vixq; moram patitur.uix iam ſua gaudia differt.
Iam cupit amplecti.iam ſe male continet amens.
Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices:alternaq; brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis:ut eburnea ſi quis
Signa tegat claro uel candida lilia uitro.
Vicimus & meus eſt exclamat nais:& omni
Veſte procul iacta mediis immittitur undis:
Pugnantemq; tenet:luctantiaq; oſcula carpit:
Subiectatq; manus:inuitaq; pectora tangit.
Et nunc hac iuueni.nunc circunfunditur illac.
Deniq; nitentem contra elabique uolentem
Implicat ut ſerpens:quam regia ſuſtinet ales:
Sublimemque rapit.pendens caput illa pedeſque
Alligat:& cauda ſpaciantes implicat alas.
Vtque ſolent hederæ longos intexere truncos:
Vt ue ſub æquoribus deprenſum polypus hoſtem
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat atlantiades:ſperataque gaudia nymphæ
Denegat.illa premit:demiſſaque corpore toto
Sicut inhærebat:pugnes licet improbe dixit:
Non tamen effugies.ita dii iubeatis:& iſtum
Nulla dies a me:nec me diducat ab iſto.
Vota ſuos habuere deos.nam mixta duorum
Corpora iunguntur:facieſq; inducitur illis
Vna:& uelut ſi quis conducat cortice ramos:
Creſcendo iungi pariterq; adoleſcere cernit.
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci:
Nec duo ſunt:ſed forma duplex:nec fœmina dici:
Nec puer ut poſſit:neutrunq; & utrunq; uidetur.
Ergo ubi ſe liquidas:quo uir deſcenderat undas
Semimarem feciſſe uidet:mollitaq; in illis
Membra:manus tendens:ſed iam non uoce uirili
Hermaphroditus ait.nato date munera ueſtro
Et pater & genitrix amborum nomen habenti.
Q̃uiſquis in hos fontes uir uenerit:exeat inde
Semiuir:& tactis ſubito molleſcat in undis.

medii ſunt inter arbores & herbas.

Vt uacuus.utpote otioſus. Alludentibus.quæ alludere ei blandirique uidebantur. Mollia uelamina.molles ueſtes ac tenues. Flagrant quoque lumina nymphæ. hoc eſt.oculi quoque nymphæ Salmacidos flagrare uidentur. Nam etiam oculis prodebat:quanta potiundi pueri cupiditate teneretur.

Non aliter.Sic inquit oculi nymphæ flagrare uidentur ac ſplendere:ut ſolis radii ſereno aere: cum ipſis ſpeculum apponitur. Nam tunc & ſplendidiſſimi uidentur:& ignem contrahunt. Puro orbe. Sereno aere. Ille cauis uelox.Natantium morem exprimit.Ingreſſuri enim aquas manibus cauis corpus ſibi percutiunt. Liquidis.puris. Signa.ſtatuas. Luctantia oſcula carpit.ab illo reluctante. eſt enim hypallage. Inuita.pro illi inuito ac nolenti.altera hypallage.

Nitentem contra.repugnantem reluctantem. Implicat ut ſerpẽs. His ſimilitudinibus oſtendit q̃ arctum ſtrictumque teneat Salmacis Hermaphrodytum. Regia ales:aquila:quæ idcirco in Iouis tela eſſe dicitur:quod ex auibus ſola nunq̃ fulmine tangatur.Eſt autem ſerpentibus infeſtiſſima:a quibus ſæpenumero ita implicatur:ut in terram una cum illis decidat.

Spatiantes.ſpatioſe & late ſe iactantes. Polypus.piſcis eſt miræ magnitudinis multos habens pedes.Vnde etiam nomen accepit. Nam πολυσ multus.ποδσ ποδοσ pes dicitur.Hic inſidatur piſcatoribus: quos ſi ceperit: omnibus pedibus quæ flagella uocat poeta:ſic ſtringit: ut nullo pacto effugere poſſint. Perſtat. in propoſito perſeuerat. Atlantiades pro nepos Atlantis.Nam Atlas Maiam genuit.Maia Mercurium.Mercurius Hermaphrodytum. Suos. proprios & propicios. Conducat.coniungat. Neutrum.nec puer.nec puella. Et utrunque:quia ſexum utrunque habebat. Ergo ubi.Nunc aſſignat cauſam:id quod in narrationis principio pollicita eſt Alcithoe:cur Salmacidis fontẽ ingredientes molles effœminatique reddantur. Quod uir. In quas uir non mollis ſed fortis & cõſtans

Biformis.qa & maris & fœminæ for
mã referebat:q̃lẽ hermaphrodyti habẽt.
Finis erat dictis.Alcithoe una cum soro
ribus post finitas fabulas ira Bacchi:cuius
sacra contemnebãt:in uespertiliones aues
fuerunt conuersæ:ac eaꝝ domus incensa.
Vrget opus.operi instat. Prophanat.
ꝓphanũ ac non sacrũ efficit. Prophanũ.n.
opponit̃ sacro. Tinnula.Tinniẽtia ac re
sonãtia.Tinnire ꝓprie dicuntur æra per/
cussa.Vnde etiã Tintinabula sunt appella
ta. Myrrhæque croci.Illis.n. delibutus
Bacchus ad eas fuerat ingressus q̃is nõ ui/
deret̃. Resq; fide maior.hoc est.maior
q̃ cui fides debeat adhiberi. Quod nec
tenebras. Crepusculi descriptio est. nam
crepusculũ dubia lux dicit̃. Pingues.ꝓ/
pter oleũ. Feraꝝ.Tygriũ & Lyncũ quæ
feræ Bacchi curꝝ trahere dicunt̃. Mẽ/
brana.cartilago quæ mẽbrana charta esse
uidet̃. Tenuesq;.hoc est.brachia in alas
fuere cõuersa. Pro corpore.ꝓ corporis
magnitudine. Seroq; tenẽt a uespere no
mẽ. uespertiliones enim a uespere dicunt̃
Tũ uero totis.Ino Bacchi nutrix ac ma
tertera uxorq; Athamantis in odium Iu/
nonis incidit:quod ubiq; Bacchi uires lau
dibus extollebat:cum & alumni & mariti
& filiorum fœlicitate nimium superba ui
deretur.Hancigitur Iuno ut affligeret ad
inferos descendens unam e furiis excita/
uit:quæ Athamanta in tantum furorem
coniecit:ut Learchum filium interfecerit
Ino autem mariti furorem fugiens e sco/
pulo se una cum Melicerta altero filio in
mare præcipitauit.Qui ueneris precibus
a Neptuno excepti:& Ino in Leucothoen
deã:quæ Matuta:& Melicerta in Palæmo
nẽ:qui latine Portunus dicit̃:fuere cõmu
tati. Matertera.Ino enim Semeles fuit
soror. Mater.Quia Bacchum tanq̃ filiũ
educauit. De tot sororibus expers Vna
doloris erat.Aliæ nãq; sorores filios ami/
serant.Agaue Pentheũ. Autonoe Acteo/
nem. Nisi quem fecere sorores.Ex infor/
tunijs nãq; soroꝝ dolorem capiebat Ino.
alias fœlix haberi poterat. Natis.filiis.Le
archo & Melicerta. Thalamo Athamã
tis.nuptiis Athamantis:Thebanoꝝ prin/
cipis ac Aeoli regis uentoꝝ filii. Alũni.
Bacchi quẽ aluerat.Alũnus aũt semper in
passiua accipit̃ significatione. Numine.
diuinitate. Nõ tulit.tolerare nõ potuit.
Et secũ.Locuta est subaudiat̃. De pel
lice natus.Bacchus. Mæonios nautas.
Thyrrhenos qui a Mæonia erant oriũdi.
Vertere.cõuertere in Delphinos:ut pau
lo ante uidimus. Et lacerãda.Pẽtheũ si/
gnificat qui:ut uidimus:sub apri forma a mr̃e materteriscq; fuit dilaceratus. Triplices.Tres. Nouis alis.qꝝ
antea nunq̃ uisæ fuerũt.Nã ex sola cartilagine ac mẽbrana cõstãt. Pẽtheia cæde:Pẽthei occisione.Est autem
possessiuũ trisyllabũ:cuius penultima apud græcos cũ ει diphthõgo scribit̃:quæ qdẽ uel in e uel in ι longam

Motus uterq; parens nati rata uerba biformis
Fecit:& incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis:& adhuc mineia proles
Vrget opus:spernitq; deum:festumq; prophanat:
Tympana cum subito non apparentia raucis
Obstupuere sonis:& adunco tibia cornu:
Tinnulaq; æra sonant:& olent myrrhæq; crociq;:
Resq; fide maior:cœpere uirescere telæ.
Inque hederæ faciem pendens frondescere uestis:
Pars abit in uites:& que modo fila fuerunt:
Palmite mutantur.de stamine pampinus exit.
Purpura fulgorem pictis accõmodat uuis.
Iamque dies exactus erat:tempusque subibat:
Q uod tu nec tenebras nec posses dicere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repente quati:pingueſque ardere uidentur
Lampades:& rutilis collucent ignibus ædes.
Falsaque sæuarum simulacra ululare ferarum.
Fumida iãdudum latitant per tecta sorores:
Diuersæq; locis ignes ac lumina uitant.
Dumq; petunt tenebras:paruos membrana per artus
Porrigitur:tenuesq; includunt brachia pennæ.
Nec qua perdiderint ueterem ratione figuram
Scire sinunt tenebræ.non illas pluma leuauit.
Sustinuere tamen se perlucentibus alis:
Conatæq; loqui minimam pro corpore uocem
Emittunt:peraguntq; leues strid ore querelas:
Tectaq; non syluas celebrant:lucemq; perosæ
Nocte uolant:seroq; tenent a uespere nomen.
Tum uero totis bacchi memorabile thebis
Numen erat:materq; noui matertera uires
Narrat ubiq; dei:deq; tot sororibus expers
Vna doloris erat:nisi quem fecere sorores.
Aspicit hanc natis thalamoq; athamantis habentem
Sublimes animos:& alumni numine Iuno.
Non tulit:& secum.potuit de pellice natus
Vertere mæonios:pelagoq; immergere nautas:
Et laceranda suæ nati dare uiscera matri:
Et triplices operire nouis mineidas alis:
Nil poterit Iuno:nisi multos flere dolores:
Idq; mihi satis est.hec una potentia nostra est.
Ipse docet quid agam.fas est & ab hoste doceri.
Q uidq; furor ualeat pentheia cæde satisq;

a nobis conuerti ſolet. Cur non ſtimuletur. In furorem agatur Ino ſoroꝝ exemplo. Eſt uia decliuis. uiam quæ ducit ad inferos: primū deſcribit. Deinde ipſas ſedes ſternas. Nubila obſcura. Funeſta taxo. Ferali ac peſtifera. Nam Taxus arbor eſt maxime uenenoſa. Ducit ad infernas. deeſt Quæ. Sic Vergilius. Vrbs anti/qua fuit. Tyrii tenuere coloni. deeſt quam. Styx iners. imobilis. Paludes enim quæ non mouentur: tetrum emittunt odorem. Simulacraq; functa ſepulchris. hoc eſt. animæ quarum corpora ſepulchra ſortita ſunt. Nam quaꝝ cadauera inſepulta iacerent: iis tranſire ſtygem paludem nō dabatur: ſecundū priſcoꝝ opinionē.

Ac ſuper oſtendit: cur non ſtimuletur? eatq;
Per cognata ſuis exempla furoribus Ino?
Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo:
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners: umbræq; recentes
Deſcendunt illac: ſimulacraq; functa ſepulchris.
Palor hyemsq; tenent late loca ſenta: nouiq;
Qua ſit iter manes ſtygiam quod ducat ad urbem
Ignorant. ubi ſit nigri fera regia ditis.
Mille capax aditus: & apertas undiq; portas
Vrbs habet: utq; fretum de tota flumina terra:
Sic omnes animas locus accipit ille: nec ulli
Exiguus populo eſt: turbam ue accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore & oſſibus umbræ:
Parſq; forum celebrant, pars imi tecta tyranni.
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent. aliam partem ſua pœna coercet.
Suſtinet ire illuc cæleſti ſede relicta
(Tantum odiis iræq; dabat) ſaturnia iuno.
Quo ſimul intrauit ſacroq; a corpore preſſum
Intremuit limen: tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit, illa ſorores
Nocte uocat genitas graue & implacabile numen.
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant:
Deq; ſuis atros pectebant crinibus angues
Quam ſimul agnorunt inter caliginis umbras
Surrexere deæ. ſedes ſcelerata uocatur.
Viſcera præbebat Tityus lanianda: nouemq;
Iugeribus diſtractus erat. tibi Tantale nullæ
Deprehēdūtur aquæ: queq; īminet effugit arbor.
Aut petis: aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.
Voluitur Ixion: & ſe ſequiturq; fugitq;.
Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ

Sēta, ſenticoſa ſpinoſa. Sentes. n. ſpinæ di/cuntur. Stygiam urbem. infernam. Ni/gri ditis. Plutonis. Mille capax. Magnitu/dinē urbis infernæ ſignificat. Nec ulli exi/guus populo eſt. ulli multitudini quantali/bet ſit. Animæ nanq; locum non occupant. cum ſint incorporeæ. Parſq; forum cele/brant. Id ſequitur quod inquit in ſexto Ver gilius. nam unuſquiſq; apud inferos iſdem ſtudiis delectatur: quibus dum uiueret. Nō nulli ergo apud iferos ſūt cauſidici. alii auli/ci. alii artifices. alii in carcere detinent. Tā tum odiis. Acclamatio eſt. Adeo īquit Iuno ab ira odioque uexabatur. Simul. poſtq̄.

Cerberus. Canis eſt triceps inferorum cu ſtos. Sorores nocte genitas. Furias. Eume nides nanq; noctis & Achærontis filiæ fuiſ ſe dicūtur. Sunt autem tres Tiſiphone Ale/cto & Megæra. Graue & implacabile nu mē. Moleſtum & quod nullis precibus pla/cari poteſt. Adamante. Adamas adeo du rus eſt lapis: ut nulla alia re q̄ hircino ſangui ne frangi poſſit. Sedes ſcelerata uocatur. Sceleratoꝝ ſedes uocatur carcer: in quo ex iis qui plectebantur nonnullos enumerat.

Viſcera præbebat Tityus laniāda. Tityus Terræ fuiſſe filius dī adeo magnus: ut nouē iugera ſuo corpore occuparet. Hic cum La/tonæ uim inferre uellet: Sagittis Apollinis ad iferos detruſus: ea pœna fuit damnatus ut uultures cor eius nunq̄ exedere ceſſent.

Tibi Tantale nullæ. Tantalus Iouis ex Plo te nympham filius cum Iouis arcana homi nibus prodidiſſet: filiumq; pelopen diis ho/ſpitio ſuſceptis comedendum appoſuiſſet alias eſſe carnes mentitus: ad inferos detru ſus ea pœna plectitur: ut neq; bibere aquis etiam labia tangētibus: neq; quicq̄ comede/re poſſit: q̄uis illius capiti arbor īmineat po mis onuſta. Hac autem pœna auari omnes affici uidentur: qui partis pecuniis per auari ciam uti non poſſunt. Aut urges Siſyphæ. Siſyphus Aeoli fuit filius: qui cum Iſthmū Latrociniis īfeſtaret: a Theſeo īterfectus ea pœna apud inferos damnatus eſt: ut ex ima ualle ſaxum ad montis uerticem nunq̄ ur/gere deſiſtat: niſi cum in uallem deſcendit ad ſaxum delapſum iteꝝ in montis cacumen īpellēdum. Hoc aūt figmēto denotant ambitioſi: qui q̄uis ſæpius in petēdis magiſtratibus repulſam ferant: ab ambiendo tamen nunq̄ deſiſtūt. Voluit Ixion. Is Iunonē de ſtupro īterpellare auſus rotæ apud iferos ita fuit alligatus: ut ſemp uoluat. Belides. Beli neptes. Nā Belus duos hūit filios Danaū & Aegyptū: p quo īperiti ſcribūt ægiſthū. Is qnquagīta Danai filias totidē ſuis filiis dīſpōſauit. Sed Danaus cū Apollinis oraculo didiciſſet: ſe quādoq; ab uno filioꝝ Aegypti ſibi genero occiſū iri: filiabꝰ mādauit ut prima nocte quæq; ſuū: maritos occideret. Quæ qdē oēs præter unā hypmeſtrā natu minorē: quæ Ino ſpōſo pepcit: a quo poſtea Danaus fuit interfectus: pri ſunt obſecutæ. Quare ea pœna apud inferos ſunt dānatæ: ut cribris aquam haurire nunq̄ deſiſtāt. Letum. mortē a lendo quod non eſt in uſu: quod mors oia deleat. Patruelibus. Ex duobus fratribus nati patrueles

dicuntur. Et ante omnes Ixiona. Quia ab eo affecta iniuria fuerit: cum de stupro fuit inter pellata. Rursus ab illo. post illum. Cur hic e fratribus. Nam Sisyphus & Athamas fratres fuere filiique æoli.

Et exponit causas. odii: quo prosequitur Athamantem. Quid que uelit. exponit etiam quid uelit furias facere.

Staret. erecta foret. Sed euerteretur. Et in facinus. In scelus. Imperium. promissa. Decorum seruat. Nam iratorum confusa semper est oratio. Tisiphone. una est ex tribus inferni furiis quæ homicidas maxime punit. unde etiam nomẽ accepit. nã τίω est punio. φονὸσ cædes dicit. Roratis. insper sis

Lustrauit. purgauit ab iferoꝝ cõtactu. Thaumantias Iris. Thaumantis filia. Fluido cruore. liquido sanguine. Tisiphones autem apparatum habitumq; perspicue describit. Luctus comitat. Scite hi comites attribuũtur Tisiphone furie. Nam & luctus & pauoris & insaniæ causa esse mortalibus Tisiphone uidetur. Limine. Athamantis. Fores acernas. ex acere confectas. Solque locum fugit. Aduentu Tisiphones sol quoque fugatus est. Infœlix. infœlices faciẽs. Sic Vergilius. Sis fœlix nostrumq; leues quæcunque laborem. Linguisque coruscant. Linguas uibrant. Tãta enim celeritate linguam mouent serpẽtes: ut tres habere linguas uideantur.

Diros ictus. graues affectus & perturbatiões.

Et uirus echidnæ. Hydræ serpẽtis. echidna uero latine uipera dicitur.

Cicuta. herba est præ

Assidue repetunt: quas perdunt: Belides undas.
Quos omnes facie postq̃ saturnia torua
Vidit: & ante omnes Ixiona: rursus ab illo
Sisyphon aspiciens: cur hic e fratribus inquit
Perpetuas patitur pœnas: athamanta superbum
Regia diues habet: qui me cum coniuge semper
Spreuit: & exponit causas odiiq; uiæq;:
Quidque uelit. quod uellet erat: ne regia Cadmi
Staret: & in facinus traherent athãmata furores.
Imperium. promissa. preces confundit in unum
Sollicitatque deas. sic hæc iunone locuta
Tisyphone canos ut erat turbata capillos
Mouit: & obstantes reiecit ab ore colubras:
Atque ita. non longis opus est ambagibus inquit.
Facta puta quæcunque iubes: inamabile regnum
Defere: teque refer cæli melioris ad auras.
Læta redit iuno: quam cælum intrare parantem
Roratis lustrauit aquis Thaumantias Iris.
Nec mora Tisyphone madefactam sangine sumit
Importuna facem. fluidoque cruore rubentem
Induitur palam: tortoque incingitur angue:
Egreditur que domo. luctus comitatur euntem:
Et pauor: & terror: trepidoque insania uultu.
Limine constiterat. postes tremuisse feruntur
Aeolii. pallorque fores infecit acernas:
Solque locum fugit. monstris exterrita coniunx.
Territus est athamas: tectoque exire parabant.
Obstitit infœlix: aditumque obsedit erynnis.
Nexaque uipereis distendens brachia nodis
Cæsariem excussit. motæ sonuere colubræ.
Parsque iacens humeris. pars circum pectora lapsæ
Sibila dant: saniemque uomunt: linguisque coruscant.
Inde duos mediis abrupit crinibus angues:
Pestiferaque manu raptos immisit. at illi
Inoosque sinus: athamanteosque pererrant:
Inspirantque graues animos: nec uulnera membris
Vlla ferunt. mens est quæ diros sentiat ictus.
Attulerat secum liquidi quoque monstra ueneni
Oris cerberei spumas: & uirus echidnæ:
Erroresque uagos: cæcæque obliuia mentis:
Et scelus: & lachrymas: rabiemq;: & cædis amorem:
Omnia trita simul: quæ sanguine mixta recenti
Coxerat ære cauo uiridi uersata cicuta.
Dumq; pauent illi: uertit furiale uenenum
Pectus in amborum: præcordiaq; intima mouit.
Tum face iactata per eundem sæpius orbem;

Consequitur motos uelociter ignibus ignes.
Sic uictrix iussiq; potens ad inania magni
Regna redit ditis: sumptumq; recingitur anguem.
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat Io comites his retia tendite syluis.
Hic modo cum gemina uisa est mihi prole leæna:
Vtq; feræ sequitur uestigia coniugis amens:
Deq; sinu matris ridentem: & parua Learchum
Brachia tendentem rapit. & bis terq; per auras
More rotat fundæ: rigidoq; infantia saxo
Discutit ora ferox. tum deniq; concita mater
Seu dolor hoc fecit: seu sparsi causa ueneni
Exululat: sparsisq; fugit male sana capillis.
Teq; ferens paruum nudis melicerta lacertis
Ehohe bacche sonat. bacchi sub nomine iuno
Risit: & hos usus præstet tibi dixit alumnus.
Imminet æquoribus scopulus: pars ima cauatur
Fluctibus: & tectas defendit ab hymbribus undas.
Summa riget: frontemq; in apertum porrigit æquor.
Occupat hunc (uires insania fecerat) Ino:
Seq; super pontum nullo tardata timore
Mittit: onusq; suum. percussa recanduit unda:
At uenus immeritæ neptis miserata labores
Sic patruo blandita suo est. o numen aquarum
Proxima cui cælo cessit neptune potestas:
Magna quidem posco. sed tu miserere meorum:
Iactari quos cernis in ionio immenso:
Et diis adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto est:
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui: gratumq; manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti neptunus: & abstulit illis
Quod mortale fuit: maiestatemq; uerendam
Imposuit: nomenq; simul faciemq; nouauit.
Leucothoeq; deum cum matre palæmona dixit:
Sidoniæ comites quantum ualuere secutæ
Signa pedum primo uidere nouissima saxo.
Nec dubium de morte ratæ cadmeida palmis
Deplanxerere domum scissis cum ueste capillis.
Vtq; parum iustæ nimiumq; in pellice sæuæ
Inuidiam fecere deæ. conuitia iuno
Non tulit: & faciam uos ipsas maxima dixit
Sæuitiæ monumenta meæ. res dicta secuta est.
Nam quæ præcipue fuerat pia. prosequar inquit
Infreta reginam: saltumq; datura moueri
Haud usq; potuit: scopuloq; affixa cohæsit.
Altera dum solito temptat plangore ferire

sētissimi ueneni. Mouit: i furorē cōmouit. Ignes. Veneni cōmotos. Ignibus. facis. Sic uictrix. uoti compos. Io comites. uox est & bacchantium & furētium

Infantia ora. Infantis caput. Sparsi ueneni. a Tisiphone. Ehohe Bacche. uox est bacchantium. Imminet. Promontorium describit unde se Ino cum Melicerta filio præcipitauit. Summa riget. aspera & inculta est. Occupat. celeriter ascendit. Vires insania fecerat. Parenthesis: qua res ueri similis efficitur.

Onusque suum. Melicertam filium quem fugiens secū asportauerat. Neptis. Inus: quæ Hermiones filiæ Veneris filia fuit. Suo patruo. Neptuno qui frater est Iouis: cuius tertia Venus esse filia dicitur. Quatuor enim ueneres fuisse Cicero in libris de natura deoꝝ scribit. quarum primam quæ magna uenus appellatur: Cæli ac diei filiam fuisse. Secundā ex maris spuma natā. Tertiam Iouis & Diones filiam. Quartā syrii & cyprie. Proxima. Nam Ioui cælum in mundi diuisione. Neptuno terra cum mari optigit.

In Ionio immenso. Ionium mare est græciam alluens. Est autem spondaicus uersus neq; ullius uocalis admittit collisionem. Tuis. marinis. Aliqua etiā mihi. hoc est. Ego quoque aliquid gratiæ in mari habere debeo: cum in mari ex spuma sim nata: Indeque sum appellata. Obiter autem Ouidius aliam quoque transformationem exponit. Nam secunda uenus ut diximus: ex maris spuma ac sanguine cæli testiculorum procreata fingitur. Saturnus enim Cælo patri iratus falce uirilia abscidisse eaque in mare proiecisse narratur: ex quorum sanguine & maris spuma uenus concreta esse perhibetur. Vnde etiam Aphrodite ἀπο τησ ἀφρου hoc est a spuma uocatur. Nam Ino Leucothea græce, latine Matuta fuit appellata. Melicerta uero a græcis Palemon. a nostris Portunus fuit nuncupatus. Sidoniæ comites. Matronæ Thebanæ Ino fugientem secutæ cum ex uestigiis percepissent eam se in mare præcipitasse: Iunoni inuidiam facere cœperunt. Quare Iuno irata eas partim in saxa. partim in aues commutauit. Primo saxo. in prima promontorii parte.

Nec dubium de morte ratæ. Nam eam mortuam cum filio putauerunt.

Cadmeida. Cadmeiam. patronymicum pro possessiuo. Deplanxere. deflere palmis pectora plagētes. Cōuicia. contumelias. Monumenta. memoriā.

Riguisse.duros factos esse. Hæsit. permansit. Quæ nunc quoq; gurgite in illo. Tapinosis ẽ.gurgitẽ enim ꝑ sinu maris posuit poeta.gurgites.n.fluminũ proprie dicuntur. Distringunt. radũt Cadmeides.Thebanæ mulieres a Cadmo duce sic dictæ. Nescit Agenorides Cadmus uariis suorum infortuniis uexatus Thebas una cum Hermione uxore dereliquit:seque in Illyrium contulit ubi cum uxore in serpentem fuit conuersus.Quod quidem idcirco fingitur quia Cadmus cum iam esset senex:ab Amphione & Zetho regno pulsus ad Illyrios se contulit: ut Palephatus scribit:ubi una cum Hermione uxore miserrimam exegit uitam. Serieque malorum.Continuatione infortuniorum. Et ostentis.monstris. Premeret.uexaret. Dum prima retractant.Commemorant suæ domus primordia. Relegũtq; suos sermone labores. colligũt. in memoriam reducunt. Num sacer ille.Dubitat Cadmus an ille serpens:quẽ ad fontem interfecit:alicui deorum fuerit consecratus.qui sibi malorum causa fuerit. Quem si cura deum uindicat. hoc est.Pro cuius cæde si dii uindictam de me sumunt:utinam ego quoque serpens efficiar:ut ab istis liberer malis.Eleganter autem dicimus uindico inimicos & patris cædem:pro eo quod est punio inimicos & pro cæde patris uindictam sumo. Tam certa ira.ut me nunq̃ malis uexare sint cessaturi. Porrigar producar:prolonger. Commixtaque in unum.confusa in unum. Tenuantur.tenuia ac subtilia efficiuntur. Tereti.oblõgo atque rotundo. Tendit. extendit ad uxorem. In partes est fissa duas.Serpentes bifidam uidentur habere linguam. Aliquos questus. aliquas querelas.Qua in significatione citra diphthongum scribitur.Quæstus enim cum diphthongo turpe significat lucrum. Aderant comites.parentheſis:qua significantur comites saltem interfuisse illi transformationi. Iuncto/que uolumine.Iuncta reuolutione.

Appositi.iuxta positi ac uicini. Sed tamen ambobus. Hæc idcirco a poeta narrantur: ut concinne quas expositurus est transfigurationes cum prioribus connectantur. Nam Acrisius rex Argiuorum & orgia Bacchi spernebat: & perseum sibi nepotem Iouis esse filium non credebat. Sic igitur ad persei gesta enarranda descendit. Nepos.Bacchus qui ex India deuicta glorioſissimum reportauerat triumphum. Achaia.græcia.Nam Achaia pars est græciæ.Vnde

Pectora:temptatos sentit riguisse lacertos.
Illa manus:ut forte tetenderat in maris undas:
Saxea facta manus in easdem porrigit undas.
Huius ut arreptum laniabat uertice crinem:
Duratos subito digitos in crine uideres.
Quo quæq; in gestu deprensa est:hæsit in illo.
Pars uolucres factæ:quæ nunc quoq; gurgite i illo
Aequora distringunt summis cadmeides alis.
Nescit agenorides natam paruumq; nepotem
Aequoris esse deos.luctu serieq; malorum
Victus & ostentis:quæ plurima uiderat:exit
Conditor urbe sua:tanq̃ fortuna locorum
Non sua se premeret:longisq; erroribus actus
Contigit illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis annisq; graues dum prima retractant
Facta domus:releguntq; suos sermone labores:
Num sacer ille mea traiectus cuspide serpens
Cadmus ait fuerat.tum cum sidone profectus
Vipereos sparsi per humum noua semina dentes?
Quem si cura deum tam certa uindicat ira:
Ipse precor serpens in longam porrigar aluum:
Dixit.& ut serpens in longam tenditur aluum:
Duratæq; cuti squamas increscere sentit:
Nigraq; cæruleis uariari corpora guttis
In pectus cadit pronus:cõmixtaq; in unum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam restant.quæ restant brachia tendit.
Et lachrymis per adhuc humana fluentibus ora
Accede o coniunx accede miserrima dixit.
Dumq; aliquid supereſt de me:me tange:manumq;
Accipe:dum manus est.dũ nõ totũ occupat anguis.
Ille quidem uult plura loqui:sed lingua repente
In partes est fissa duas.nec uerba loquenti
Sufficiunt:quotienscq; aliquos parat edere questus:
Sibilat.hanc illi uocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora coniuux
Cadme mane:teq; his infœlix exue monstris.
Cadme qd hoc? ubi pes? ubi sũt humeriq; manusq;?
Et color & facies? & dum loquor omnia:cur non
Me quoq; cœlestes in eundem uertitis anguem?
Dixerat.ille suæ lambebat coniugis ora.
Inque sinus caros:ueluti cognoscere:ibat.
Et dabat amplexus assuetaq; colla petebat.
Quisquis adest (aderant comites) terret. at illis
Lubrica perlucent cristati colla draconis.
Et subito duo sunt:iunctoq; uolumine serpunt:

Achæi pro græcis accipiuntur. Sane Achæia cum diphthongo a græcis ſcribitur. Sic autem eſſe ſcribendum Achæi inde ducti facile oſtendunt. Solus Abantiades. Acriſius ut in libro tempoꝝ ſcribit Euſebius: Abantis Argiuorum Regis fuit filius: paterque Danaes ex qua Perſeum Iupiter ſuſcepit. Is a Prœto fratre pulſus regno a Perſeo Nepote fuit reſtitutus: a quo tandem propter ingratitudinem in ſaxum fuit conuerſus. Abantiades. Abantis filius. Abantes quoque populi ſunt Euboeæ: a quibus etiam Abantis fuit appellata. ſiue ab Abante Argei filio uel Neptuni & Arethuſæ. Ab origine eadem. Quia & ipſe Achæus erat græcus: Neque enim Iouis eſſe putabat Perſea. filium ſubintelligamus uel genus. Perſeus autem Iouis ex danae Acriſii fuit filius. Is cum adoleuiſſet ut ſcribit Ioānes grāmaticus Palladis ut alii Polydectis regis ſeriphi iuſſu ad gorgones debellādas eſt ꝓfectus: Aegide a Pallade ipſa ac talaribus enſeque falcato a Mercurio acceptis. Meduſæ igitur caput amputatum cum in græciam referret: ab Atlante Mauritaniæ rege ab hoſpitio repulſus: gorgonis capite oſtenſo ipſum in mōtem eiuſdem nominis commutauit. Andromedam deinde uirginem Cephei regis ac Caſſiopiæ filiam monſtro marino crimine matris obiectam ea conditiōe liberauit: ut ſibi uxor traderetur. Sed cum iam nuptias celebraret: ac Phineus Cephei frater: cui Andromeda anteq̄ obiiceretur monſtro: fuerat deſponſata: ſibi eam ui auferre conaretur: & multos ex illius ſociis interfecit: & gorgonis capite oſtenſo Phineum ipſum cum reliquis in ſaxa conuertit. Ac demum in græciam reuerſus Prœtum Acriſii fratrem: qui regno auum expulerat: in lapidem tranſformauit: Acriſiumque auum in regnū reduxit: ac Polydectem Seriphi regem una cum multis aliis in ſaxa cōuertit. Ipſe uero in orientem profectus Perſiam Perſaſque de nomine ſuo appellauit. Tandem inde reuerſus cum Acriſium auum in ſe ingratum in lapidem commutaſſet: ipſe cum Andromeda uxore ac Cepheo ſocero: & Caſſiopia ſocru in cælum fuit tranſlatus atque inter ſydera collocatus. Quem pluuio Danae conceperat auro. Danae Acriſii filia quæ in turri ita concluſa erat a patre: qui acceperat ſe Nepotis manibus periturum: ut nullus uir ad eam accedere poſſet: a Ioue in auri guttas tranſformato fuit compreſſa. Quod cum reſciuiſſet Acriſius: ægre ferēs illam in arca impoſitam i mare proiici iuſſit. Ea uero arca a Dicte piſcatore ſeriphio: ut ſtrabo narrat: ad polydectem Seriphi regem fuit delata: qui q̄uis Danaen cogere non potuerit ut ſibi nuberet: perſeum tamen inſantem educauit. Pluuio auro. Nam Iupiter in auri guttas conuerſus in Danaes gremium pluiſſe fingitur.

Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nunc quoq; nec fugiunt hominem ne uulnere lædunt:
Quidq; prius fuerint placidi meminere dracōes.
Sed tamen ambobus uerſæ ſolatia formæ
Magna nepos dederat: quem debellata collebat
India: quem poſitis celebrabat achaia templis.
Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt: qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ: contraq; deum ferat arma: genuſq;
Non putat eſſe deum. neq; eni Iouis eſſe putabat
Perſea: quem pluuio Danae cōceperat auro.
Mox tamen Acriſium: tanta eſt præſentia ueri:
Tam uiolaſſe deum: q̄ non agnoſſe nepotem
Pœnitet. impoſitus iam cælo eſt alter: & alter
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumq; ſuper libycas uictor penderet harenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ.

Tanta eſt præſentia ueri. Acclamatio hæc ſignificat maximam eſſe ueritatis potentiam. Præſentia. potentia. Pœnitet. Quia in ſaxum fuit commutatus. Impoſitus iam tum cælo eſt alter. Bacchus in numerum deorum relatus. Viperei monſtri ſpolium. Capitis Meduſæ eſt periphraſis. Nam phorcus ex cetho cōiuge tres ſuſtulit filias eximia pulchritudine. Euryalian. Stheno & Meduſam: & ut non nulli uolunt Scyllam: quas pomponius Mela ſcribit gorgadas inſulas æthiopici maris tenuiſſe. unde gorgones uidentur appellatæ. quæ unicum habuiſſe oculum finguntur: quo cum libuiſſet ſingulæ uterent. Harum natu maxima fuit Meduſa: quæ cum quadam die ſola in littore uagaretur: a Neptuno ita fuit adamata: ut eam uel in templo Palladis: quo confugerat: uiolarit. Quare pallas indignata & crines eius quibus maxime Neptuno placuerat in angues conuertit: & effecit ut quoſcunque aſpexiſſet: in lapides commutarentur. Hanc uero perſeus ut iam diximus: ope palladis a qua ſcutum chryſtallinum: & Mercurii a quo talaria & falcatum enſem acceperat: interemit. Quod quidem idcirco fictum uidet: quod perſeus illius ſuperatæ opibus præclara multa geſſit. Nam Atlantem Mauritaniæ regem & Africam & totam græciam partemque Aſiæ ſubegit. Memorabile. memoratu dignum. Aera carpebat tenerum. hoc eſt. per aera penetratu facilem uolabat. Cumque ſuper libycas. guttas ſanguinis ex Meduſæ capite cadentes in terram libyam uarios in ſerpentes conuerſas fuiſſe narrat poeta. Quod ideo fictum uidetur: quia libya ſerpentibus uenenoſis abundat. Gorgonei capitis. Meduſæi. gorgones enim ut diximus: tres fuere ſorores: quarum natu maxima a perſeo capite fuit priuata.

Colubris.Serpentibus Inde per imenſum. per infinitum ac inane:qui eſt aer. Seductas. ſeparatas. Deſpectat.dehorſum ſpectat. Totumq; ſuperuolat orbem.hoc eſt ſupra totum terrarum orbem fertur. Gelidas arctos.Gelidos ſeptentriones:ad quos nunq̃ ſol accedit.

Iamque cadente die.occidente ſole. Credere.committere. In Heſperio orbe.In occidentali orbis parte.Nam heſperus ſtella eſt:quæ ueſperi in occidẽte apparet.Vnde heſperius orbis. & hiſpania interdum heſperia uocatur.Sicautem concine ingreditur tranſformationem Atlantis regis Mauritaniæ potentiſſimi in montem:ad quem cum peruenisſet Perſeus:rogauit ut ſe hoſpitio ſuſciperet:donec illuceſceret dies. Cæterum Atlas oraculo admonitus:ut ſibi a louis filiis caueret:ne regno ab aliquo eorum priuaretur:illum ſuperbe admodum repulit.Quare Perſeus indignatus Capite Meduſæ reuelato eum in montem tranſformauit qui cælum ſuſtinere dicitur. Quod idcirco fictum eſſe uidetur:quod Perſeus ſuperatæ Meduſæ opibus fretus Atlantis regnum inuaſit:eumque in montes fugere coegit.Cælum autem humeris ſuſtinere fingitur Atlas:tum quod ut ſcribit Plynius primus omniũ Aſtrologiam inuenit: tum quod mons ipſe ita eſt altus ut cælum contingere uideatur.Sane apud antiquos Atlantes uocabãtur ſtatuæ:quæ columnas humeris ſuſtinebant.

Ignes auroræ.Lumina Auroræ:quæ ſemper ante ſolem fertur. Iapetionides Atlas fuit.Atlas Iapeti gigantis & Libyæ nymphæ filius fuit. q̃q̃ de matre parum inter ſcriptores conuenit. Alii nanque Clymenes.alii Aſiæ fuiſſe filium ſerunt.Nos uero Plynium ſequimur:qui eum Libyæ filium ſcribit fuiſſe.uerum alii quoque fuerunt clari Atlantes:quorum unus in arcadia regnauit.alter in etruria. Vltima tellus.Mauritania cum reliquo occidente Qui ſolis anhelis.feſſis ac defatigatis.Equi nanque ſolis ab occano Atlantico excipi uidentur. Vicinia nulla. nulli uicini inquit quicq̃ agroꝝ habebant quod exararent. Omnia nanque ab Atlante poſſidebantur:per quod ſignificatur fuiſſe locupletiſſimus. Vetuſtæ ſortis.antiqui oraculi. Themis Parnaſia.Quæ in mõte Parnaſo templum habet:ut in primo uidimus. Hunc titulum. hanc gloriam.Titulus autem a tutando dicitur: quod ſua cuique geſta operaque tituli tueantur.

Pomaria.Hortos arboribus conſitos.Quãq̃ pomaria proprie ſint pomorum repoſitoria. Poma autem hæc ab Hercule & ipſo louis filio ablata fuiſſe notiſſimum eſt. Ne longe gloria rerum.Recede inquit procul a noſtro regno:ne a nobis oppreſſus indicio ſis & gloriam rerum falſam eſſe:& a louis genere longe abeſſe. Par eſſet.Sufficere poſſet.ut enim omnium maximus:ita ualentiſſimus erat. At quoniam parui.At quoniam inquit noſtram gloriam parui facis. Ipſe retrouerſus.Caute ne& ipſe in ſaxũ conuerteretur. Sic dii ſtatuiſtis.uoluiſtis.Cuius autem rei rationem aſſignare non poſſumus:ad deorum

Quas humus exceptas uarios aſſauit ſ angues:
Vnde frequẽs illa ẽ infeſtaq; terra colubris.
Inde per immenſum uentis diſcordibus actus
Nũc huc nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
Fertur:& ex alto ſeductas æthere longe
Deſpectat terras:totũq; ſuperuolat orbem.
Ter gelidas arctos.ter cancri brachia uidit.
Sæpe ſub occaſus:ſæpe eſt ablatus in ortus.
Iamq; cadente die ueritus ſe credere nocti
Conſtitit heſperio regnis atlantis in orbe.
Exiguamq; petit requiem:dum lucifer ignes
Euocet auroræ.curſus aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetionides atlas fuit.ultima tellus
Rege ſub hoc & pontus erat:qui ſolis anhelis
Aequora ſubdit equis:& feſſos excipit axes.
Mille greges illi:totidẽq; armenta per hærbas
Errabãt:& humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos.ex auro poma ferebant.
Hoſpes ait Perſeus illi.ſeu gloria tangit
Te generis magni.generis mihi iupiter auctor:
Siue es mirator rerum:mirabere noſtras.
Hoſpitiũ requiẽq; peto.memor ille uetuſtæ
Sortis erat.dederat Themis hanc parnaſia ſortẽ.
Tempus atla ueniet:tua quo ſpoliabitur auro
Arbor:& hũc prædæ titulũ ioue natus habebit.
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas
Montibus:& uaſto dederat ſeruanda draconi:
Arcebatq; ſuis externos finibus omnes.
Huic quoq; uade procul:ne longe gloria rerum
Quas mentiris ait.longe tibi iupiter abſit.
Vimq; minis addit:manibuſq; expellere tẽptat
Cunctantem:& placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior.quis enim par eſſet atlantis
Viribus:at quoniam parui tibi gloria noſtra eſt:
Accipe munus ait:leuaq; a parte meduſæ
Ipſe retrouerſus ſqualentia protulit ora.
Quãtus erat mõs factus atlas.nã barba comæq;
In ſiluas abeunt.iuga ſũt humeriq; manuſq;.
Quod caput ante fuit:ſũmo ẽ in monte cacumẽ.
Oſſa lapis fiunt.tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum.ſic dii ſtatuiſtis:& omne
Cum tot ſyderibus cælum requieuit in illo.

Clauſerat hippotades æterno carcere uentos:
Admonitorq; operum cælo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat.pennis ligat ille reſumptis
Parte ab utraq; pedes:tæloq; accingitur unco.
Et liquidum motis talaribus æra findit.
Gentibus innumeris circumq; infraq; relictis
Aethiopum populos cepheiaq; conſpicit arua.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedan pœnas iniuſtus inſſerat hammon:
Q uam ſimul ad duras religata brachia cautes
Vidit Abantiades:niſi q; leuis aura capillos
Mouerat:& tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus eſſet opus.trahit inſcius ignes:
Et ſtupet:& uiſæ correptus imagine formæ
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pennas.
Vt ſtetit.o dixit non iſtis digna cathenis:
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes:
Pande requirenti nomen terræq; tuumq;:
Et cur uincla geras.primo ſilet ille:nec audet
Appellare uirum uirgo:manibuſq; modeſtos
Celaſſet uultus:ſi non religata fuiſſet.
Lumina;quod potuit:lachrymis impleuit abortis:
Sæpius inſtanti ſua ne delicta fateri
Nolle uideretur:nomen terræq; ſuumq;:
Q uantaq; maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat:& nondum memoratis omnibus unda
Inſonuit:uenienſq; immenſo belua ponto
Eminet:& latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat uirgo.genitor lugubris & una
Mater adeſt:ambo miſeri:ſed iuſtius illa.
Nec ſecum auxilium:ſed dignos tempore fletus
Plangoremq; ferunt uinctoq; in corpore adhærent.
Tum ſic hoſpes ait.lachrymarum longa manere
Tempora uos poterunt.ad opẽ breuis hora ferenda ẽ:
Hanc ego ſi peterem perſeus ioue natus & illa:
Q uam clauſam impleuit fœcundo iupiter auro:
Gorgonis anguicomæ perſeus ſuperator:& alis
Aetereas auſus iactatis ire per auras:
Præferrer cunctis certe gener.addere tantis
Dotibus & meritum:faueant modo numina:tempto.
Vt mea ſit ſeruata mea uirtute paciſcor.
Accipiunt legem.quis enim dubitaret:& orant:
Promittuntq; ſuper regn um dotale parentes.
Ecce uelut nauis præfixo concita roſtro
Sulcat aquas iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris undis

potentiam referre ſolemus. Clauſera Hippotades.Aeolus Hippotæ nepos.Nã Aeolus:Iouis fuit filius ex aceſta hippotæ troiani filia.Is idcirco rex uentorum eſſe perhibet:quod ut ſcribit uarro cũ apud nouem Siciliæ inſulas Italiæ propinquas Iliacis temporibus regnaret:ex conſurgẽtibus nebulis ita futuros uentos prædicebat:ut in ſua poteſtate eos a rudibus habere crederetur.Plynius autem ipſum uentorum rationem iueniſſe ſcribit. Pẽnis reſũptis.Talaribus:quæ per noctẽ depoſuerat:iterum aſſumptis. Telo unco.Enſe falcato. Cepheia arua.Cephei regna. Cepheus enim ut ex ſententia Eurypidis ſcribit Iginus:Phœnicis fuit filius rex que æthiopum & Caſſiepeiæ maritus ac Andromedæ pater:qui Andromedã filiã p/pter uxoris ſuperbiam monſtro marino obiicere fuerat coactus. Cum enim Caſſiepeia mater ſe Nereidibus pulchriorem eẽ iactaret:precibus ipſaq; motus Neptunus belluã marinã imiſit:quæ æthiopiã uaſtaret.Quare conſultus Iupiter Hammon:qua rõne Nereides placari poſſent: reſpõdit Cephei Caſiepeiæq; pgenie mõſtro eſſe obiiciẽdã. Andromedã igit cum ad ſcopulum religatã Perſeus uidiſſet:ea conditione ſe illam liberaturũ pactus eſt: ut ſibi uxor permitteret.Cæteq; Phineus Cephei frater:cui anteq̃ monſtro exponeret Andromeda:fuerat deſponſata:cũ uiam Perſeo eripere conaret:multis iterfectis reliquos iſe ruẽtes Perſeus ipſe Meduſæ capite detecto in lapides cõmutauit.

Maternæ linguæ.Nã caſſiepeia de pulchritudine cum Nereidibus contendere fuerat auſa. Iniuſtus Hammon.Iniquus Iupiter in ea ſentẽtia ferẽda.Neq;.n.iuſtũ eſt:ut filii pro parẽtibus pœnas pendant. Hammon aũt harenarius iterp̃taf.Nam in libyæ harenis templo celeberrimo ſub imagine Arietis Iupiter colebaf. Trahit inſcius ignes.hoc eſt.Ignarus quænã eſſet: amore ipſius capif. Quatere mouere. concutere. Genitor lugubris.Pullis ueſtibus indutus. Vinctoq; i corpore adherent.hoc eſt.Ligatam Andromedam cõplectuntur. Ad opem ferendam.ad auxilium Andromedæ ferendum. Hanc ego ſi peterem.Merito Perſeus dotes ſuas apud ignotos exponit:quo facilius id qđ cupit:accipiat. Accipiunt legem.conditionem:quam ipſis tulerat Perſeus ut ſua eſſet:ſi ipſam ſua uirtute ſeruaret. Acta impulſa.Hac autem ſimilitudine & magnitudo & impetus belluæ illius marinæ declaratur. Iuuenum ſudantibus lacertis.hypallage eſt.Nam Sudantium iuuenum lacertis impelluntur triremes.

Quantum Balearica torto. Tantum inquit Bellua distabat a scopulis: quantum spacii pila plumbea funda emissa pertransire posset. Pedibus tellure repulsa. gestum exprimit eius qui se e terra in aerem tollere uelit. Sic paulo ante de pallade dixit. & impressa tellurē reppulit hasta. Arduus. altus. Vtque Iouis præpes. pulchra similitudine poeta ostendit: quanta agilitate monstrum illud marinum Perseus oppresserit. Præpes. ales. est autem aquilæ periphrasis quæ serpentibus maxime infesta est. Præpetes uero maiores dicuntur aues: quarum ex uolatu auguria colliguntur. Liuentia. pallentia. Occupat. corripit. Misso. emisso. effecto.

Per inane. per aerem. quod inane dicitur: quia uacuus esse uidetur. Frementis. ore strepentis & furentis belluæ. Inachides. Perseus Argiuus. Inachidæ nanq; Argiui dicūt ab Inacho: qui primus apud Argos regnauit. ac fluuium Achaiæ Inachum a suo nomine appellauit. Curuo tenus hamo. usq; ad capulum: cui ferrum recuruum solet apponi. Circumsona. circū latrans. Ille. Perseus. Super obsita. Desuper tecta atq; cooperta conchis. & ostreorū testis. Balenaq; enim tergoribus conchæ ostreaque adhærere solent.

Falcato ense. recuruo ac falci simili. Est enim nomen participio simile falcatus.

Bellua puniceo. Quanta fuerit hæc belua: facile ex fluctibꝰ quos ore euomebat: colligere possumus. Maduere graues aspergine pennæ. hoc est. pennæ alaq; Persei & madidæ & graues respsione fluctuū quos euomebat bellua: fūt effectæ. Nec bibulis. siccis ac multū humoris & aquæ attrahentibus. Bibuli nanque dicuntur: qui multū ac potius nimiū bibunt. Vltra. ulterius. Credere. confidere. Stātibus aquis. quiescēte mari. Extat. eminet. extra stat. & apparet. unde etiam extare libri dicuntur qui inueniuntur. Nixus eo. Cum inquit in uertice illius scopuli pedes firmasset: sæpius ilia belluæ ense transegit. Littore cum plausu clamor. Plausu quidē legitur: sed corrupte: ut mihi uidetur. Plausus. n. legēdum est: ne minus cōgrua uti oratione poeta uideatur. Sic nanque intelligemus & plausu & clamore gaudentium cæde monstri littora cælumque fuisse repleta. Casiepe: quæ & casiepeia dicitur. Huius sane nominis tertia syllaba apud græcos e littera scribitur: quis apud latinos o uocalem habeat. Quæ autem de Andromedæ uinculis dicta sūt apud Ioppen æthiopiæ urbē gesta esse feruntur. Mollit humum foliis. Narraturus quemadmodum uirgæ in mari nascentes in coralia fuerunt conuersæ: inquit eas a Perseo Medusæ capiti subiectas induruisse lapidisque figuram contraxisse: quod quidem nereides admirantes multa & ipsæ uirgulta capiti Medusæ subiecerunt: atque in mare disiecerunt: quæ q̄diu aqua teguntur mollia sunt. extracta ad aerem statim rigescunt. Phorcynidos Medusæ. phorci filiæ ut diximus. phorcus sane apud græcos phorcys phorcyos & phorcynos declinatur. Vnde phorcynis patronymicum fœmininum est deriuatum. Nouum rigorem. Inusitatam duriciem. Antea nanque sub aqua mollis erat. At pelagi nymphæ. Nereides. Temptant. experiuntur. Et idem contingere gaudent. hoc est. lætantur cum uident uirgulta in lapidis modum dura fieri. Diis tribus ille focos. perseus ob monstrum illud marinum debellatū

Tantum aberat scopulis: quantum balearica torto
Funda pōt plumbo medii transmittere cæli:
Cum subito iuuenis pedibus tellure repulsa
Arduus in nubes abiit: & in æquore summo
Vmbra uiri uisa est. uisam fera sæuit in umbram.
Vtq; iouis præpes uacuo cum uidit in aruo
Præbentem phœbo liuentia terga draconem
Occupat aduersum: neu sæua retorqueat ora
Squamigeris auidos figit ceruicibus ungues.
Sic celeri misso præceps per inane uolatu
Terga feræ pressit: dextroq; frementis in harmo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læsa graui modo se sublimis in auras
Attollit. modo subit aquas. modo more ferocis
Versat apri: quem turba canum circūsona terret.
Ille auidos morsus uelocibus effugit alis:
Q uaq; patent nunc terga cauis super obsita cōchis.
Nunc laterum costas. nunc qua tenuissima cauda
Desinit in piscem: falcato uulnerat ense.
Bellua puniceo mixtos cum sanguine fluctus
Ore uomit. maduere graues aspergine pennæ:
Nec bibulis ultra perseus talaribus ausus
Credere conspexit scopulum: qui uertice summo
Stantibus extat aquis. operitur ab æquore moto.
Nixus eo rupisq; tenens iuga prima sinistra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plausus clamor superasq; deorum
Impleuere domos. gaudent: generumq; salutant:
Auxiliumq; domus seruatoremq; fatentur
Casiope Cepheusq; pater. resoluta catenis
Incedit uirgo preciumq; & causa laboris.
Ipse manus hausta uictrices abluit unda.
Anguiferum caput dura ne lædat harena:
Mollit humum foliis: nataq; sub æquore uirgas
Sternit. & imponit phorcynidos ora medusæ

Virga recens bibulaq; etiam nunc uiua medulla
Vim rapuit monstri:tactuq; induruit huius:
Percepitq; nouum ramis & fronde rigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile temptant
Pluribus in uirgis:& idem contingere gaudent:
Seminaq; ex illis ut erant iactata per undas:
Nunc quoq; coraliis eadem natura remansit:
Duriciam tacto capiant ut ab aere:quodq;
Vimen in æquore erat:fiat super æquora saxum.
Diis tribus ille focos totidem de cespite ponit.
Læuum mercurio,dextrum tibi bellica uirgo.
Ara iouis media est.mactatur uacca Mineruæ.
Alipedi uitulus.taurus tibi summe deorum.
Protinus Andromedan & tanti præmia facti
Indotata rapit.tædas hymenæus amorq;
Præcipiunt.largis satiantur odoribus ignes:
Sertaq; dependent tectis:& ubiq; lyræq;
Tibiaq; & cantus animi fœlicia læti
Argumenta sonant.reseratis aurea ualuis
Atria tota patent:pulchroq; instructa paratu
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
Postq; epulis functi generosi munere bacchi
Diffudere animos:cultusq; genusq; locorum
Quærit Abantiades.quærenti protinus unus
Narrat Lyncides moresq; habitumq; uirorum:
Quæ simul edocuit.nunc o fortissime dixit
Fare precor perseu quanta uirtute quibusq;
Artibus abstuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades:gelido sub athlante iacentem
Esse locum solidæ tutum munimine molis:
Cuius in introitu geminas habitasse sorores
Phorcydas unius sortitas luminis usum.
Id se sollerti:furtim dum traditur:astu
Supposita cepisse manu:perq; abdita longe
Deuiaq; & syluis horrentia saxa fragosis
Gorgoneas tetigisse domos:passimq; per agros
Perq; uias uidisse hominum simulacra ferarum
In silicem ex ipsis uisa conuersa meduſa.
Sed tamen horrendæ clypei quem leua gerebat
Aere repercusso formam aspexisse meduſæ.
Dumq; grauis somnus colubras ipsamq; tenebat:
Erripuisse caput collo:pennisq; fugacem
Pegason & fratrem matris de sanguine natos.
Addidit & longi non falsa pericula cursus.
Quæ freta,quas terras sub se uidisset ab alto:
Et quæ iactatis tetigisset sydera pennis.

diis gratias agere ac sacrificare decreuit. Ac primum tres aras tribus diis.Mineruæ.Mercurio ac Ioui ex cespitibus in littore extruxit. deinde uaccam Mineruæ. uitulum Mercurio. Taurum Ioui immolauit. Alipedi.Mercurio qui cum talaribus alatis pingitur. Indotata. uade dotata.In nanq; præpositio uim interdum habet intentiuam. Andromedam enim accepit Perseus cũ æthiopiæ regno dote. Tædas hymenæus amorq; Præcipiunt. Amor inquit & hymenæus nuptias Perseo suadẽt. A parte nanque totũ intelligimus. Faces enim quæ fere ex tædis conficiũtur:nouis nuptis ad maritos se conferentibus præferebantur. Quare & nuptiaꝝ apparatum describit:& quæcunq; in nuptiis fieri consueuere. Hymenæum autem deum fuisse:qui in celebrãdis nuptiis iuocabatur:nemo est fere qui ignoret. Præcipiunt.suadent atque imperant. Largis odoribus.copiosis thuribus:ac aliis ut ita dicam:odoramentis.

Sertaque.coronæ a serendis floribus appellatæ. Argumenta.Signa. indicia.

Reseratis ualuis.apertis foribus. Diffudere.exhilarauere. lætificauere.uinum enim generosum animi uires excitat corque lætum reddit. Crinita draconibus ora.hoc est. caput pro crinibus habens dracones atque serpentes. Solidæ molis.solidi muri atque circuitus. Geminas sorores. Non duas sed similes. Tres enim fuerunt:ut diximus. Phorcydas. Phorci filias. Vnius luminis.solius oculi. Id se sollerti. Narrat inquit se illud unum lumen prouida astutia rapuisse: dum per uices ab altera alteri traderetur.

Fragosis.fragore ac strepitu resonantibus Sed tamen horrendæ. Tacite respondet obiectioni. Posset enim quis dicere. Qua ratione tu o Perseu uisa Meduſa in lapidem non fuisti conuersus? Quod inquit per clypeum crystallinum illam dormientem aspexi atque obtruncaui. Aere repercusso. per æs clypei transſlucidum. Pennisque fugacem Pegason & fratrem. Pegasus equus alatus & chrysaor ensem aureum in manu tenens finguntur ex collo Meduſæ reciso capite statim exiliſſe. Chrysaora ergo fratrem Pegasi uocat poeta: quamuis in exemplaribus fratres plurali numero corrupte legatur. Longi cursus. Spatiosi uolatus. Ab alto.ab aere.

Ante expectatum tacuit. Narrationi anteq̃ putaretur: finem ipoſuit. Per quod ſignificatur gratiſſimam omnibus conuiuis fuiſſe Perſei orationem. Cur una ſororum. Cur Meduſa ſola ex gorgonibus immixtos capillis habuerit ſerpentes.

Scitaris. rogas: ut ſcias. Conſpectior. pulchrior. Auerſa eſt. Se auertit Pallas: ne uideret Neptunum cum Meduſa coeuntem. Nunc quoque. Pallas inquit ad terrendos hoſtium animos caput Meduſæ cum ſerpentibus in ægida ſuum tranſtulit.

Raphaelis Regii in quitum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

DVmque ea cephenum. Ita hunc librum cum ſuperiore Poeta connectit: ut res e re naſci narratioque continuari uideatur. Primum autem tumultum iniquiſſime a Phineo Cephei fratre: cui Andromeda prius q̃ belluæ obiiceretur: deſponſata fuerat: excitatum deſcribit. deinde eius cum ſociis in lapides mutationem. Cepheni autem a Cepheo rege populi illi fuerũt denominati. Danaeius heros. Perſeus Danaes filius. Eſt autem poſſeſſiuum nomen quinque ſyllabarum non quatuor ut quidam legunt. Nec coniugalia feſta. nuptialia. Non erat inquit clamor nuptiis conueniens: ſed bello & pugnæ. Aſſimulare. comparare. aciſimilia putare. Sane ſimulare dicimus & aſſimulare: non autem ſimilare: ut quidam indocti præcipiunt. Exaſperat. aſperum & tempeſtuoſum reddit. Auctor. excitator. Seruatæ. Andromedæ. Rependis. remuneraris. Sed graue Nereidum numen. graue potens. Nereides autem nymphæ ſunt marinæ: quibus ſe pulchrioré Caſiepeia eſſe iactabat. Earum uero precibus fatigatus Neptunus cetos immiſit: quo Cephenorum agros uaſtante conſultus Hammon reſpondit Caſiepeiæ prolem monſtro eſſe obiiciendam. Sed corniger Hammon. Iupiter Hammon ſub forma arietis cornuti colebatur. Viſceribus meis: mea filia: quæ ex meis uiſceribus atque carnibus concepta eſt. Leuabere. Leuior fies. a dolore ſubintelligatur. Scilicet haud ſatis. Ironia qua Phineo inſultat frater Cepheus. Cum enim & patruus & ſponſus eſſet Andromedæ aliquid certe auxilii afferre debebat. Cum uero nihil prorſus tulerit: impudentiſſime eam repetit: quam tutari non eſt auſus.

Ante expectatum tacuit. tamen excipit unus
Ex numero procerum quærens cur una ſororum
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues.
Hoſpes ait: quoniam ſcitaris digna relatu:
Accipe quæſiti cauſam. clariſſima forma
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa: nec in tota conſpectior ulla capillis
Pars fuit. inueni: qui ſe uidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo uitiaſſe Mineruæ
Dicitur. auerſa eſt: & caſtos ægide uultus
Nata iouis texit. ne ue hoc impune fuiſſet:
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros:
Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hoſtes:
Pectore in aduerſo quos fecit ſuſtinet angues.

Pu. Ouidii Naſonis metamor. Liber quintus.

VMq; ea cephenum medio danaeius heros
Agmine commemorat: fremitu regalia turbæ
Atria complentur: nec coniugalia feſta
Qui canat: eſt clamor: ſed q̃ fera nuntiet arma.
Inq; repentinos conuiuia uerſa tumultus
Aſſimulare freto poſſis: quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.
Primus in his phineus belli temerarius auctor
Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam
En ait en adſum præreptæ coniugis ultor.
Nec mihi te pennæ: nec falſum uerſus in aurum
Iupiter eripiet. conanti mittere Cepheus
Quid facit exclamat? quæ te germane furentem
Mens agit in facinus? meritis ne hæc gratia tantis
Redditur? hac uitam ſeruatæ dote rependis?
Quam tibi non perſeus: uerum ſi quæris: ademit:
Sed graue nereidum numen. ſed corniger Hãmon.
Sed quæ uiſceribus ueniebat belua ponti
Exaturanda meis. illo tibi tempore rapta eſt:
Quo peritura fuit. niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis ut pereat: luctuq; leuabere noſtro.
Scilicet haud ſatis eſt: q; te ſpectante reuincta eſt.
Et nullam q; opem patruus ſponſus ue tuliſti.
Inſuper a quoq̃ q; ſit ſeruata dolebis?
Præmiaq; eripies? quæ tibi ſi magna uidentur:

Ex illis ſcopulis ubi erãt affixa petiſſes.
Nunc ſine qui petiit:p quẽ nõ hæc orba ſenectus
Ferre:quod & meritis & uoce eſt pactus:eũq;
Non tibi ſed certæ prælatũ itellige morti.
Ille nihil cõtra. ſed & hunc & perſea uultu
Alterno ſpectans petat hunc ignorat an illũ.
Conctatuſq; breui cõtortam uiribus haſtam
Quantas ira dabat nequicq̃ in pſea miſit.
Et ſtetit illa toro:ſtratis tũ denique perſeus
Exiliit:tæloq; ferox inimica remiſſio
Pectora rupiſſet:niſi poſt altaria phineus
Iſſet.&indignũ ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti nõ irrita cuſpis adhæſit.
Quí poſtquã cecidit: ferrũq; ex oſſe reuulſũ é:
Calcitrat: & poſitas aſpergit ſanguine mẽſas.
Tum uero idomitas ardeſcit uulgus in iras.
Tælaq; cõiiciunt:&ſunt qui cephea dicant
Cum genero debere mori.ſed limine tecti
Exierat cepheus teſtatus iuſq; fidẽque
Hoſpitiique deos ea ſe prohibente moueri.
Bellica pallas adeſt:& protegit egide fratrẽ
Datque animos:erat idus athis:quẽ flumie gãge
Edita lemniate uitreis peperiſſe ſub undis
Creditur:egregius forma:quã diuite cultu
Augebat bis adhuc octenis iteger annis
Indutus tyriã chlamidẽ.quã limbus obibat
Aureus.ornabant aurata monilia collum:
Et madidos myrrha curuũ crinale capillos.
Ille quidẽ iaculo q̃uis diſtantia miſſo
Figere doctus erat:ſed tẽdere doctior arcus.
Tũ quoque lenta manu flectẽtẽ cornua perſeus
Stipite qui media poſitus fumabat in ara
Perculit:& fractis cõfundit in oſſibus ora.
Hunc ubi fœdatos iactantẽ ſanguine uultus
Aſſirius uidit lycabas iunctiſſimus illi
Et comes & ueri non diſſimulator amoris
Poſtq̃ exhalantẽ ſub acerbouulnere uitam
Deplorauit athin:quos ille tetẽderat arcus
Arripit:& mecũ tibi ſint certamina dixit.
Nec longũ pueri fato lætabere:quo plus
Inuidiæ q̃ laudis habes.hæc omnia nondum
Dixerat.emicuit neruo penetrabile tælum:
Vitatumq; tamen ſinuoſa ueſte pependit.
Vertit in hunc harpẽ ſpectatã cæde meduſæ

Affixa.alligata.Vna enim cum Andromeda regna quoq; dotalia alligata uidebãtur. Petiſſes. petere acceptũq; ire debuiſſes. Nunc ſine.Nũc iquit permitte eũ qui meruit habere. Per quẽ non eſt hæc orba ſenectus.hoc eſt.per quem ego iam ſenex liberis nõ careo.unica nãq; filia illi erat Andromeda. Hæc ſenectus.hæc mea ſenectus. Manu aũt cũ hæc diceret:canos tangens Phineo idicauit. Et uoce.&uerbis. Certæ morti.Siquidem Andromeda proculdubio mortua fuiſſet:niſi a Perſeo e faucibus belluæ illius marinæ erepta eſſet. Ille nihil cõtra.reſpondit ſubintel ligatur. Ignorat.dubitat. Cunctatuſq; breui. Parumper remoratus. Nequicq̃.fruſtra. Stratis.lectis. in quibus priſci diſcumbebant. Remiſſo. reiecto.Eandem nãq; haſtã in phineũ perſeus reiecit. Et idignum.Et copula affectui ſeruit.Indignat enim poeta:quod ara in qua dii iuſtiſſimi coluntur:ſcelerato atq; nefario hominationi ꝓfuerit. Nõ irrita.nõ uana aut quæ Rhœtum unum ex phinei ſociis interemerit. Calcitrat.calcibus terram percutit. Hoſpitiiq; deos Iouẽ hoſpitalẽ.de quo Vergilius.Iupiter. Hoſpitibus nã te dare iura loquuntur.Hoſpites aũt neſas eſt uiolari.Eoq; priſci hoſpitibus ſalẽ in primis apponebant:quẽ cũ una guſtaſſent:ita unius mentis & amiciciæ eos debere eſſe cenſebant:ut ſal in unam naturam ex terra & aqua cõgelatur.

Bellica pallas adeſt.Auxilio eſt.Quo nanq; pacto unus perſeus tot in ſe ruentibus uiris ſine palladis auxilio reſiſtere potuiſſet? Datq; animos. Audacẽ reddit. Erat indus Atys.Ad differẽtiã phrygii a cybele matre deorũ adamati elegãter idus eſt appoſitus. Fuit etiã alius Atys Cœſi lydoq; regis filius. Limniace.nympha fuit gãgis indiæ fluuii filia.uidetur autem eſſe palus iuxta gangẽ.Λιμνη nãq; paludem ſignificat. Limbus. faſcia. Obibat.circũibat. Aurata monilia. Aurata ꝓ aureis poſuit.Monilia nãq; colli ornamenta aurea eſſe ſolent:hoc eſt ex auro ſolo conſtantia.non aurata & auro ſolum ornata. Myrrha.Vnguẽto cui Myrrha quoq; adhibet. Crinale.ornamentũ eſt crinium.unde etiam eſt denominatũ. Ille quidem iaculo.Significat eum & iaculandi & ſagittandi fuiſſe in primis peritũ.

Quãuis diſtãtia.lõge poſita ac remota. Sed tendere doctior arcus.Locutio eſt græca.Latine enim doctior tẽdendi diceret. Lenta cornua. flexibilia arcus cornua. In media ara.quæ Hymenæo nuptiarũ deo extructa erat. Perculit.percuſſit. Et fractis cõfundit in oſſibus ora.Sic quidem legitur.ſed forſitan minus recte.Ablatiuus enim ille fractis oſſibus modum ſignificat:cui in præpoſitio apponi non ſolet.Quare mihi.illa & copula ac in præpoſitio utraq; in alterius locum tranſferenda uidetur:ut legamus infractis cũfundit & oſſibus ora.hoc eſt.ualde ac penitus fractis oſſibus faciem ita confudit:ut non agnoſceretur.

Nec longum.Nec diu. Fato morte. Sinit ſinuoſa ueſte. Sinus ac plicas multas habente. Penetrabile telũ.periphraſis eſt ſagittæ. Vertit in hunc harpen.Harpe enſis eſt Mercurii falcatus:ut diximus

quo perſeus meduſæ caput am putauit. Natantibus, erranti bus in humore ac lachrymis.

Ecce ſuenites. Ab oppido æthiopiæ ſuenio ſuenites no/ men gentile diducitur. Elegan ter autem & patriam & genus iſtius phorbantis deſcribit poe ta: nequis phorbanta priami fi lium illi pugnæ interfuiſſe pu/ tet. Hi autem omnes quos hoc loco poeta enumerat obſcuri ſunt: neca quoq̃ alio ſcriptore celebrantur. Auidi cõmittere pugnã. Cupidi pugnãdi. En/ ſis. Harpe: quo illos perſeus trãſ fixit. Actoriden Erithũ. Acto ris filiũ. Sed altis extãtẽ ſignis. Eminentem cælatura atq; ma gnitudine ac põdere craterem deſcribit. Altis ſignis, alte emi nentibus figuris. Multæq; in pondere maſſæ, hoc eſt, magni ponderis. Crater autem uas eſt menſariũ miſcendo cum aqua uino accommodatum. Infli git, incutit, imittit. Moribũ/ do uertice, pro ipſe moribũdus capite percutit terrã. Eſt enim hypallage. Semiramio ſan/ guine. Regio. Semiramis nãq; regina fuit quæ condidit Baby lonem. Caucaſeum. A cauca ſo ſcythiæ monte. Sperche/ ſiaden. Sperchęſii cuiuſdã filiũ.

Exptẽ fruſtra belli. Fruſtra ſe a bello & pugna abſtinẽtem. In/ terfectus nãq; fuit. In partes, in factiones, partes enim in plu rali ſolum factiones ſignificãt, unde Ciceronem partes pom/ peii dicimus ſecutũ. Penſaq;. pondera. Hoc uulnere: quod tibi ſum illaturus. Vulnus: quod tu mihi ituliſti. Deuo uet execratur. Scelerata ar/ ma. In perſeum ſcelerate ac ne/ farrie ſumpta. Incidit aræ. Cecidit in aram. Cæſtibus inuicti. inſuperabiles. Cæſtus autem arma ſunt pugilum.

Plectrum inſtrumẽtum eſt quo Lyra pulſatur απο του πλητ̃ειν. hoc eſt a pulſando dictum. Imbelle. Imbellibus ac mollibus aptum.

Acriſioniades: adigitque i pectus. at ille
Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra
Circũſpexit athi. ſeque acclinauit ad illum.
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce ſuenites genitus Methione phorbas:
Et libys amphimedon auidi cõmittere pugnam
Sanguine quo late tellus madefacta tepebat:
Conciderãt lapſi. ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis. iugulo phorbantis adactus.
At non actoriden Erithum: cui lata bipennis
Tælũ erat: admoto perſeus petit enſe: ſed altis
Extantẽ ſignis: multæq; in pondere maſſæ
Ingentẽ manibus tollit cratera duabus:
Infligitque uiro. rutilum uomit ille cruorẽ:
Et reſupinus humũ moribundo uertice pulſat.
Inde Semiramio polidæmona ſanguie cretum:
Caucaſeumq; abarim: ſperchęſiadenque lycetum:
Intonſumque comas elycen: phlegianq; Clytumq;
Sternit: & extructos morientum calcat aceruos:
Nec phineus auſus concurrere comminus hoſti
Intorquet iaculũ: quod detulit error in idam
Expertem fruſtra belli: & neutra arma ſecutum.
Ille tuens oculis immitem phinea toruis
Quandoquidem in partes ait abſtrahor: accipe phineu
Quem feciſti hoſtem: penſaque hoc uulnere uulnus.
Iamque remiſſurus tractum de corpore tælum
Sanguine defecto cecidit collapſus in artus.
Hic quoque cephenum poſt regem primus Odites
Enſe iacet clymeni. Protenora percutit Hypſeus.
Hypſea lyncides. fuit & grandeuus in illis
Emathion æqui cultor timiduſq; deorum:
Qui quoniam prohibent anni bellare: loquendo
Pugnat: & inceſſit: ſceleratag; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput: quod protinus incidit aræ:
Atq; ibi ſemianimis uerba execrantia lingua
Edidit: & medios animam expirauit in ignes.
Hinc gemini fratres Proteaſq; & cæſtibus Hammon
Inuicti: uinci ſi poſſent cæſtibus enſes:
Phineia cecidere manu: cereriſq; ſacerdos
Alphitus albenti uelatus tempora uitta.
Tu quoq; iapetide non hos adhibendus ad uſus.
Sed qui pacis opus citharã cum uoce moueres:
Iuſſus eras celebrare dapes feſtumq; canendo.
Quẽ procul aſtantem plectrumq; imbelle tenentem
Petalus irridẽs ſtygiis cane cætera dixit

Manibus:& leuo mucronē tempora fixit.
Concidit:& digytis morientibus ille retemptat
Fila lyræ: casuq; fuit miserabile carmen.
Nec sinit hunc ipune ferus cecidisse Lycormas.
Raptaq; de dextro robusta repagula poste
Ossibus illisit mediæ ceruicis.at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci.
Demere tẽptabat leui quoq; robora postis
Cinypheus Pelates.temptanti dextera fixa est
Cuspide marmaridæ coriti.lignoq; cohæsit.
Hærenti latus hausit Abas.nec corruit ille.
Sed retinẽte manu moriẽs de poste pepẽdit.
Sternitur & Menaleus perseia castra secutus:
Et nasamoniaci Dorilas ditissimus agri
Diues agri Dorilas:quo nõ possederat alter
Latius:aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo missum stetit inguine ferrum.
Letifer ille locus:quẽ postq; uulneris auctor
Singultantẽ animam & uersantem lumina uidit
Bactreus alcioneus:hoc qđ premis iquit habeto
De tot terræ agris:corpusq; exangue relinquit.
Torquet i hunc hastã calido de uulnere raptam
Vltor abantiades: media quæ nare recepta
Ceruice exacta ẽ:in parteſq; eminet ambas.
Dum q; manũ fortuna iuuat:Cliciumq; Danũq;
Matre satos una diuerso uulnere fudit.
Nam clicii per utrumque graui librata lacerto
Fraxinus acta femur.iaculũ Danus ore momordit.
Occidit & Celedon Mindesius. occidit astreus
Matre palæstina & dubio genitore creatus.
Echionque sagax quondam uentura uidere:
Nunc aue deceptus falsa:regisque Thoactes
Armiger:& cæso genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhausto supest.nãq; omnibus unũ
Opprimere est animus.cõiurata undiq; pugnãt
Agmina pro causa meritũ ipugnante fidemque.
Hac pro parte socer frustra pius & noua cõiunx
Cum genitrice fauẽt:ululatuq; omnia complẽt.
Sed sonus armoq; superat:gemituſq; cadentum:
Pollutoſq; simul multo bellona penates
Sanguine pfundit:renouataq; prælia miscet.
Circũeunt unũ phineus & mille secuti
Phinea.tæla uolant hyberna grandine plura
Præter utrũque latus præterq; & lumẽ & aures.
Applicat hic humeros ad magnæ saxa colũnæ.
Tutaque terga gerẽs aduersaq; i agmina uersus

Repagula dicunt asseres qui clausis hostiis opponunt. Illisit.inflixit. Procubuit.in caput terræ prosternitur. Cinypheus pelates. Garamanticus. Cinyps enī ut scribit Herodotus fluuius est garamãtum qui iter duas syrtes in mare libycũ labit. Vnde Cinyphei tertiogeorgicoq; libro apud Vergilium dicuntur hirci.Nec minus interea barbas incanaq; mẽta cinyphei tondẽt hirci setasq; comãtes. Latus hausit.pcussit. Et Nasamoniaci.Nasamones populi sũt libyæ iuxta syrtes:naufragis:ut scribit Plynius:admodum infesti. Singultantem. per singultus animam emittentem. Bactreus Alcioneus.Bactra nomine tantũ plurali urbs est.unde etiam Bactriana regio Indiæ cõtermina fuit appellata.
Vltor Abantiades.Perseus.
Ceruice exacta est.per ceruicẽ eiecta. Occidit & Celedon Myndesius.Myndesos urbs est Syriæ.& Myndones populi sũt libyæ. Matre palæstina.Regio est Syriæ Palæstina cõtermina Iudeæ a Palæstina urbe dicta.
Sagax uidere.Sciẽs præuidere atq; prænunciare futura.Augur nanq; erat.Est autem græca locutio.Sagax uidere. Plus tamen exhausto supereſt.Plus inquit eo quod factũ est:supereſt cõficiundũ.Exhaurire nãq; interdum conficere significat. ut Vergilius.Quæ bella exhausta canebat. Pro causa meritum impugnante.hoc est.pro Phineo:qui & meritum Perseiquo Andromedã seruauerat: & fidem ipsi a rege datam impugnabat. Hac pro parte.Pro fide aũt ac merito & iusta causa pauci admodum stabant.
Bellona.Pallas dea belli.
Circumeunt unum.Circundant perseum solum. Hoc autem maxima persei uirtus declaratur: qui solus tantæ multitudini totq; telis resistere potuerit. Præter utrunque latus.luxta utrũque latus & dextrum & siniſtrum propeque & oculos & aures

Chaonius Molpheus.Epiro
ta.Chaonia nanq; pars ē epiri.
Nabatæus.Nabatæa regio est
fœlicis arabiæ unde Nabatæus
nomen gentile deriuatur. Ti
gris ut auditis.Hac similitudi/
ne poeta ostendit perseū addu
bitasse utq; prius percuteret:cū
ambo istarent:alter a dextra al/
ter a sinistra:Molpheū an ethe/
monem. Diuersa ualle.in di/
uersa uallis pte. Vtro.in utrā
partē Sumouit.repulit. Cō
tentusque fuga est.Satis perseo
fuit Molpheum fugasse.Ab al/
tera nanq; parte ethemō insta/
bat:neq; perseo iterficiēdi Mol
phei tempus dabat. Non cir
cūspectis uiribus.Hipallage est
ipse enim nō circūspectus.hoc
est.iprudens ac temerarius.Cir
cūspectus cū nomen est:prudēs
qui omnia circūspicit dicitur.
Exactum.eiectum. Cylleni
de harpe.pro cyllenia.patrony
micū pro possessiuo est positū.
Cyllenius autem Mercurius di
citur a cyllene Arcadiæ mōte:
ubi ex maia natus esse fingitur.
Vergilius i octauo.Vobis Mer/
curius pater est.quem candida
maia Cyllene gelido cōceptum
uertice fudit. Verum ubi uir
tutem.Posteaq; inquit perseus
sensit uirtutem sibi igenitam a
multitudine supari:cū amicos
admonuisset:ut oculos auerte/
rent:gorgonis caput hostibus
aperuit:quo uiso illi euestigio i
lapides fuere cōuersi. In hoc
signū hæsit.hoc est.Thessalus i
statuā marmoreā ita est cōuer/
sus:ut iaculū emittere uelle ui/
deatur. Signū de marmore.
Statua marmorea. Hæsit.ste
tit. Septēplice nilo.Nilus flu
uius est ægypti clarissimus:qui
septem hostiis in mare exit.un
de Vergilius quarto georgico/
tum.Diuersa ruēs septē discur/
rit in ora:Vsq; coloratis amnis
deuectus ab indis. Suppressa.
cohibita atque coercita. Nec
sūt ea peruia uerbis.Neq; enim
uerba egredi possunt. Magi/
ca arma.magicos cantus.incan
tamenta atq; ueneficia. Tin/
nitibus acutis.uocibus acutis
Tinnire autem uerbum est fi/
cticiū a sono quē percussa æra
emittere solent.

Sustinet istantes.instabat parte sinistra
Chaonius molpheus.dextra nabathæus ethemon:
Tygris ut auditis diuersa ualle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum
Nescit utro potius ruat:& ruere ardet utroque.
Sic dubius perseus dextra leua ne feratur.
Molphea traiecti summouit uulnere cruris.
Contentusq; fuga est.neq; enim dat tēpus ethemon:
Sed furit:& cupiēs alto dare uulnera collo
Non circūspectis exactum uiribus ensem
Fregit:& extrema percussæ parte columnæ
Lamina dissiluit:dominique in gutture fixa est.
Non tamē ad letum causas satis illa ualentes
Plaga dedit: trepidum perseus & inertia frustra
Brachia tendentē Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi uirtutem turbæ succumbere uidit:
Auxilium perseus:quoniam sic cogitis ipsi:
Dixit:ab hoste petā.uultus auertite uestros:
Si quis amicus adest.& gorgonis extulit ora.
Quære alium:tua quem moueant miracula dixit
Thessalus:utq; manu iaculum letale parabat
Mittere:in hoc hæsit signum de marmore gestu.
Proximus huic amphix animi plenissima magni
Pectora lyncidæ gladio petit:inq; petendo
Dextera diriguit:nec citra mota nec ultra est:
At nileus qui se genitum septemplice nilo
Ementitus erat:clipeo quoq; flumina septem
Argento partim:partim celauerat auro:
Aspice ait perseu nostræ primordia gentis.
Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras
A tanto cecidisse uiro.pars ultima uocis
In medio suppressa sono est:adapertaq; uelle
Ora loqui credas.nec sunt ea peruia uerbis.
Increpat hos:uitioq; animi non uiribus inquit
Gorgoneis torpetis erix.incurrite mecum:
Et prosternite humi iuuenem magica arma mouentem
Incursurus erat.tenuit uestigia tellus.
Immotusq; silet:armataq; mansit imago.
Hi tamen ex merito pœnas subiere.sed unus
Miles erat persei:pro quo dum pugnat aconteus
Gorgone conspecta saxo concreuit oborto:
Quem ratus astyages etiam nunc uiuere:longo
Ense ferit.sonuit tinnitibus ensis acutis.
Dum stupet astyages:naturam traxit eandem:
Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.
Nomina longa mora est media de plebe uirorum

Dicere.bis centum reſtabant corpora pugnæ.
Gorgone bis centum riguerunt corpora uiſa.
Pœnitet iniuſti tunc deniq; phinea belli.
Sed quid agat? ſimulacra uidet diuerſa figuris.
Agnoſcitq; ſuos:& nomine quenq; uocatum
Poſcit opem :credēſq; parum ſibi proxima tāgit
Corpora.marmor erāt. auertit̄: atq; ita ſupplex
Confeſſaſq; manus obliquaq; brachia tendens:
Vincis ait perſeu.remoue tua mōſtra:tuæq;
Saxificos uultus:quæcunq; ea tolle Meduſæ.
Tolle precor.non nos odium regniq; cupido
Compulit ad bellū. pro cōiuge mouimus arma.
Cauſa fuit melior meritis tua.tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget.nil o fortiſſime præter
Hanc animam concede mihi.tua cætera ſunto.
Talia dicenti:neq; eum quem uoce rogabat
Reſpicere audēti:quod ait timidiſſime phineu.
Et poſſum tribuiſſe:& magnum eſt munus ĩerti.
Pone metum:tribuam.nullo uiolabere ferro.
Quin etiam manſura dabo monumēta pæuū.
Inque domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri.
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine cōiux.
Dixit:& in partē phorcinida tranſtulit illam:
Ad quam ſe trepido phineus obuerterat ore.
Tunc quoq; conanti ſua flectere lumina ceruix
Diriguit:ſaxoq; oculorum induruit humor.
Sed tñ os timidū:uultuſq; ĩ marmore ſupplex:
Summiſſæq; manus:facieſq; obnoxia manſit.
Victor abantiades patrios cum coniuge muros
Intrat:& immeriti uindex ultorque parentis
Aggreditur prœtum. nā fratre per arma fugato
Acriſioneas prœtus poſſederat arces.
Sed nec ope armorū:nec quā male ceperat:arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamen o paruæ rector polydecte ſeriphi:
Nec iuuenis uirtus per tot ſpectata labores:
Nec mala mollierant.ſed inexorabile durus
Exerces odium.nec iniqua finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudem:fictamq; Meduſæ
Arguis eſſe necem. dabimus tibi pignora ueri.
Parcite luminibus:perſeus ait:oraq; regis
Ore meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit.
Hactenus aurigenæ comitem tritonia fratri
Se dedit.inde caua circundata nube ſeriphon

Auertitur. a perſei conſpectu oculos auertit.

Cōfeſſaſq; manus. manus iunctas.quales qui ſe uicti fatentur tēdere ſolēt. Tempore nr̄a:Nā Andromeda antę q̄ ceto obiiceretur: ut diximus Phineo fuerat deſponſata. Non ceſſiſſe piget. Me inquit Phineus pœnitet tibi Andromedam non reliquiſſe.Cedere autem uerbum eſt de iure ſumptum:quod quidem elegāter cum datiuo ablatiuoq; conſtruitur.ut cedo tibi mea ſponſa.

Facies obnoxia.ſubiectæ ſimilis. Victor Abantiades.Perſeus uotoq; cōpos cum argos in patriā rediiſſet:Prœtum a quo Acriſius auus regno fuerat priuatus:oſtenſo gorgonis capite in lapidē conuertit: Auoq; licet immerito quod ipſum cū Danae matre arcæ impoſitum in mare proieciſſet:regnum reſtituit. Cum coniuge.Andromeda. Immeriti parentis.Pro auo parentē poſuit: q male & de filia Danae & de Perſeo nepote tunc meritus fuit:cum eos arcæ impoſitos mari commiſit. Aggredit̄ prœtum.Prœtus Abātis regis argiuorum fuit filius atq; Acriſii frater:cuius filias in uaccas fuiſſe conuerſas in decimo huius operis uolumine legemus. Fratre fugato. expulſo Acriſio. Male.inique ac iniuſte. Te tamen o parue.Hac apoſtrophe poeta polydectē Seriphi regem in odium inuidiamq; adducit:qui neque Perſei uirtute.neq; laboribus quos perpeſſus eſt. neq; periculis quibus ſe expoſuerat:ab ira odioq; deduci remoueriq; poterat.Polydectes autē Magnetis fuit filius rexq; inſulæ ſeriphi:ut diximus. Is perſei ab ſe educati ferocius ingenium ueritus ſub prætextu gloriæ immortalis adipiſcendæ:eū ad expeditionem contra Meduſam ſuſcipiēdam hortatus eſt:putans ipſum in ea expeditione periturum.cum uero eum non ſolumen modo ſed uictorē quoq; rediiſſe uidiſſet:cœpit iuuenis gloriæ detrahere:minimeq; meduſam ab ipſo fuiſſe obtruncatam iactare.Quare indignatus perſeus ut quod aſſerebat:uerum eſſe probaret:illi caput Meduſæ oſtendit:quo uiſo polydectes in lapidē ſcribitur fuiſſe cōmutatus. Te tamen o parue. Quāuis inquit tot mirāda geſſerit perſeus:totq; in lapides conuerterit:tu tamen odium mollire nedum deponere non potes. Seriphi.Inſula eſt una ex ſporadibus ſeriphus.Vnde ſeriphius nomen gentile deriuatur. Detrectas.diminuis.

Arguis.Arguere uis & ꝓbare. Parcite luminibus.nolite reſpicere.hæc iis ait qui cum polydecte aderant: Admonet enim ut oculos auertant: ne & ipſi in lapides mutent̄.Quāq; ſtrabo ſcribat uniuerſos ſeriphios una cum polydecte ĩ lapides fuiſſe cōuerſos:idq; in ultionem matris a perſeo factum:quia illis adiutoribus ſeriphi rex Polydectes nuptiis inuitam adegiſſet.Adeo autem lapidoſam eſſe ſeriphum:ut qui conuiciantur:id inſpecta obueniſſe gorgone cauſentur.Parcere autē oculis dicitur:qui illos continet clauſos. Hactenus aurigene.Nullam quidem hoc loco poeta exponit tranſformationem.Sed rem ſane admirandam deſcribit.Narrat enim quemadmodum pegaſus equus alatus quem paulo ante diximus una cū chryſaore e ſāguine colli Meduſæ exiliſſe:ad Heliconē

Boetiæ mõtem peruenit:ubi cum terram pedis
ungula percussisset: illico fons: qui ιππoκρηνη
hoc est caballinus est appellatus: exortus fuisse
memoratꝰ. Ad eũ igitꝰ uidẽdũ relicto pseo pallas p
fectaẽ: quæ a musis accepta q̃ prõptissime ad ipsũ
fuit deducta. Dextra cypro gyaroq; relictis. Cy
pro qdẽ legitꝰ. Sed cũ hæc ĩsula lõge a gyaro distet:
utpote quæ sit ĩ mari pãphilio: cũ gyarõ eẽ ĩ ægeo
cõstet: minus huic loco cõuenire uidetꝰ. Forsitã ãt
p Cypro legẽdũ ẽ scyro. Nã sciros ĩsula est una ex
sporadibus Homeri sepulchro: ut ĩqt plynius ue
nerãda gyaro ppinq̃: quæ & ipa una ẽ ex sporadi
bus ĩ qua mures ferꝛ rodere dicunt. Indegyare
us nomẽgẽtile trisyllabũ declinatꝰ. Virgineũ. he
licona uirginibus musis nymphisq; dicatũ. Do
ctas sorores. periphrasis est musarꝛ. Nã musæ Io
uis & Mnemosynes filiæ sunt: quæ παρα το
μνησθαι hoc ẽ ab ingrẽdo dicantꝰ: quod quærẽdo
scia pariantꝰ. Meduſæi præpetis. uolucris & alati
equi. Vidi ipsũ materno sãguine nasci. ipsũ pega
sum. Aderat enĩ Perseo pallas: cũ medusã obtrũ
cauit. Excipit uranie. Vna ẽ ex nouẽ musis quæ
cælestis iterptari põt. ουρανος. n. unde uenit cæ
lũ significat. Pedis ictibus. pcussione pedis. Hæc
autẽ narrantur ut fabulam sequentem apte con
nectat cum superioribus. Fœlices studiisq; loci
que. causa subaudienda uidetur: ut intelligamus
causa studii ac loci musas fœlices esse. Mæoni
das. Musas. Mæonides autem nõ a mæonis filia
bus deuictis. ut quidam somniarũt: sed mæonia
dicunt ut aonides ab aonia pierides a pieria Thes
piades a thespiis: fuerunt denominatæ. Quamq̃
Myonides prima per y græcam uocalem forsitã
rectius scriberentur. Nam Myonia urbs est pho
cidis: de qua pausanias in primo mẽtionem facit.
Opera ad maiora. ad bellica gesta: quæ quidem
studiis disciplinarum sunt maiora. Sed uetitũ
est adeo sceleri nihil. omnia iquit scelerati audẽt.
neq; sibi quicq̃ prohibitum esse putant. Adeo.
certe. Oia terrẽt uirgineas mẽtes. Snĩa est gene
ralis. uirgines. n. natura sũt timidæ. Diruſq; ante
hora pyreneus uertitꝰ. uersari uidetꝰ: pyreneus ãt
ut hĩc colligere possumus thrax fuit tyrãnus: qui
Daulida phocidis urbẽ occupauit: ubi cũ quodã
die pluuioso musas ad parnasũ eũtes uidisset: ut
recta sua subirẽt: dũ pluuia cessaret: inuitauit. Cũ
uero iam ĩber cessasset musæq; discedere uellent:
pyreneus impius clausis foribus illis uim inferre
parabat. Sed musæ in aues cõuersæ euolauerũt:
quas cũ persequi pyreneus uellet: ex arce se præ
cipitem iaciens caput terræ illisit sicq; expirauit.
pyreneus sane nomẽ ẽ trisyllabũ: nõ ut qdã putãt
quadrisyllabũ: nisi pro mõte accipiatꝰ: quo gallia
ab hispania disterminatꝰ. Tũc. n. penultima cũ æ
diphthõgo scribitꝰ. Daulia rura. Dauliosagros.
Daulida aũt quæ & daulis dr: urbs est phocidis a
dauliade nympha: ut scribit pausanias appellata.
phocis ãt regio ẽ: ĩ q̃ ẽ parnasus. unde phocẽses dicunt. Phocæa uero urbs ẽ Ioniæ a phocis: q; multæ cõdito
res eius secutæ fuisse dicunt: appellata. Eiusdẽ nois urbs est cariæ. Annuimus. cõsẽsimus. morẽ gessimus.
Victo aqlonibus austro. Auster q & notus dr: pluuias ac nubes. Aqlo uero serenitatẽ affert. Impetus ire fu
it. uolũtas abeũdi nobis fuit. Est aũt locutio græca a latinis freq̃nter poetis usurpata. Vecors. stultus. corde

Deserit a dextra cypro gyaroq; relictis.
Quaq; super pontũ uia uisa breuissima: thebas
Virgineumq; helicona petit: quo monte potita
Constitit: & doctas sic est affata sorores.
Fama noui fontis nostras peruenit ad aures:
Dura meduſei quem præpetis ungula rupit.
Is mihi causa uiæ. uolui mirabile factum
Cernere. uidi ipsum materno sanguine nasci.
Excipit Vranie. quæcunq; est causa uidendi
Has tibi diua domos animo gratissima nostro:
Vera tamen fama est: & pegasus huius origo
Fontis: & ad latices deduxit pallada sacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas
Siluarũ lucos circũspicit antiquarum
Antraq; & innumeris distictas floribus hærbas:
Fœliceſq; uocat pariter studiisq; locique
Mæonidas: quam sic affata est una sororum.
O nisi te uirtus opera ad maiora tulisset:
In partem uentura chori tritonia nostri:
Vera refers: meritoq; probas artemq; locumq;
Et gratam sortem: tutæ modo simus: habemus.
Sed uetitum est adeo sceleri nihil. omnia terrent
Virgineas mentes. diruſq; ante ora pyreneus
Vertitur: & nondum me tota mente recepi.
Daulia thraicio phoceaq; milite rura
Ceperat ille ferox: iniustaq; regna tenebat.
Templa petebamus parnasia. uidit euntes:
Nostraq; fallaci ueneratus numina uultu
Mæonides (cognorat enim) consistite dixit.
Ne dubitate pcor tecto graue sydus & hymbrẽ
(Hymber erat) uitare meo. subiere minores
Sæpe casas superi. dictis & tempore motæ
Annuimusq; uiro: primasq; intrauimus ædes.
Desierant hymbres: uictoq; aquilonibus austro
Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.
Impetus ire fuit. claudit sua tecta pyreneus:
Vimq; parat: quam nos sumptis effugimus alis.
Ipse secuturo similis stetit arduus arce.
Quaq; uia est uobis erit & mihi dixit eadem.
Seque iacit uecors e summo culmine turris.
Et cadit in uultus: discussisq; ossibus oris
Tundit humũ moriẽs scelerato sanguine tinctã.

priuatus. Musa loquebatur. Eleganti phantasia multas describit metamorphoseis poeta. Musa nanq; fingitur palladi referre certamen suum cum pieri filiabus: quo quidem in certamine & trãsformationes deorum in uaria animalia tempore belli gigantei a pieri filiabus canuntur & pœna Typhoei gigantis: & proserpinæ raptus: & cyanes in fontem mutatio. multaq; alia contra a musis cantantur. pierus igitur ex Anippe uxore nouem sustulit filias: quarum pulchritudine ac uocalitate mater superba musas in certamẽ prouocare est ausa. Eas uero nympharum iudicio uictas musæ indignatæ uocalitate erepta in raucas picas conuerterunt. Minime uero illi sunt audiendi: q musas pierides a deuictis pieri filiabus denominatas fuisse putãt: cũ a pieria: ut ait strabo dicantur. Voxq; salutantũ. chæreenim quo uerbo græci salutant: exprimere uidentur picæ. Sua fata querẽtes. De sua fortuna conquerentes. Pellæis ĩ aruis. Thessalicis agris. pella nanq; urbs est Macedoniæ Alexandri Magni natiuitate nobilis. Vnde Iuuenalis. Vnus Pellæo iuueni nõ sufficit orbis. Pæonis Anippe mater fuit. pæonia pars ẽ Macedõiæ: q̃ æmathia quoq; dicit. patronymicũ aũt posuit loco gẽtilis:

Musa loquebat. pennæ sonuere per auras.
Voxq; salutãtum ramis ueniebat ab altis.
Suspicit: & linguæ quærit tam certa loquentes
Vnde sonent: hominẽq; putat ioue nata locutũ.
Ales erat: numeroq; nouem sua fata querentes
Institerant ramis imitantes omnia picæ.
Miranti sic orsa deæ dea. nuper & istæ
Auxerunt uolucrum uictæ certamine turbam.
Pierus has genuit pellæis diues in aruis:
Pæonis Anippe mater fuit: illa potentem
Lucinam nouies nouies paritura uocauit.
Intumuit numero stolidarum turba sororum.
Perque tot Aemonias & per tot achaidas urbes
Huc uenit: & tali committit prœlia uoce.
Desinite indoctum uana dulcedine uulgus,
Fallere: nobiscum si qua est fiducia uobis
Thespiades certate deæ. nec uoce nec arte
Vincemur: totidemque sumus. uel cedite uictæ
Fonte medusæo & Hyantea Aganippe.
Vel nos Aemathiis ad pæonas usq; niuosos
Cedemus siluis. dirimant certamina nymphæ.
Turpe quidem contẽdere erat. sed cedere uisum
Turpius. electæ iurant per flumina nymphæ.
Factaq; de uiuo pressere sedilia saxo.
Tunc sine sorte prior: quæ se certare professa est:
Bella canit superũ: falsoq; in honore gigantes
Ponit: & extenuat magnorum facta deorum:
Emissumq; ima de sede Typhoea terræ
Cælitibus fecisse metum: cunctosque dedisse
Terga fugæ. donec fessos ægyptia tellus
Ceperit: & septem discretus in hostia nilus.
Huc quoque terrigenã uenisse tiphoea narrat:
Et se mentitis superos celasse figuris:
Duxque gregis dixit fit iupiter: unde recuruis
Nũc quoq; formatus libys ẽ cũ cornibus Hãmõ.
Delius in coruo. proles semeleia capro.
Fele soror phœbi. niuea saturnia uacca.

Lucinã. Iuno Lucina q̃ a parturiẽtibus mulieribus ĩuocabatur: a luce est appellata: q; ĩ lucẽ educere ĩfantes sospites credebat. Perq; tot Aemonias. Aemonia eadẽ est cũ Thessalia ab Aemone rege dicta. Aemõ aũt filius fuit Chlori filii Pelasgi. pater aũt fuit Thessali a quo Thessalia fuit cognominata. Achaidas. Achaicas. Græcas. Thespiades certate deæ. Musæ Thespiades dictæ sunt: nõ a Thespia earũ matre ac Mæonis uxore: ut qdã ex suo cõmodo fingunt: Sed a Thespiis urbe Boetiæ ubi maxime colebãtur: cui opinioni accedere ouidius uidet: cum deas Thespiades eas uocet Cũ quodã. n. contemptu sic eas Pieri filiæ appellant: ac si dicerẽt Thespiensium deæ. non aliorũ.

Fonte Medusæo. periphrasis est Hippocrenes fontis musis dicati. Et Hyantea Aganippe. Boetia. Nam hyantes populi sunt Boetiæ. Aganippe uero fons est Boetiæ musis sacer. Dirimãt certamina nymphæ. Diiudicent inquit utræ nostrũ melius cecinerint. Dirimi autem proprie dicunt bella atq; lites: cum sedantur. Per flumina. per stygem paludem. Factaq; de uiuo. Hoc de iure sumptum uidetur. iudices enim sentẽtiam laturi sedere iubentur. Tunc sine sorte prior. Stoliditatem simul & auiditatem filiarum pieri notat musa: quarum una ãteq̃ forte decerneretur: utræ deberent cantum inchoare. bellum gigãteum canere cœpit. Emissumq; typhoea. Typhoeus q & tiphon dicitur titani & terræ fuit filius tãta audacia: ut louẽ in pugnã prouocare sit ausus. Quare Iupiter illum fulmine strauit trinacriæq; insulæ subiecit. Sane tiphoeus ita trisyllabum est: ut non o & e: sed e & u in diphthongum copulẽtur Quidam enim de orthographia scribentes cum œ diphthongo hoc nomen scribendũ stulte præcipiunt. Donec fessos ægyptia tellus Ceperit. gigantes titanoq; filii: ut in primo quoq; diximus. tiphoeo duce impetum in deos fecerũt. ac eos in ægyptum usq; fugere coegerunt. ubi se tiphoei metu in uaria animalia: ut pspicue describit Ouidius: cõuerterũt. inde factũ est ut ægyptii multa animalia pro diis colãt. In quoq; stulticiã Iuuenalis eã scripsit satyrã: cuius est initiũ. Quis nescit uolusi Bithynice q̃lia demẽs Aegyptus portẽta colat? Duxq; gregis. Periphrasis est arietis. Nã Iupiter se in arietẽ cõmutauit: cuius rei argumentũ est: quod Iupiter Hammon in libya sub figura arietis colit. Fele soror phœbi. Diana soror est Apollinis: que se in felẽ domesticũ aãl muribus

maxime infestum quem uulgus Gattum uocat:conuertit. Cyllenius ibidis alis.Ibis auis Ciconiæ similis Aegypti peculiaris imunda, ut quæ rostro anum purget. Poscimur aonides.Nos inquit musæ ad cantandum inuitamur. Significat autem se & prudentes & modestas esse, quæ nisi rogatæ non surrexerint ad cantandū: id quod impudentes Pieri filiæ fecerūt, quæ ne iacta quidē sorte canere cœperunt. Aonides uero musæ dicuntur ab Aonia Boetiæ parte mōtana. Leui umbra,suaui ac iucūda. Dedimus summam certaminis uni,hoc est.Totū certamē uni ex sororibus cōmisimus. Calliope,una est ex musis:cui a pulchritudine ac bonitate uocis nomē iditū ē. Nā. καλλοσ. pulchritudo.οψ οποσ uox dicit morem autem Citharœdoꝝ expressit,qui citharæ chordas antequerum incipiant cantum:tēptare solēt. Chordæ aūt proprie dicuntur musicorum instrumentorum. Neruis.chordis. Prima Ceres.A laudibus Cereris carmen suum Calliope auspicat. Ceres autem Saturni & opis filia fuisse dicitur: q̄ omnium prima agrorum cultum ac frumenta hominibus monstrauit.legesq; adiuenit:quibus homines ciuiliter uiuere cœperunt. Vasta gigāteis.Typhoeo Giganti fulmine percusso Iupiter Siciliam insulam superiniecit: nequādo resurgēs cælo deos pellere temptaret. Trinacris.Sicilia quidem trinacris a poeta,sed ab aliis trinacria frequentius dicitur quod tria ακρα habeat & promontoria Pelorum. Lilybæum & pachynum.

Magnis molibus.montibus,ponderibus. Ausonio peloro.Italo quippe qui & ad Italiā uergat & ab ea mille & quingentis distet.Dictus est autē pelorus a peloro classis Hannibalis gubernatore: quem iterfectum Hannibal cum crederet se in insidias adductum:ibi sepeliendum curauit:

Leua pachyne tibi.Apostrophe ad montem,q̄ maxime oratio exornat. pachynus uero Siciliæ ē promōtoriū in Græciā uergens Lilybæo crura p̄munt. Lilybæum quoq;. Siciliæ ē promontoriū Africam respiciens. Degrauat ætna caput. Deprimit.Aetna uero mons est Siciliæ altissimus, cuius uertex fere semper flammas eiectat.est etiā urbs ætna a Hierōe rege ædificata.Vnde Aetnæi dicuntur. Sæpe remoliri. Sæpe inquit temptat montes excutere: quo tēpore maximi fiunt terremotus:per quod quidem significatur uastum Typhoei & robur & corpus. Remoliri:demoliri,decutere,præpositionē posuit pro præpositione. Rex silentum,pluto.Manes silentes dicuntur:quod mortuis nulla uox sit Solum animarum & inferni. Ambibat,circuibat. Fundamina.Fundamenta. Postq̄ exploratum satis ē. Satis compertum est.Hæc autem narrātur ut cōmodius fabulam fabulæ connectat. Labare,uacillare. Videt hunc Ericyna uagantem.Ericyna Romanis Siculisq; uenus dicitur ab Eryce ueneris ipsius ac Bytæ filio:qui cum i Sicilia regnaret: ac plurimum corporis uiribus polleret: hospites ut secum cæstibus decertarent prouocabat.Is extructo matri ueneri tēplo: que ericyna fuit appellata: cum Hercule congressus ab eo fuit interfectus.In uertice autem montis qui ab ipso eryx cognominatur dicitur fuisse tumulatus.Narraturus uero poeta cyanes nymphæ transformationē in aquam:prius proserpinæ raptum elegantissime describit.Cum enim pluto deus inferorum in Sicilia uagaretur:sagitta a cupidine rogatu ueneris percussus uisa proserpina cereris filia ita exarsit,ut eam raptam statim currui suo imponeret:atq; asportaret.Cum uero a cyane nympha retineretur:ipse adaperta terra ad inferos cum amica deuectus est,Cyane autem eo dolore fuit affecta:ut paulatim in aquam fuerit commutata. Mōte suo,eryce ipsi

Pisce Venus latuit.Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam uocalia mouerat ora.
Poscimur Aonides,sed forsitan ocia non sunt.
Nec nostris præbere uacat tibi cantibus aures.
Ne dubita:uestrūque mihi refer ordine carmen
Pallas ait,nemorisque leui consedit in umbra.
Musa refert,dedimus summam certaminis uni.
Surgit:& immensos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætēptat pollice chordas.
Atque hæc percussis subiungit carmina neruis.
Prima ceres unco glebam dimouit aratro.
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris.
Prima dedit leges,cereris sunt omnia munus.
Illa canenda mihi ē.utinam modo dicere possē
Carmina digna dea, certe ē dea carmine digna.
Vasta giganteis iniecta ē insula mēbris
Trinacris:& magnis subiectū molibus urget
Aethereas ausum sperare typhoea sedes.
Nititur ille quidē:temptatq; resurgere sæpe.
Dextra sed ausonio manus ē subiecta peloro.
Leua pachyne tibi,lilybæo crura premunt.
De grauat ætna caput,sub q̄ resupinus harenas
Eiectat:flamamque fero uomit ore typhoeus;
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ:
Oppidaq; & magnos deuoluere corpore mōtes.
Inde tremit tellus:& rex pauet ipse silentum.
Ne pateat:lateq; solum retegat hiatu:
Immissusq; dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrānus
Exierat:curruq; atrorum uectus equorum
Ambibat siculæ cautus fundamina terræ.
Postq̄ exploratum satis est loca nulla labare:
Depositoq; metu uidet hunc erycina uagantem
Monte suo residens:natumq; amplexa uolucrē

Arma manuſq; meæ mea nate potentia dixit:
Illa quibus ſuperas omnes:cape tæla cupido:
Inq; dei pectus celeres molire ſagittas:
Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni.
Tu ſuperos:ipſumq; iouem:tu numina ponti
Victa domas:ipſumq; regit qui numina terræ.
Tartara quid ceſſant:cur non matriſq; tuumq;
Imperium profers:agitur pars tertia mundi.
Et tamen in cælo quoq; iã patientia noſtra eſt.
Spernimur:ac mecum uires minuũtur amoris.
Pallada non ne uides iaculatricemq; dianam
Abſceſſiſſe mihi:Cereris quoq; filia uirgo
Si patiemur erit. nam ſpes affectat eaſdem.
At tu pro ſocio: ſi qua eſt ea gratia:regno:
Iunge deam patruo.dixit Venus.ille pharetrã
Soluit:& arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit. ſed qua nec acutior ulla:
Nec minus ĩcerta :nec quæ magis audiat arcũ.
Oppoſitoq; genu curuauit flexile cornu:
Inq; cor hamata percuſſit harundine ditem.
Haud procul ætnæis lacus eſt a mœnibus altus
Nomine perguſa.non illo plura cayſter
Carmina cygnorum labentibus audit in undis.
Silua coronat aquas cingens latus omne:ſuiſq;
Frondibus ut uelo phœbeos ſummouet ignes.
Frigora dant rami.uarios humus humida flores
Perpetuum uer eſt:quo dum proſerpina luco
Ludit:& aut uiolas aut candida lilia carpit:
Dumq; puellari ſtudio calathoſq; ſinumq;
Implet:& æquales certat ſuperare legendo:
Pene ſimul uiſa eſt:dilectaq;: raptaq; diti.
Vſq; adeo ẽ properatus amor.dea territa mœſto
Et matrem & comites:ſed matrem ſæpius ore
Clamat:& ut ſumma ueſtem laniarat ab ora:
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis.
Tantaque ſimplicitas puerilibus affuit annis:
Hæc quoque uirgineum mouit iactura doloreꝫ.
Raptor agit currus:& nomine quenq; uocando
Exhortatur equos:quorum per colla iubaſque
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas:
Perque lacus altos & olentia ſulfure fertur
Stagna palicorum rupta feruentia terra:

dicato. Natũ uoluctẽ.filiũ alatum.hoc eſt cupidinẽ. Arma manuſq; meæ.Eadẽ ferme oſone uenus apud uergilium cupidinẽ filium alloquit. Nate meæ uires.mea magna potẽtia ſolus. Inq; dei pectus.In animũ plutonis. Molire præpara.

Triplicis regni.quod in tres diuiſum eſt partes: quaꝝ ſuprema hoc eſt cælũ optigit ioui. media hoc eſt terra cũ mari neptuno.Infima ac ultima hoc eſt.inferi plutoni. profers.producis.amplificas. Agitur pars tertia mundi.hoc eſt.De tertiæ partis mundi ĩperio cõtenditur parũq; abeſt quin ea a nobis amittat. Et tamẽ in cæloquoq;.Non ſolum inquit inferos patimur ab amore liberos eſſe:ueꝝ ſuperoꝝ quoq; quidã nos ſpernunt noſtraq; patiẽtia fruuntur. Pallada nõne uides.Aquibus potiſſimum ſpernatur uenus exponit.pallas enim ac Diana perpetuam uouerant uirginitatẽ. Cereris quoq; filia.proſerpina quæ Iouis & cereris fuit filia. patruo.plutoni q Iouis frater proſerpinam ſibi uxorẽ copulauit. Nec quæ magis audiat arcũ.hoc eſt. Nec quæ facilius ab arcu emittat.Illæ nãq; ſagittæ arcui audire& obtemperare dicuntur:quæ facile ab arcu emittunt. Hamata arundine.Sagitta ſpiculo armata & hamo:quæ qdẽ e corpore difficulter extrahi poteſt.Eſt aũt hamatus nomen participio ſimile ut galeatus. Ditem plutonẽ:quia græcis πλουτοσ dicitur. Haud procul ætnæis.Lacũ nomine perguſam deſcribit:iuxta quem proſerpina cũ ſibi æq̃libus puellis flores colligẽs a plutone illac curru trãſeũte rapta fuit. Aetnæis mœnibus. ætna urbe.eſt nãq; ætna & urbs Siciliæ & mons: ut diximus. phœbeos ignes.Solis feruores. Puellari ſtudio.puellæ conueniẽti. Vſq; adeo properatus amor. Acclamatione hac ſignificatur q̃ uehemens ad amandum ſagitta cupidinis effectus fuerit pluto. Ab ora ſumma.a ſupremo limbo. Hæc quoque iactura:qua amiſerat flores. Excutit.concutit. Obſcura ferrugine: Ferrugineo colore:qui fuſcus ẽ ac ferreo ſimilis.

Stagna palicorum.palici:ut æſchylus in ætnis ſcribit:Iouis & thaleæ nymphæ uulcano genitæ filii fuerunt.ut uero alii in primiſque ſilenus ſcriptor græcus uulcani ex Aetna Oceani filia.Dicti ſunt autem palici απο του παλιν ικεσθαι. hoc eſt ab iterum ueniendo in uitam:cum mortui iam eſſent.Nam cum thalea nympha a Ioue ſuiſſet compreſſa Iunonis timore optauit:ut ſibi terra dehiſceret:Quod quidem ubi factum eſt:maturi partus tempus aduenit.Ex terra igitur adaperta:duo ſimul infantes exiliuere:qui palici ſunt appellati.Non autem paliſci:ut putat Tortellius: qui in hoc quoque fœde nimium fallitur.Nã paliſcos απο του παλιν quod eſt iterum:& hiſcere uerbo latino ſcribit componi:eoque ſecundæ ſyllabæ.s.litteram præcipit aſcribendam:cũ & nomẽ græcum proculdubio ſit:nec ſi illo modo componeretur:græci unq̃ huiuſmodi uerbo uterẽtur.Iuxta palicos autem fons eſt palicine:qui aquam in altum ſex cubita eiaculari dicitur:quæ in eundem fontem iterum reuertatur.Ius quoq; iurandum ibi ſanctũ fuiſſe ſcribunt.Quæ enim quis iuraſſet:ea in tabella ſcripta in aquã proiiciebantur:ac ſi quidẽ uera fuiſſẽt ut

sert tabella fluitabat. Siquis uero peieraſſet tabel
la quidem ſubmergebatur: nec uſq; apparebat.
In periurio uero deprehenſus comburebatur.

Feruentia. Innuit poeta ibi eſſe fontes calidaꝝ
aquarum. Et qua bacchiadæ. hoc eſt originé a
Bacchia ducẽtes. Bacchias. n. Dionyſi filius Corĩ
thum habitauit. Ab eo aũt genus ducẽtes ut ſcri
bit expoſitor αρχονσυτικων Apollonii genero
ſiſſimi corithioꝝ habebãtur. Cæteꝝ: expulſi Co
rintho ꝓpter Actæonis mortem dicunt fuiſſe.
Meliſſus. n. Pater cum uidiſſet filiũ a Bacchiadis
dilaceratũ: iamq; iſthmia forẽt celebrãda: aſtãs al
tari multa in Corithios ẽ iprecatus: niſi filii cedẽ
uindicarent: cumq; ea dixiſſet ſe precipitẽ ex alto
dedit. Quare corinthii ne inultã eam cedẽ relin
querent oraculoq; id iubẽti optemperarent: Bac
chiadas expulerunt. Cherſicrates autẽ unus Bac
chiadum Cercyran ædificauit cũ illinc Colchos
eieciſſet. Videt autẽ poeta innuere Drepanum a
Bacchiadis ædificatũ q̃q̃ & Cercyra Drepane fue
rit appellata quod ut Timæus inquit: Δρεπτωνι:
hoc eſt falx illic abſcondita eſt qua Cronus urani
hoc ẽ cæli pudenda aut Iupiter Croni reciderit

Eſt medium Cyanes. Locũ deſcribit: ubi Cya
ne nympha Plutonẽ inhibere uoluit: ne proſerpi
nam aſportaret: Cæterum a Plutone contempta
dolore in fontẽ ſui nominis fuit cõuerſa: qui Ana
pi fluuio cõmixtus iuxta ortygiam iſulam in ma
re labitur. Et piſeæ Arethuſæ. Arethuſa fons
eſt Siciliæ iuxta Syracuſas urbẽ: quam idcirco Pi
ſæam poeta uocat: quod: ut diximus creditꝫ eẽ Al
pheus: q fluuius iuxta Piſam olimpiæ urbẽ labẽs
abſorbetꝫ a terra ac ſubter mare fluens in ſiciliam
uſq; Arethuſam efferre dicitꝫ. Componere. Cõ
parare. Anapis qui & Anapus dicitꝫ fluuius eſt
Siciliæ. q idcirco Cyanen amare fingitꝫ: quod iun
cti in mare defluũt. Icta uiam tellus. Nam ſce
ptro ꝓcuſſa ita hiauit ut facile Plutonis currus il
lic ad inferos pertrãſierit. Medio cratere. i me
diam uoraginẽ. Nam crater nõ ſolũ uas dicitꝫ. ſed
ad eius ſimilitudinẽ hiatus quoq; terræ unde flã
ma ꝑſertim egrediatꝫ: crater appellantꝫ. unde Em
pedoclem ſe i ætnæ Craterẽ precipitaſſe legimus:

Oſſa pati flexus. oſſa fieri flexibilia. Exilibus
tenuibus ac paruis. Euanida. Euaneſcentia. re
ſoluta. Interea p auidæ. Ceres Proſerpinam fi
liam quærens cũ deſeſſa ſiti laboraret: quandam
rogauit anum: ut ſibi aquam ad os colluendum
exhiberet. Ea cum muſtum polenta commix
tum a uetula traditum bibere cœpiſſet puer au
dacior & ridere & Cererem Gulæ deditam eẽ ia
ctare auſus eſt. Quare indignata ceres in faciem
impudentis pueri muſtum ſimul & polentam
expuit: eumq; in ſtellionẽ animal uariis maculis
infectum commutauit. Flammiferas pinus. fa
ces quæ ex pinu optimæ conficiuntur. Ab ætna
ſumptas ſubaudiamus. Stramine palea. Dul
ce dedit. Nõ mulſum: quod eſt ditiorum: ſed mu
ſtum quo ruſtici quoq; non carent puto accipiẽ
dum. Teſta. terreo uaſe. per quod ſignificat poe
ta uetulam eam inopem admodum fuiſſe. Polenta. Cum præpoſitio ſubintelligatur. polenta uero cibus ẽ

Et qua bacchiadæ bimari gens orta corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.
Eſt medium Cyanes & piſææ arethuſæ.
Quod coit anguſtis incluſum cornibus æquor.
Hic fuit: a cuius ſtagnum quoq; nomine dictum
Inter ſicelidas Cyane celeberrima nymphas.
Gurgite quæ medio ſumma tenus extitit aluo:
Agnouitque deam. nec longius ibitis inquit.
Non potes inuitæ Cereris gener eſſe. roganda:
Non rapienda fuit. quod ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt: & me dilexit anapis:
Exorata tamen: nec ut hæc exterrita nupſi.
Dixit: & in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit. haud ultra tenuit ſaturnius iram:
Terribileſq; hortatus equos in gurgitis ima
Contortum ualido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta uiam tellus in tartara fecit.
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane raptamq; deam contemptaque fontis
Iura ſui mœrens inconſolabile uulnus
Mente gerit tacita: lachrymiſque abſumitur oĩs:
Et quarum fuerat magnum modo numẽ: in illas
Extenuatur aquas. molliri membra uideres.
Oſſa pati flexus. ungues poſuiſſe rigorem.
Primaq; de tota tenuiſſima quæque liqueſcunt.
Cærulei crines digitiq; & crura pedeſque.
Nam breuis ĩ gelidas membris exilibus undas
Trãſitus eſt. poſt hæc humeri tergumq; latuſq;
Pectoraq; in tenues abeunt euanida riuos.
Deniq; pro uiuo uiciatas ſanguĩe uenas
Lympha ſubit: reſtatq; nihil qd prendere poſſis.
Interea pauidæ nequicq̃ filia matri
Omnibus eſt terris. omni quæſita profundo.
Illam non udis ueniens aurora capillis:
Ceſſantem uidit. non heſperus. illa duabus
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab ætna:
Perq; pruinoſas tullit irrequieta tenebras.
Rurſus ubi alma dies hebetarat ſydera: natam
Solis ab occaſu ſolis quærebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat: oraq; nulli
Colluerant fontes. contectam ſtramine uidit
Forte caſam: paruaſq; fores pulſauit. at inde
Prodit anus: diuamq; uidet: lymphamq; rogãti
Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.

Dum bibit illa datum: duri puer oris & audax
Constitit ante deam: risit auidamq; uocauit.
Offensa est: neq; adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit diua polenta.
Combibit os maculas: & quæ mō brachia gessit
Crura gerit. cauda est mutatis addita membris.
Inque breuem formā: ne sit uis magna nocendi:
Contrahitur: paruaq; minor mēsura lacerta est.
Mirantem flentēq; & tangere monstra pauentē
Fugit anum: latebrasq; petit: aptumq; colori
Nomen habet uariis stellatus corpora guttis.
Quas dea per terras: & quas errauerit undas
Dicere longa mora est. quærenti defuit orbis.
Sicaniā repetit. dumque omnia lustrat eundo:
Venit & ad Cyanen. ea ni mutata fuisset:
Omnia narrasset. sed & os & lingua uolenti
Dicere non aderant: nec qua loqueret̄ habebat.
Signa tamen manifesta dedit: notāque parenti
Illo forte loco delapsam i gurgite sacro
Persephones zonam summis ostendit in undis.
Quam simul agnouit. tanq̄ tum denique raptā
Scisset: inornatos laniauit diua capillos:
Et repetita suis percussit pectora palmis.
Nescit adhuc ubi sit. terras tamē icrepat omnis:
Ingrataque uocat: nec frugum munere dignas:
Trinacriam ante alias: in qua uestigia damni
Repperit. ergo illic sæua uertentia glebas
Fregit aratra manu: parilique irata colonos
Ruricolaque boues leto dedit: aruaq; iussit
Fallere depositum: uitiataque semina fecit.
Fertilitas terræ latum uulgata per orbem
Sparsa iacet. primis segetes moriuntur in herbis.
Et modo sol nimius. nimius mō corripit hymber
Syderaque: & uenti nocēt: auidæque uolucres
Semina iacta legunt: lolium tribulique fatigant
Triticeas messes: & inexpugnabile gramen.
Tum caput eleis alpheias extulit undis:
Roranteq; comas a fronte remouit ad aures.
Atque ait. o toto quæsitæ uirginis orbe
Et frugum genitrix immensos siste labores.
Ne ue tibi fidæ uiolenta irascere terræ.
Terra nihil meruit: patuitq; inuita rapinæ.

græcis olim tam familiarisq̄ puls Romanis. uterq; uero cibus est quo rustici præcipueque montani utuntur. Duri oris. Impudentis. Illi enim duri esse oris dicuntur qui sunt impudentes. Auidam. gulosam. Epota parte. Epotus modo actiuam. modo passiuam habet significationem: ut hoc loco. Sic Iuuenalis. Epotaq; flumina medo Prandente. Combibit os maculas. Contrahit. Aptumq; colori nomen habet. Stellio uocatur quod paruis stellis insignitus esse uideatur. Est autem paruū animal quod ut inquit Plynius rore tātum uiuit. A stellione uero stellionatus crimen a iureconsultis deduci uidet̄. ut enim stelliones earum rerum quibus adhærent colorem assumere uidentur: ita impostores atq; deceptores: ut uilia uideātur pretiosa arte quadam ac simulatione efficiunt. Stellatus corpora. Stellatum habens corpus & guttis infectum: quæ stellæ uideantur. Quærenti defuit orbis. Nam cū totū perlustrasset ceres terraq; orbem: ubi quæreret filiam nihil ei loci restabat. quare in siciliam est reuersa. Sicaniam. Siciliā a sicano fluuio appellatam. Persephones zonam. proserpine cingulum. Quā enim latini proserpinā: græci persephonen uocant. Parili leto. simili ac pari morte. Aruaq; iussit fallere depositū. hoc est. aruis mandauit: ne sibi credita semina redderēt. Depositum autem dicitur quicquid apud aliquem custodiæ gratia collocatur. Est uero figurata ac poetica locutio Fallere depositū. pro eo quod est Fallere homines non reddendo semina credita atq; deposita. Sparsa iacet. dispersa marcescit ac nullo est in honore. nullūq; de se fructū hominibus præbet. Segetes. frumenta seminata. Eleganter autem ea omnia enumerat quibus segetes corrūpuntur. Lolium tribuliq; fatigant. Lolium ac tribuli herbæ sunt segetibus infestæ. Fatigant. laboriosiores efficiūt. Triticeas messes. Triticū Messis autem proprie dicitur tempus metēdi & colligendi frumēti. Et inexpugnabile gramen. Indomabile quod nulla rōne ita domari potest: ut non renascatur. gramen autem species est herbæ fere ubiq; nascentis q̄uis simpliciter pro herba frequenter gramen accipiatur. Eleis undis. per subterraneas cauernas ab elide archadiæ urbe ueniētibus. Tres autem sunt urbes hoc nomine. una in ægypto ab eleo Tantali filio cognominata. altera in Arcadia. Tertia in Hispania. unde Eleus possessiuum modo trisyllabum. modo Eleus quadrisyllabum. modo elieius quinquesyllabum declinatur. Alpheias. Arethusa: quæ Alphei Elidis fluuii filia esse uidetur. Nam Arethusa: ut paulo ante diximus: eadē cum Alpheo esse putatur. Quæ enim apud pisam in Alpheū proiiciuntur: ut scribit plynius: eadem in Sicilia ab Arethusa eiiciuntur. unde fabulæ datus est locus Alpheum Elidis fluuium Arethusæ nymphæ amore captum eam in Siciliam usque fuisse persecutum. Rorantes comas. Stillantes capillos. Immensos siste labores. hoc est. immensis desiste laboribus filiæ quærendæ. Est autem transitiuum sisto: quod significat firmo ac stare facio. Violenta. indignata. Patuit. Se aperuit: ut plutoni una cum rapta pserpina

ad inferos properanti aditum preberet.

Pisa mihi patria est. Pisa Arcadiæ oppidum est iuxta quod Alpheus fluuius labitur. unde Pisæus deriuat. Pisæ uero pisarum numero tantum plurali urbs est etruriæ clarissima. unde pisanus. Mota loco cur sim. Arethusa uenatrix fuit nympha Dianæ comes: quæ cum forte se i Alpheo fluuio lauaret: ita Alpheum in sui amorem pellexit: ut ipsam retinere conatus sit. Sed cum in Siciliam usq; fugientem Alpheus secutus esset: implorato Dianæ auxilio in fontem sui nominis fingitur fuisse cõuersa. Quod idcirco: ut diximus: fictum est: quod quæ iaciuntur in Alpheum purgamenta: eiici ab Arethusa in Sicilia fere est obseruatum. Sunt autem multæ Arethusæ & urbes & fontes. Nam & Syriæ & euboeæ urbs est Arethusa & Ithacæ fons. Quamq̃ non ignobiles grammatici græci scribant omnem fontem Arethusam posse uocari ἀπὸ τοῦ ἀρδεύειν. hoc est ab irrigando. Aduehar ortygiam. Ortygia duarum insularum est nomen: quarum altera est in ægeo quæ & Delos dicitur. Altera Siciliæ adiacet de qua Vergilius libro æneidos tertio.

Sicano prætenta sinu iacet insula contra
Plẽmyriũ undosum. nomẽ dixere priores
Ortygiã. Alpheũ fama ẽ huc elidis amnẽ
Occultas egisse uias subter mare: qui nũc
Ore Arethusa tuo siculis cõfunditᵉ undis.

Leuata. liberata. Inuidiosa. Inuidiam Ioui factura. Si reperire uocas. Ac si diceret. hoc esse potius amittere q̃ reperire.

Quod rapta: feremus. hoc est. Quod sit rapta æquo animo tolerabimus: dum modo eam pluto nobis reddat. Neque enim prædone marito. Prædones ꝓprie dicuntur: qui in mari latrocinantur quia græcis piratæ uocantur. Tu modo diua uelis. Illum nobis esse generum. Vt ds̃int cætera. Vt fingamus omnia alia Plutoni deesse. Nec cedit: nisi forte mihi. Nec pluto inquit potentia a quoq̃ superatur prætereq̃ a me solo. Dissidii. Separationis ac repudii. Cælum. aerem. Si nullos cõtigit illic Ore cibos. hoc est. Si nihil apud inferos comedit. Qui enim ibi aliquid gustasset: ei illinc reditus non datur. Certum est. decretum est. Ieiunia soluerat. aliquid comederat. Simplex. rerum imperita. Puniceum pomum. malum granatum. Curua arbore. depressa pomoꝝ multitudine. Presserat ore suo. Comederat.

Nec sum pro patria supplex. huc hospita ueni.
Pisa mihi patria est: & ab elide ducimus ortus.
Sicaniam peregrina colo. sed gratior omni
Hæc mihi terra solo est. hos nunc arhetusa penates:
Hanc habeo sedem: quam tu mitissima serua.
Mota loco cur sim tantiq; per æquoris undas
Aduehar ortygiã: ueniet narratibus hora
Tempestiua meis: cum tu curaque leuata
Et uultus melioris eris. mihi peruia tellus
Præbet iter: subterq; imas ablata cauernas
Hic caput attollo: desuetaq; sydera cerno.
Ergo dum stygio sub terris gurgite labor:
Visa tua est oculis illic proserpina nostris.
Illa quidem tristis: neq; adhuc interrita uultu:
Sed regina tamen. sed opaci maxima mundi:
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas stupuit ceu saxea uoces:
Attonitæq; diu similis fuit: utque dolore
Pulsa graui grauis est amentia: curribus auras
Exit in æthereas. ibi toto nubila uultu
Ante iouem sparsis stetit iuuidiosa capillis.
Proque meo ueni supplex tibi iupiter inquit
Sanguine: proque tuo. si nulla est gratia matris:
Nata patrem moueat. neu sit tibi cura precamur
Vilior illius: quod nostro est edita partu.
En quæsita diu tandem mihi nata reperta est:
Si reperire uocas amittere certius: aut si
Scire ubi sit reperire uocas. quod rapta feremus:
Dummõ reddat eam. neq; enĩ prædone marito
Filia digna tua est: si iam mea filia non est.
Iupiter excepit. cõmune est pignus onusque
Nata mihi tecum. sed si modo nomina rebus
Addere uera placet: non hoc iniuria factum.
Verum amor est. neq; erit nobis gener ille pudori:
Tu modo diua uelis. ut desint cætera: quantũ est
Esse iouis fratrem: quid? q; non cætera desunt?
Nec cedit nisi forte mihi. sed tanta cupido
Si tibi dissidii est: repetet proserpina cælum.
Lege tamen certa: si nullos contingit illic
Ore cibos. nam sic parcarum fœdere cautũ est.
Dixerat. at cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt. quoniam ieiunia uirgo
Soluerat: & cultis dum simplex errat in hortis
Puniceum curua decerpserat arbore pomum.
Sumptaq; pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo: soluiq; ex omnibus illud

Ascalaphus ut hoc loco narrat Ouidius, Achærōtis ex orphne nympha fuit filius: qcū testatus esset proserpinam in Plutonis hortis septem grana mali punici comedisse: ab ipsa īdignata in bubonem pessimi ominis auem fuit cōmutatus. Auernales. infernales. Furuis antris. Nigris speluncis. Regina herebi. proserpina inferorum regina. Est enim herebus inferni pars. Prophanum. execrandū. Phlegethontide lympha. phlegethontis aqua. Est enim phlegethon unus ex inferorum fluuiis απο του φλεγεσθαι. hoc est ab ardendo cognominatus. Forma autem patronymica pro possessiua est posita. Ille sibi ablatus. hoc est. Sua figura ac forma spoliatus. ¶ Amicitur. uestitur. cooperitur. Inq; caput crescit. Illi in caput crescere dicūtur: quorum caput q̄ reliqua membra grandius efficitur. Lōgosq; reflectitur ungues. Synegdoche poetica. Si enim esset soluta oratio longi ungues reflectunt: diceremus. hoc est. reflexi & adūci fiunt. Fœda. Turpis aspectu. Ignauus bubo. uilis ac imbellis. Bubo autē nomen est fictīcium a uoce auis ipsius ductum. Hic tamē indicio. Fabulam fabulæ: ut solet: elegāter annectit poeta. Nam sirenes tres fuisse dicuntur Acheloi fluuii & calliopes musæ filiæ ac ꝓserpinæ comites fidissimæ. quam quidem cum & ipsæ per totum orbem terrarum quæsissent: nec usq; in terris eam reperirent: deos rogarunt: ut alatæ efficerentur: quo commodius etiam in aquis proserpinam inquirere possent. Quare ita in aues fuere conuersæ: ut facies tamen uirginea uoxq; humana illis remaneret. Hæ in freto siculo habitantes tam suauiter canebant: ut nautas illac transeuntes aut ad se pellicerent. aut sopitos spoliarent atq; submergerent. Quare Vlysses illac transiturus admonitus a cyrce & sociorum aures cera opturauit & ad triremis malum alligari iussit. Illæ uero indignatæ se in mare præcipitarunt. Eaq; autē prima Parthenope. altera Leucosia. tertia Ligia fuit appellata. Acheloides. Acheloi filiæ. Achelous uero Calidoniæ fluuius est Oceani: ut in theogonia scribit Hesiodus: & tethyos filius. Hic pro Deianira cum Hercule acriter pugnans tandem fuit superatus. Achelous quidem: ut refert Macrobius apud priscos aqua dicebatur. unde Vergilius libro georgicorum primo Poculaq; inuentis acheloia miscuit uuis. An quia cum legeret. An particula est interrogatiua: qua eleganter utīmur in soluendis quæstionibus: pro qua imperiti aut cōiunctionem reponunt. Alaq; remis. alaq; remigio & agitatione. Faciles. benignos: utpote qui uobis ea quæ optabatis: concesserūt.

At medius fratrisq; sui. Iupiter inquit medius inter plutonem fratrem & cererem sororem: ne eorum alteri displiceret: ex æquo annum diuisit ut sex quidem menses proserpina cum matre totidemq; cum marito foret. Ex æquo diuidit. ī duas equales partes distribuit. Duoq; regnoq;. & inferi & superi. Quādiu enim est cum matre ꝓserpina apud superos. q̄diu cum plutone apud inferos regnare dicitur. Vertitur. Conuertīt ac mutatur. Facies. figura. Læta deæ frons est. Et cereris & proserpinæ lætam esse frontem accipere possumus. Ambæ nanq; e mœstis ac tristibus lætæ atq; hylares sunt effectæ. De proserpina tamen præcipue esse intelligendum quæ subiicitur: similitudo aperte ostendit. Victis e nubibus. ex dissolutis nebulis atq; depulsis. Tunc enim nubes a sole uinci dicuntur: cum resoluuntur atque expelluntur. Exigit. exposcit. Cōcinne autem ingreditur poeta ad exponendam metamorphosin Arethusæ nymphæ in eiusdem nominis fontem. Arethusa nanque ut ipsa cereri filiæ recuperatione lætæ rogatu narrat: nympha fuit græca Dianæ comes: quæ æstu defatigata depositis uestibus nuda in Alpheum fluuiorum limpidissimum cum descendisset. for-

Ascalaphus uidit: quē quondā dicitur Orphne
Inter auernales haud ignotissima nymphas
Ex acheronte suo furuis peperisse sub antris.
Vidit & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina herebi: testemq; prophanum
Fecit auē: sparsūq; caput phlegethōtide lympha
In rostrum & plumas & grandia lumina uertit.
Ille sibi ablatus fuluis amicitur in alis
Inque caput crescit: longosq; reflectitur ungues:
Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas.
Fœdaq; fit uolucris uenturi nuntia luctus
Iguauus bubo dirum mortalibus omen.
Hic tamen indicio pœnam linguaq; uideri
Commeruisse potest. uobis acheloides unde
Pluma pedesq; auium: cum uirginis ora geratis?
An quia cum legeret flores proserpina uernos:
In comitū numero mixtæ sirenes eratis?
Quam postq̄ toto frustra quæsistis in orbe:
Protinus ut uestrā sentirent æquora curam
Posse sup fluctus alaq; insistere remis
Optastis: facilesq; deos habuistis: & artus
Vidistis uestros subitis flauescere pennis.
Ne tamen ille canor mulcēdas natus ad aures:
Tantaque dos oris linguæ deperderet usum:
Virginei uultus & uox humana remansit.
At medius fratrisque sui mœstæque sororis
Iupiter ex æquo uoluentem diuidit annum.
Nunc dea regnorum numen cōmune duorum
Cum matre est totidē: totidem cū cōiuge mēses.
Vertitur extemplo facies & mentis & oris.
Nā mō quæ poterat diti quoque mœsta uideri
Læta deæ frons est. ut sol qui tectus aquosis
Nubibus ante fuit: uictis e nubibus exit.
Exigit alma ceres nata secura recepta.

te in Alphei fluminis ipſius dei amorem inci
dit.Cum igitur Alpheus nudã eam perſeque
retur iãq; aſſecuturus foret: Dianã ipſa roga
uit ut ſibi opem ferret.Diana uero eam curſu
laſſam ita nube texit:ut Alpheus quidẽ ea po
tiri non potuerit.Sed cum eam ob nimiũ ſu
dorem in aquam eſſe conuerſam animaduer
tiſſet.& ipſe humana depoſita figura eã uſq;
in ortygiam inſulam Siciliæ adiacentem per
ſubterraneas cauernas eſt perſecutus. Secu
ra.ſine cura ac ſollicitudine. Sacer fons.Oẽs
ſontes nymphis ſacri eſſe dicuntur. Flumi
nis elei.Periphraſis ẽ Alphei. In Achaide.In
Achaia. Legit.pertranſiuit. Saltus.ſyluas
in quibus feræ ſaliunt. Poſuit caſſes.teren
dit retia:per quæ ſignificat ſe uenatricẽ fuiſſe.

Iuuabat.delectabat. Quaq; aliæ gaudere
ſolẽt.Pulchritudinis iquit qua aliæ nymphæ
ſolẽt gaudere me pudebat:alicuiq; placere cri
mẽ ac flagitiũ eſſe putabam. Stymphalide
ſylua.Stymphalus urbs ẽ Archadiæ & ſylua
& fõs.unde Stymphalius poſſeſſiuũ & ſtym
phalis deducuntur. Sine uortice.Sine aq̃;
uertigine,uortex dicitur aqua in ſe contorta.

Perſpicuas ad humum.Claras ac limpidas
uſq; ad harenã. Calculus.Lapillus. Popli
te deide tenus.hoc eſt.uſq; ad genu.Eſt enim
poples genu pars poſterior. Labens.natans.

Mille modis.Variis modis.Numerus.n.fi
nitus pro infinito ſæpenumero ponit. Ex
cuſſa.concuſſa.geſtum autem exprimit natã
tiũ:qui & concutere & iactare brachia ſolent.

Propiori margine.propinquiori ripa.Mar
go enim dicitur uniuſcuiuſq; rei extremitas.

Rauco ore.rauca uoce.q̃le murmur ſolet
eẽ fluẽtiũ aq̃;. Altera ueſtes.Cauſa eſt cur
ſine ueſtibus fugeret.In Altera nanq; ripa fue
rãt relictæ. Et qa nuda fui.Hoc laſciuius q̃
heroico carmini cõueniat dictũ eẽ uideꝰ. Pa
ratior.ad uim patiẽdã. Vt fugere accipitrẽ.
Solẽt ſubitelligaꝰ.Eſt.n.hypozeugma. Vſq;
ſub orchomenon.Varia enumerat loca:ad q̃
fugiẽs peruenit Arethuſa.Orchomenos aũt
urbs ẽ Boetiæ fõte muſis dicato nobiliſſima.

Siphidaq;.Siphæ nauale fuit theſpieoq;.un
de Siphæus & ſiphis deriuanꝰ. Cyllenen ãt
& Mænalon & erimãthon Archadiæ eẽ mõ
tes iã ſæpius diximus.Elim uero eiuſdẽ Arca
diæ urbẽ ab Eleo Tãtali filio appellatã. Sol
erat a tergo.Exponit Arhethuſa:quõ cogno
uerit ſibi Alpheũ ĩminere ac ꝓpinquũ eẽ.Sol
inqt poſt terga erat:eoq; ante me umbras ia
ciebat. Niſi ſi timor illa uidebat.Niſi forte
inqt ꝑterrita mihi eã umbrã uidere uidebar.
Notãdũ aũt ſi cõiũctionẽ ĩterdũ cũ niſi elegã
ter copulari:q̃is ſenſui neceſſaria nõ uideaꝰ.

Videbat uidere faciebat.Timore nãq; oculi
ſæpenumero ꝺcipiunꝰ. Ingẽs anhelitus.ma
xius ſpũs. Feſſa labore fugæ.Defatigata inqt
fugiẽdi labore Dianã rogaui ut mihi opitula
reꝰ. Deꝑndimur. cõꝑhẽdimur. Deꝑhẽdi.n.

Quæ tibi cauſa fugæ? cur ſis arhetuſa ſacer fons?
Conticuere undæ:quarꝫ dea ſuſtulit alto
Fonte caput:uirideſq; manu ſiccata capillos
Fluminis alphei ueteres narrauit amores.
Pars ergo nympharꝫ:quæ ſunt in achaide:dixit
Vna fui:nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit.nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed q̃is formæ nunq̃ mihi fama petita eſt.
Quãuis fortis eram:formoſæ nomen habebam:
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat.
Quaq; aliæ gaudere ſolent:ego ruſtica dote
Corporis erubui:crimenq; placere putaui.
Laſſa reuertebar.memini.ſtymphalide ſilua.
Aeſtus erat:magnuſq; labor geminauerat æſtum.
Inuenio ſine uortice aquas.ſine murmure euntes
Perſpicuas ad humum:per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat.quas tu uix ire putares.
Cana ſalicta dabant nutritaq; populus unda
Sponte ſua natas ripis decliuibus umbras.
Acceſſi: primũq; pedis ueſtigia tinxi.
Poplite deinde tenus.neq; eo cõtenta recingor:
Molliaq; impono ſalici uelamina curuæ.
Nudaq; mergor aquis:quas dum ferioq; trahoq;
Mille modis labens:excuſſaq; brachia iacto:
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur.
Territaq; inſiſto propioris margine fontis:
Quo properas arhetuſa? ſuis alpheus ab undis
Quo properas? iterũ rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram fugio ſine ueſtibus.altera ueſtes
Ripa meas habuit.tanto magis inſtat:& ardet.
Et quia nuda fui:ſum uiſa paratior illi.
Sic ego currebam.ſic me ferus ille premebat:
Vt fugere accipitrẽ penna trepidante colũbæ:
Vt ſolet accipiter trepidas urgere columbas.
Vſq; ſub Orchomenon Siphidaq; Cyllenenq;
Mænalioſq; ſinus:gelidũq; erimanthon:& elim
Currere ſuſtinui.nec me uelocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego uiribus impar
Non poteram.longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos & opertos arbore montes
Saxa quoq; & rupes & qua uia nulla cucurri.
Sol erat a tergo uidi præcedere longam
Ante pedes umbram:niſi ſi timor illa uidebat.
Sed certe ſonituq; pedum terrebar:& ingens
Crinales uittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ fer opem.deprendimur.inquam

Armigeræ diana tuæ:cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus:ĩcluſaq; tæla pharetra.
Mota dea eſt:ſparſiſq; ferens e nubibus unam
Me ſuper iniecit.luſtrat caligine tectam
Amnis:& ignarus circum caua nubila quærit.
Biſq; locum:quo me dea texerat:inſcius ambit:
Et bis io arethuſa.io arethuſa uocauit.
Quid mihi tũc animi miſeræ fuit? an ne qđ agnæ
Si qua lupos audit circũ ſtabula alta frementes?
Aut lepori? qui uepre latens hoſtilia cernit
Ora canum? nullos audet dare corpore motus?
Non tamen abſcedit:neq; enĩ ueſtigia cernit
Longius ulla pedũ:ſeruat nubemq; locũque.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus:
Cæruleæq; cadũt toto de corpore guttæ.
Quaq; pedẽ moui:manat locus:eq; capillis
Ros cadit:& citius q̃ nunc tibi fata renarro:
In latices mutor:ſed enĩ cognoſcit amatas
Amnis aquas:poſitoq; uiri quod ſũpſerat ore
Vertit in proprias ut ſe mihi miſceat undas.
Delia rupit humũ:cæciſq; ego merſa cauernis
Aduehor Ortygiam:quæ me cognomine diuæ
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras.
Hac arethuſa tenus.geminos dea fertilis angues
Curribus admouit:freniſq; coercuit ora.
Et mediũ cæli terræq; per aera uecta eſt.
Atq; leuẽ curꝝ Tritonida miſit in urbem
Triptolemo:partimq; rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo.partim poſt tẽpora lõga reculturæ.
Iam ſuper europen ſublimis & aſida terrã
Vectus erat iuuenis: ſcythicaſq; aduertit oras.
Rex ibi lyncus erat.regis ſubit ille penates.
Qua ueniat.cauſamq; uiæ:nomẽq; rogatus:
Et patriam.patria eſt claræ mihi dixit athenæ.
Triptolemus nomẽ.ueni nec puppe per undas:
Nec pede p terras.patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris:latos quæ ſparſa per agros
Frugiferas meſſes:alimentaq; mitia reddant.
Barbarus inuidit:tantiq; ut muneris auctor
Ipſe ſit:hoſpitio recipit: ſõnoq; grauatum
Aggredit ferro.conantẽ figere pectus
Lynca ceres fecit:rurſuſq; per aera iuſſit
Mopſopium iuuenẽ ſacros agitare iugales:
Finierat doctos e nobis maxima cantus.

proprie dicuntur qui mãli aliquid cõmittũt.

Armigeræ tuæ.Proprie dixit.Nam armigeri non omnes mĩlites dicuntur:ut uulgus putat:ſed qui principibus arma gerunt in pugnaq; ſubminiſtrant. Ferre.ferendos.Verbum enim pro participio poſitũ eſt.Sic Vergilius.Magnum dat ferre talentum. Me ſuper iniecit.αναστροφη. Præpoſitio enim quæ præponi debet poſtpoſita ẽ. Luſtrat.circũit Me inquit nube coopertam Alpheus querẽs circũit. Ignarus.ubi eſſem. An ne quod agnæ. An & ne interdum quidem a poetis copulantur:ſed frequentius ſeparatim ponunt.

Qui uepre latẽs.occultus in ſpinis.uepres nanq; ſpinæ dicuntur. Non tamen abſcedit. Alpheus. Occupat obſeſſos.pulchra phantaſia fingit poeta Arethuſam in aquam fuiſſe conuerſam.Qui enim plus equo ſudat: facile in aquam uidetur reſolui. In latices. ĩ aquas. Poſito ore. Depoſita figura ac forma uirili. Delia.Diana una cum Apolline in inſula Delo nata. Cæcis cauernis.occultis terræ foraminibus.Hoc autem idcirco fingitur:quia Alpheum per ſubterraneas uias:ut diximus:ad ortygiam uſq; inſulam:ubi Arethuſa uocatur:peruenire fuit obſeruatum.

Aduehor ortygiam.Ortygia & delos dicit quod in ea primum ortyges fuerint uiſæ & inſula Siciliæ adiacens. Cognomine diuæ. Dianæ.Nam & delia & ortygia ab eadem inſula Diana cognominatur. Hac Arethuſa tenus.Hactenus inquit Arethuſa fuit locuta. Lynci autem Scythiæ regis metamorphoſin in lynca feram eleganter cum ſuperiore fabula connectit.Ceres enim recepta filia Arethuſaq; audita Athenas aduolauit:currumq; a draconibus alatis uectum Triptolemo donauit:quo frumenti uſum & agriculturam mortales doceret.Is igitur cum ad ſcythiam uſq; peruenĩſſet:a Lynco ſcytharum rege hoſpitio ſuſceptus paulum abſuit quin interficeretur.Nam Lyncus cum aduentus cauſam percepiſſet:Triptolemi gloriæ inuidens eum ſomno oppreſſum aggreſſus eſt.Qua re Ceres indignata lyncum in lyncem feram commutauit. Dea fertilis.Ceres dea fertilitatis

In urbẽ tritonida.periphraſis eſt athenaꝝ. quæ ab Athena hoc eſt pallade quæ & Tritonia & Tritonis dicitur:fuit cognominata.

Rudi humo.incultæ terræ Scythicas oras. Ad ſeptentrionem. Scythæ nãq; populi ſunt ad ſeptentrionem:quos uulgus Tartaros uocat. Peruius æther.penetrabilis aer.

Ferro.enſe.per metonymian.Ferrum enim ex quo conficitur enſis pro ipſo ponitur ẽſe.

Figere.trãſſigere. Lynca.accuſatiuus eſt græcus.Lynx autẽ fera eſt maculoſa Baccho dicata. Mopſopium iuuenem. Athenienſem.Attica enim mopſopia a Mopſope rege fuit appellata. Sacros iugales.Dracones eidẽ iugo ſubiectos. Finierat doctos.pieri filiæ nymphaꝝ ſnia a Calliope muſaꝝ præſtãtiſſima ſupatæ cœperũt

& nymphas & muſas ipſas conuiciis inſectari: quam rem quidem ægre ferentes muſæ eas in picas conuerterunt quæ ingenitam retinuiſſe uidẽtur loquacitatem Deas helicona colẽtes. Muſas. Concordi ſono. una oium ſentẽtia. Maledicta. conuitia. contumelias. Et non eſt patientia libera nobis. hoc eſt. Quoniam has contumelias pati non poſſumus. Ibimus in pœnas. Vos pœnis ac ſuppliciis afficiemus. Ridẽt Anipides. Anipes filiæ. Patronymica nãq; eſt forma: eoq; penultima i uocalẽ expoſcit nõ. e. ut fere in exẽplaribus ẽ deprauatũ. Intẽtare. In nos frequẽter itẽdere: quod minãtes facere ſolẽt. Concreſcere. Coaleſcere. Accedere adiici. adiũgi Plãgere dũq; uolunt. Dum inquit pectora ſua manibus plangere uellent: in aera leuatæ pendere cœperũt. Facũdia priſca. loq̃citas priſtina. Studiũq; imane. Maxima cupiditas.

Raphaelis Regii in ſextum metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

RÆbuerat dictis. Certamina muſarum cum pieri filiabus cũ Pallas audiſſet: forte ei in mẽtem uenit: qua pœna & ipa Aragnen Lydiã puellã affeciſſet. Sicãt & librũ libro & fabulã fabulæ elegãter cõnectit. Tũ ſecũ. dixit aut locuta eſt. ſubaudiat.

Laudare pagz eſt. Nõ ſatis eſt inqt alios laudare: niſi & nos laudemur. Mæoniæ. Lydiæ a Mæone rege. Aragnes. Aragne lydia fuit puella lanificii peritiſſima: quæ cum ſe Palladi anteferret. eãque in certamẽ prouocare auſa eſſet: ab ipſa qũidem in uetulã conuerſa admonetur ut ab incœpto deſiſtat: ac temeritatis ſuæ ueniam a dea ſuppliciter petat. Cæterum Aragne ea admonitione inſolẽtior facta nullo pacto Mineruæ cedere animum induxit. Quare dea indignata depoſita uetulæ forma & in certamen deſcẽdit & Aragnen ſuperatam in Araneam commutauit: quæ priſtinæ artis non imemor tenuiſſimas telas nunq̃ cõtexere deſiſtit. Hoc uero in deſcribendo certamine poeta multas exponit tranſformationes. Nã utraq; telam: quam conficit: uariis imaginibus diſtiguit: quas aperte poeta deſcribit. Lanificæ artis. lanificii. Colophonius idmõ. Colophon Lydiæ urbs eſt apollinis oraculo clara. Phocaico murice. Phocaica purpura. Eſt enĩ murex piſcis ex cuius ſanguine purpureus conficitur color. Phocæa autẽ & Ioniæ & cariæ urbs eſt a Phocis: quæ ionicæ conditores ſecutæ dicuntur: appellata. Vnde ſoluta diphthongo Phocaicus deriuatur. Aequa. Par & æqualis. Paruis. hypæpis. Hypæpa lydiæ urbs eſt monti adiacens. unde etiam nomen fuit inditum quaſi ὑπο ὄιπος hoc eſt. ſub cacumine & uertice. Ea dono ueneris pulcherrimas mulieres dicitur ferre. Timoli. Timolus q & Tmolus dr: mons ẽ Lydiæ uitibus cõſitus. Pactolides. Pactoli lydiæ fluuii harenis aureis clariſſimi. Tãtus decor. Acclamatio eſt admirationẽ artis ſignificãs. Subigebat domabat. Longo tractu. longa productione.

At nymphæ uiciſſe deas helicona colentes
Concordi dixere ſono. cõuitia uictæ
Cum facerent: quoniam dixi certamine uobis
Suppliciũ meruiſſe parũ eſt: maledictaq; culpæ
Additis: & non eſt patientia libera nobis:
Ibimus in pœnas: & qua uocat ira ſequemur.
Rident enipedes: ſpernũt que minãtia uerba:
Conatæq; loqui magno clamore ꝑteruas
Intentare manus: pennas exire per ungues
Aſpexere ſuos: operiri & brachia plumis.
Alteraq; alterius rigido cõcreſcere roſtro
Ora uidet: uolucreſq; nouas accedere ſiluis.
Plangere dumq; uolunt per brachia mota leuatæ
Aere pendebant nemorum conuitia picæ.
Nunc quoq; in alitibus facũdia priſca remanſit:
Raucaq; garrulitas ſtudiumq; immane loquẽdi.

Pu. Ouidii naſonis metamorphoſeos Liber Sextus.

RÆbuerat dictis Tritonia talibus aures:
Carminaq; aonidũ iuſtamq; ꝑbauerat iram.
Tum ſecũ: laudare parũ ẽ: laudemur & ipſæ.
Numina ne cſpni ſine pena noſtra ſinamus
Meoniæq; animum fatis intendit aragnes:
Quã ſibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat. nõ illa loco nec origine gentis
Clara: ſed arte fuit. pater huic colophonius idmõ
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater: ſed & hæc de plebe: ſuoq;
Aequa uiro fuerat. lydias tamen illa per urbes
Quæſierat ſtudio nomẽ memorabile: q̃uis
Orta domo parua puis habitabat hypæpis.
Huius ut aſpicerent opus admirabile ſæpe
Deſeruere ſui nymphæ uineta timoli.
Deſeruere ſuas nymphæ pactolides undas.
Nec factas ſolum ueſtes ſpectare iuuabat:
Tunc quoq; cũ fierent. tantus decor affuit arti.
Siue rudem primos lanam glomerabat ĩ orbes:
Seu digitis ſubigebat opus: repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu.
Siue leui teretem uerſabat pollice fuſum.

Seu pingebat acu, scires a pallade doctam.
Quod tamẽ ipsa negat: tantaq; offẽsa magistra
Certet ait mecum: nihil est quod uicta recusem.
Pallas anum simulat falsosq; in tempora canos
Addit: & infirmos baculo quoq; sustinet artus.
Tunc sic orsa loqui. non oĩa grandior ætas
Quæ fugiamus habet, seris uenit usus ab annis.
Consilium ne sperne meum, tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.
Cede deæ, ueniamq; tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga. ueniam dabit illa roganti.
Aspicit hanc toruis: inceptaq; fila reliquit:
Vixq; manus retinens confessam uultibus iram
Talibus obscuram resecuta est pallada dictis.
Mentis inops longaq; uenis confecta senecta
Et nimium uixisse diu nocet. audiat istas:
Si qua tibi nurus est: si qua est tibi filia uoces.
Consilii satis est in me mihi: ne ue monendo
Profecisse putes: eadem est sententia nobis.
Cur non ipsa uenit? cur hæc certamina uitat?
Tunc dea uenit ait: formamq; remouit anilem.
Palladaq; exhibuit. uenerant numina nymphæ
Mygdonidesq; nurus. sola est interrita uirgo.
Sed tamen erubuit: subituscq; inuita notauit
Ora rubor: rursusq; euanuit: ut solet aer
Purpureus fieri: cum primum aurora mouetur
Et breue post tempus candescere solis ab ortu.
Perstat in incepto: stolidæq; cupidine palmæ
In sua fata ruit. neq; enim ioue nata recusat:
Nec monet ulterius: nec iam certamina differt.
Haud mora. consistunt diuersis partibus ambæ:
Et gracili geminas intendunt stamine telas.
Tela iugo iuncta est. stamen secernit harundo.
Inseritur medium radiis subtegmen acutis:
Quod digiti expediũt. atq; inter stamina ductũ
Percusso feriunt insecti pectine dentes.
Vtraq; festinat. cinctæq; ad pectora uestes:
Brachia docta mouent studio fallente laborem.
Illic & tyrium quæ purpura sensit ahenum
Texitur: & tenues parui discriminis umbræ:
Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum:
In quo diuersi niteant cum mille colores:
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.
Vsqadeo quod tangit idem est. tamen ultima distant
Illic & lentum filis immittitur aurum.

Lanæ enim illæ sic protrahebãtur ut nebulæ uideri possent. Scires. Scire posses. Offensa. indignata.

Tanta magistra. quanta est pallas. Falsos. simulatos. Infirmos artus. membra: quæ infirma esse fingebat. Vsus. peritia rerum. Recte autem senilem commendat ætatẽ: ut maior sibi fides adhibeatur. Cede deæ. Ne contendas cũ dea. Vixque manus retinens. a uerberanda dea subintelligatur.

Vultibus. Vultus mutatiõibus.

Obscuram pallada. Sub figura anus latentem. Resecuta est. prosecuta est. ac respondit. Mentis inops. Stolida ac demens. Confecta. exhausta. euacuata omnibus & animi & corporis uiribus. Et nimium uixisse diu nocet. Eam significat delirare. Palladaque exibuit. Præ se tulit ac ostendit se pallade esse. Mygdonidesque nurus. Mygdonia Macedoniæ pars est. & phrygiæ a Mygdone cognominata. e phrygia uero multæ conuenerãt mulieres. ut Aragnes opera spectarent. Inuita ora. Nolebat enim Aragne pudens uideri.

Euanuit. abiit. Stolidæ palmæ ipsa stolida Est enim hypallage.

In sua fata. In finem sibi fatorum lege statutum. Subtegmen. id est quod stamini iseritur: quod etiam trama uocat. Radiis acutis. Radius instrumentum est: quo texto res subtegmen iserunt stamini. Elegãter autem omnia describit poeta quæcunque in conficienda tela fieri solent. Cinctæque ad pectora uestes. morem textricum exprimit. Ad pectus enim usque uestes subducunt. Illic & tyrium. purpura inquit tyria nobilissima intexitur. Nam tyrus phœniciæ insula est a tyro phœnicis filio appellata: ubi olim pretiosissima purpura fiebãt. Et tenues umbræ. Ex uariis coloribus umbræ conficiunt: quo imagines extare uideantur: quod in pingendo difficillimum esse putatur. Ab imbre. post pluuiam. Hac autem similitudine ostenditur q̃ uariis telæ illæ coloribus distinctæ forent. Transitus. Vnius inquit coloris ad alium transitus oculos decipit: quia cum sint diuersi: iidẽ tamen esse uidentur. Lentum aurum. flexibile.

Vetus argumentum. Antiqua fabula. Deducitur. effingitur. proprie autem deduci & fila & carmina dicuntur & quicquid in longum protrahitur. ¶ Cecropia pallas. Athenienſis. a Cecrope Athenarum rege. Scopulum mauortis. Ariopagum dicit: qui Martis uilla interpretatur. ἄρειος nanq; martius. πάγος uilla dicitur. Eſt autem Athenis promontorium idcirco a Marte cognominatum: quod Halirrhothium Neptuni filium eo ī loco interfecit propter Alcippen eius filiam: ut Philocorus ſcribit in ſecundo de Attica libro. Telā autem palladis primum deſcribit poeta: In cuius initio & Ariopagus erat depictus & dii iudices erant effecti: qui ſententiis ſuis deciderent: Vtrū pallas an Neptunus urbi illic conditæ nomē imponere debe/ret. De hoc. n. contēdebatur. Dii autem ſic ſtatuerunt ut qui rem humano generi commodiorem īueniſſet: is urbi nomē imponeret. Cū igitur Neptunus tridēte percuſſiſſet terrā: equus exiliuit. Pallas uero haſtæ cuſpide terra percuſſa oliuam ī lucem eduxit que mortalibus commodior iudicata palladem uictricē effecit. Auguſta grauitate. Sacra maieſtate. Auguſtum enim dicitur augurio conſecratum. Sua quēq; deorum inſcribit facies. hoc eſt. unuſquiſq; propria effingitur figura. Stare deum pelagi. Neptunū inquit ſtantem pingit. ¶ Ferum. equū. Vendicet. ſuā ac propriam eſſe affirmet. Aegide. Aegis munimētum eſt pectoris mineruæ cū capite meduſæ quo in bello potiſſimum utit. Edere. emittere. Cum baccis: Baccæ fructus proprie dicunt oliuæ & ſimilium arborum: qui & exigui ſunt & rari ac a ſe inuicem ſeparati naſcūtur. Canētis: que cana ac ſubalba uidetur. Vt tamē exemplis Quamuis inquit uictoria palladis operi finem impoſuerit: adiecit tamen in quatuor telæ angulis exempla quorundam in deos impiorū: ex quibus facile cognoſcere poſſet Aragne: quam pœnā & ipſa expectare deberet. Breuibus ſigillis. paruis ſignis. ¶ Threiciam Rhodopen. Hemus ut hīc colligere poſſumus rex fuit Thraciæ potētiſſimus: qui Rhodopen duxit uxorem. qui in tantam arrogantiam elati ſunt: ut Hemus ſe eſſe loquē. Rhodope uero iunonē prædicarēt ac ut deos adorari iuberēt: Qua inſolentia iupiter indignatus in montes eos commutauit. Sūmorū deorum. Iouis & iunonis. ¶ Altera pygmææ. In ſecūdo inquit telæ angulo depicta erat mutatio pygmææ mulieris ī gruem: quod ſe ut pulchriorem iunoni anteferre auſa foret. Fatum miſerabile. ſortem miſerabilē. Pygmææ matris. Pygmææ mulieris. Pygmæi nanq; ſunt: ut ſcribit Plynius montana indiæ incolentes: quorum longiſſimi pedes duos non excedūt. Hi aſſiduum cum gruibus bellum gerere dicūtur. Suis pygmæis. a quibus ipſa originem ducebat. Pinxit & antigonē ¶ Antigone Laomedontis filia fuit formoſiſſima: quæ cum ſe Iunone pulchriorem eſſe iactaret: ab ea in ciconiā fuit conuerſa. ad quod alludere uidetur Vergilius in primo æneidos cū īquit. ¶ ſpretæq; iniuria formæ. Qui ſupereſt ſolus cynarā. Cynara aſyrioꝝ rex filias habuit pulcherrimas: quæ ſe Iunoni præferre auſæ fuerūt. Quare ſdignata Iuno eas in gradus templi ſui cōmutauit ac patrem gradus ipſos pro filiarū corporibus amplectentē itidem in ſaxum commutauit. Orbum. liberis priuatum. Iacens. adhærens. Pacalibus. paciferis. ac pacem ſignificātibus. Modus. finis. Sua arbore. Oliua. ¶ Mæonis eluſam. Fabulas in Aragnes tela depictas exequit poeta celebres quidē ac nondū expoſitas copioſius. ignobiles uero ac minus celebratas paucis attingens. Mæonis. Aragne Mæonia ſiue Lydia. Europæ uero raptus iam fuit a poeta pleniſſime expoſitus.

Et uetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia pallas ſcopulum mauortis in arce
Pingit: & antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cæleſtes medio ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent. ſua quenq; deorum
Inſcribit facies. iouis eſt regalis imago.
¶ Stare deum pelagi: longoq; ferire tridente
Aſpera ſaxa facit: medioq; e uulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum: quo pignore uendicet urbem.
At ſibi dat clypeum. dat acutæ cuſpidis haſtam.
Dat galeam capiti. defenditur ægide pectus.
Percuſſamq; ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ.
Mirariq; deos. operis uictoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis
Quod precium ſperet pro tam furialibus auſis:
Quattuor in partes certamina quattuor addit.
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.
¶ Threiciā rhodopē habet āgulus unus: & hemū:
Nūc gelidos mōtes: mortalia corpora quōdam:
Numina ſummorum ſibi qui tribuere deorum.
¶ Altera pygmææ fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc iuno iuſſit certamine uictam
Eſſe gruem: populiſque ſuis indicere bellum:
¶ Pinxit & antigonem auſā contendere quondam
Cum magni conſorte iouis. quam regia iuno
In uolucrem uertit. nec profuit illion illi
Laomedon ue pater: ſūptis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
¶ Qui ſupeſt ſolus Cynarā habet angulus orbū.
Iſque gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens ſaxoque iacēs lachrymare uidetur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus eſt: operiſque ſua facit arbore finem.
¶ Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam. uerum taurum. freta uera putares.

Timidas recondere plãtas. Hypallage poetæ familiaris. Europa enim timida uidebatur retrahere pedes ab aquæ tactu. ¶ Fecit & asterien. Asterie fuit cei titanis filia ac latonæ soror: quam Iupiter tam ardenter amauit: ut eam in coturnicem uersam per aquilam rapuisse dicatur. ¶ Fecit olorinis. Iupiter Ledæ amore captus in cygnum mutatus ea potitus est. quæ ouum dicitur peperisse ex quo Castor Pollux & Helena orti esse fingun tur. ¶ Olorinis. cygneis. Nam olor est: quẽ græci ac iã latini quoq; cygnum appellant. ¶ Addidit ut satyri cæ latus imagine pulchra. Iupiter in satyrum conuersus Antiopam Nyctei regis filiam compressit quæ geminos Amphionẽ & Zethum fingitur peperisse. ¶ Am phitrion fuerit. Iupiter Alcmenæ amore captus in Amphitryonem illius maritum conuersus cũ ea concubuit: Herculemque ex eo concubitu su scepit. Amphitryon autem Alcæi Thebani filius fuit qui alcmenam Electrionis filiam uxorẽ du xit. Tirynthia. Alcmena a Tirynthe urbe dicta. Nam tiryns urbs est Peloponesia Tirynthe Halo filia quæ Amphitryonis fuit soror. unde etiam Hercules Tirynthius appellat. ¶ Aureus ut Da naen. Danae Acrisii argiuorum regis filia a Ioue in aureas guttas mutato compressa Perseum ge nuisse in quarto narrat. ¶ Asopida luserit ignis. Aeginam Asopi filiam. Nam Iupiter in ignem conuersus æginam Asopi fluuii filiam compres sit. ex eaq; Aeacum suscepit. ¶ Mnemosynen pa stor. Iupiter in pastorem conuersus Mnemosy nen nympham rapuit: ex qua nouem musæ na tæ fuisse dicuntur. Interpretatur autem Mnemo syne memoria. unde & sapientiæ mater esse mõ stratur. ¶ Varius Deolida serpens. Deolis nym pha a Ioue in serpentem conuerso fuit uitiata.

¶ Te quoq; mutatum. Neptuni uarias describit transfigurationes. Nam modo in iuuencum. mo do in enipeum fluuium. modo in arietem. modo in equum. modo in delphinem. ¶ Aeolia. Aeoli filia. ¶ Enipeus. Fluuius est thessaliæ Enipeus: in quem mutatus Neptunus Tyro Salmonei filiã circa fluuium spaciantem rapuit: ex eaq; suscepit Peliam & Neleum. ¶ Gignis & Aloidas. Neptu nus in eundem fluuium cõuersus: Iphimediam Aloei uxorẽ compressit. ex qua nati sunt Othus & ephialtes: qui Aloidæ a poetis uocantur. Vergi lius in sexto. Hic & aloidas geminos immania uidi Corpora: qui manibus magnum rescindere cæ lum Aggressi: superisq; Iouem detrudere regnis. ¶ Aries bisalpida fallis. Neptunus in arietẽ trans figuratus Bisalpidẽ uiciauit. ¶ Et te flaua comas. Neptunus in equum mutatus cum cerere & me dusa concubuit. Frugum mitissima mater. Pe riphrasis est cereris. ¶ Crinita colubris. Pro crini bus colubres ac serpentes habẽs. Mater equi uo

Ipsa uidebatur terras spectare relictas:
Et comites clamare suas: tactumque uereri
Assilientis aquæ: timidasque recondere plantas.
¶ Fecit & asterien aquila luctante teneri.
¶ Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.
¶ Addidit ut satyri celatus imagine pulchra
Iupiter implerit gemino Nycteida fœtu.
¶ Amphitryon fuerit cum te thyrintia cœpit.
¶ Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis.
¶ Mnemosynẽ pastor, uariusque deolida serpens.
¶ Te quoque mutatum toruo neptune iuuenco
Virgine in æolia posuit, tu uisus enipeus
Gignis & Aloidas, aries Bisalpida fallis.
¶ Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equum. te sensit equum crinita colubris
Mater equi uolucris, sensit delphina Melantho.
Omnibus his faciemque suam faciẽque locoq;
¶ Reddidit. est illic agrestis imagine phœbus.
Vtque modo accipitris pennas. mõ terga leonis
Gesserit. ut pastor macareida lusserit issen.
¶ Liber ut Erigonen falsa deceperit uua.
¶ Vt saturnus equo geminum chirona crearit.
Vltima pars telæ tenui circũdata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud pallas: non illud carpere liuor
Possit opus. doluit successu flaua uirago.
Et rupit pictas cælestia crimina uestes.
Vtque cytheriaco radium de monte tenebat:
Ter quater Idmoniæ frontem percussit aragnes.
Non tulit infœlix: laqueoque animosa ligauit

lucris. Medusa mater Pegasi equi alati. Sensit delphina melantho. Prothei uatis filia fuit melantho: quã cũ in delphine equitantem uidisset Neptunus in delphinem mutatus in amorem suum pellexit. ¶ Est illic agre stis imagine phœbus. Apollo diuinitate priuatus propter interfectos cyclopas Admeti regis thessaliæ armen ta pauisse fingitur. Vtque modo accipitris pennas. Apollo interdum in accipitrem. interdum in leonem se commutasse: in aragnes tela uidebatur. ¶ Macareida. isen Macarei filiam quam Apollo in pastorali habitu ui tiauit. ¶ Liber ut erigonen. erigone Icarii filia a Baccho in uuam conuerso fuit compressa. Hæc ob pietatem: qua in patrem a rusticis interemptum usa est: in cælum translata uirginis signum constituit. ¶ Vt saturnus equo. Saturnus cũ phyllira oceani filia concũbens: ueritus ne opis uxoris aduentu deprehenderetur: in equũ se commutauit sicque centaurum genuit chironem. unde Vergilius libro georgicorum tertio Talas & ipse iu bam ceruice effudit equina Cõiugis aduentu pernix saturnus: & altum Pelion hinnitu fugiens impleuit acu to. Tenui limbo. Subtili fascia. Flaua uirago. Pallas. Cælestia crimina. Deoq; flagitia. Hoc aũt prætextu Pallas uestes illas merito dilacerasse uidet. De mõte cythoriacho. Cythorus mons Buxis abũdãs. q̃q̃ cythe riaco corrupte fere legat. Ter q̃ter. Sæpius. Idmoniæ. Idmonis filiæ. Possessiuũ. n. p patronymico ẽ positũ.

Lexque eadem pœnæ.Eadem inquit pœna etiàm posteri tui affi/ciantur. Dicta esto.sit statuta.

Hecateidos herbæ.Hecate & pserpina dicitur & luna & Diana. Quænam uero hecates sit herba: non memini me legisse.Cæterum ueneficiis apta esse uidetur. Tristi.noxio. Exiles.tenues.subtiles.

Lydia tota fremit.Hæc ideo a poeta inferuntur: ut commodius Niobes mutationem in saxum cũ superiore fabula coniungat.Niobe nanque Tantali filia cum ex Amphione marito septem filios ac totidem filias genuisset:se potius q̃ latonam uenerandam esse contendebat:prohibebatque nequis in suo regno Latonæ sacrificare auderet. Quare indignata Latona Apollinem ac Dianam rogauit:ne se tanta iniuria affici paterentur. Sumptis igit arcubus & sagittis ad unũ omnes primum Niobes filios interemerũt:quod quidem Amphion cum ferre non posset:se ipsum interfecit.Niobe uero morte filiorum indignata cum diis male dixisset & filias sagittis confectas uidit:& ipsa in saxum:quod etiamnũ lachrymare uidetur fuit commutata. Sipylumque colebat.Sipylus urbs est phrygiæ:unde originẽ Niobe traxit. Popularis.plebeiæ Minoribus.humanioribus.

Nec coniugis arces.Amphion maritus Niobes rex Thebarum fuit.

Mãto filia fuit Tyresiæ uatis paternæ artis peritissima:a qua Mantua urbs fuit appellata. Ismenides.Thebanæ mulieres ab Ismeno fluuio dictæ. Latonigenis duobus.Apollini & Dianæ. Ore meo latona iubet.ac si diceret.Ore meo Latona loquitur.hocq; uobis mandat. Alta.elata. Pleiadum soror est genitrix mea.Niobes mater Taygeta fuit una ex Pleiadibus Atlantis filiabus. Iupiter alter auus. Paternus.Nam Tantalus Iouis fuit filius. Socero illo.Ioue.Amphion enim Iouis fuit filius ex Antiopa. Fidibusque mei commissa mariti.Amphion tantum musica ualuisse narratur & cithara ut & arbores & saxa illũ sequerent:q̃ bus maxime thebas amplificauit.

Guttura.pendentem pallas miserata leuauit.
Atque ita.uiue quidem.pende tamen improba dixit:
Lexque eadem pœnæ:ne sis secura futuri:
Dicta tuo generi serisque nepotibus esto.
Postea discedens succis hecateidos hærbæ
Sparsit:& extemplo tristi medicamine tactæ
Defluxere comæ.cum quis & naris & aures.
Fitque caput minimum:totoq; est corpore parua.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent.
Cætera uenter habet:de quo tamen illa remittit
Stamen:& antiquas exercet aranea telas.
Lydia tota fremit.phrygiæq; per oppida facti
Rumor it & magnum sermonibus occupat orbem.
Ante suos niobe thalamos cognouerat illam:
Tunc cum mæoniam uirgo sipylumq; colebat.
Nec tamen admonita est pœna popularis aragnes
Cedere cælitibus uerbisque minoribus uti.
Multa dabant animos.sed enim nec coniugis arces
Nec genus amborum magniq; potentia regni
Sic placuere illi:q̃is ea cuncta placerent:
Vt sua progenies.& fœlicissima matrum
Dicta foret niobe:si non sibi uisa fuisset.
Nam sata Tiresia uenturi præscia mantho
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata uias.ismenides ite frequentes:
Et date latonæ latonigenisq; duobus
Cum prece thura pia:lauroq; innectite crinem:
Ore meo latona iubet.paretur.& omnes
Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant:
Thuraque dant sanctis & uerba precantia flammis.
Ecce uenit comitum niobe celeberrima turba
Vestibus intexto phrygiis spectabilis auro.
Et quantum ira sinit formosa:mouensq; decoro
Cum capite immissos humerum per utrunq; capillos:
Constitit:utq; oculos circuntulit alta superbos:
Q uis furor auditos inquit præponere uisis
Cælestes:aut cur colitur latona per aras:
Numen adhuc sine thure meum est.mihi Tantalus auctor:
Cui licuit soli superorum tangere mensas.
Pleiadum soror est genitrix mea.maximus atlas
Est auus:æthereum qui fert ceruicibus axem.
Iupiter alter auus:socero quoque glorior illo.
Me gentes metuunt phrygiæ.me regia Cadmi
Sub domina est:fidibusque mei commissa mariti
Mœnia cum populis a meq; uiroque reguntur.
In quãcunque domus aduerti lumina partem;

Immenſæ ſpectantur opes.accedit eodem
Digna dea facies.huc natas adiice ſeptem.
Et totidē iuuenes:& mox generoſque nuruſque.
Q uærite nunc habeat q̄ noſtra ſuperbia cauſā:
Q uoque modo audetis genitam titanida cæo
Latonam præferre mihi: cui maxima quondam
Exiguam ſedem parituræ terra negauit:
Nec cælo nec humo nec aquis dea uſa recepta ē.
Exul erat mundi:donec miſerata uagantem
Hoſpita tu terris erras:ego dixit in undis:
Inſtabilemque locum delos dedit. illa duorum
Facta parens.uteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.
Sum fœlix.q̄s.n.neget hoc: fœlixque manebo.
Hoc quoque quis dubitat: tutam me copia fecit.
Maior ſum q̄ cui poſſit fortuna nocere.
Multaque ut eripiat:multo mihi plura reliquet.
Exceſſere metum mea iam bona.fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum.
Non tamen ad numerū redigar ſpoliata duorū.
Ite ſacris propere ſacris:laurumque capillis
Ponite. deponūt:& ſacra infecta relinquunt:
Q uodq; licet:tacito uenerant murmure numē
Latonæ: turba quæ q̄ diſtabat ab orba
Indignata dea eſt:ſummoque in uertice cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta.
En ego ueſtra parens uobis animoſa creatis
Et niſi Iunoni nulli ceſſura dearum
An dea ſim dubitor: perque omnia ſæcula cultis
Arceor: o nati niſi uos ſuccurritis aris.
Nec dolor hic ſolus: diro conuitia facto
Tantalis adiecit:uoſq; eſt poſtponere natis
Auſa ſuis:& me quod in ipſam recidet orbam
Dixit:& exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Deiectura preces erat his latona relatis.
Deſine phœbus ait. pœnæ mora lōga querela ē.
Dixit idem phœbe:celeriq; per aera lapſu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat lateq; patens prope mœnia campus
Aſſiduis pulſatus equis:ubi turba rotarum
Duraq; mollierat ſubiectas ungula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis amphione fortes
Conſcendunt in equos:tyrioq; rubentia ſucco
Terga premūt: auro grauidis moderant hēnis.
E quibus Iſmenos:qui matri ſarcina quondam
Prima ſuæ fuerat:dum certum flectit in orbem
Q uadrupedi currus ſpumantiaq; ora coercet:

Accedit eodem. Ad idem adiungitur. Geni tā Titanida Latonam Cæo. Latona filia fuit cæi gigantis quæ a loue compreſſa Apollinem ſimul & dianam concepit.quod quidem adeo ægre tu liſſe Iuno dicitur:ut Pythonem īmiſerit ſerpen/tem qui eam per tōtum terrarum orbem infecta retur:nec uſq̄ parere permitteret.Fugiens igitur Iatona ab Aſterie ſorore quæ & ipſa a loue amata primum in ortyga hoc eſt in coturnicem:deinde in ſcopulum mobilem atque inſtabilem fuit con uerſa:ſuſcepta ſtatim Apollinem ſimul & Dianā peperit:qui & Pythonem ſerpentem ſagittis con fixerunt.& inſulam in qua nati erant: īmobilem reddiderunt: quæ quidem poſtea delos fuit ap/pellata:quod cum diu ſub aquis latuiſſet:tādem apparuiſſet ſeq; oſtendiſſet.Δηλοσ nanque ma/nifeſtus interpretatur. Titanida.neptem Tita/num:a quibus gigantes originem traxere. Ma xima quondam exiguam.Antitheton.hoc eſt cō trarium.Maxima enim exiguæ opponit.Ira au/tem Iunonis nuſq̄ in tota terra locum inuenit la/tona ubi parere poſſet. Exul erat mundi.A to/to exulabat mundo. Inſtabilemque locum de/los dedit.Delos:ut dixi:quæ & ortygia fuit appel lata:idcirco inſtabilis fuiſſe dicitur:quod crebro terremotibus quatere:donec oraculo admoni/ti illic cadauera deſierūt ſepelire. Ite ſacris.Diſce dite a ſacris execrandis.ut Vergilius.Auri ſacra fā mes. Infecta. non facta non finita. Quodq; licet.Quod poſſunt etiam Niobe prohibente.

Turba quæ q̄ diſtabat.ab orba.Latona inquit tam eſt idignata turba filiorum Niobes:q̄ ipſa ab orbitate aberat:per quod ſignificatur uehemen/ter indignatam fuiſſe. Cynthi.Cynthus mons eſt Deli.Vnde & Apollo cynthius & Diana cyn/thia uocantur. En ego ueſtra parens.Hac ora/tione latona Apollinem ſimul & Dianam incen/dit ad ulciſcendam iniuriam a Niobe acceptam.

Animoſa.magnanima ac ſuperba. An dea ſim dubitor.Licentia poetica dubitor in paſſiua & uoce & ſignificatione poeta finxit:cum dubito uerbum ſit abſolutum. Cultis aris:exornatis altaribus. Tantalis.Tantali filia ſecundū quo/rūdam opinionem. Linguam paternam.Lin/guam inquit Tantali patris præ ſe tulit:qui deo/rum arcana uulgauit. Deiectura preces. Cum hæc inquit latona retuliſſet:preces adiectura erat

Phœbe.Diana quæ eadem eſſe cum luna dici/tur. Cadmeida arcem.Thebas a Cadmo extru ctas. Planus erat.Topographia:hoc eſt loci de/ſcriptio:in quo Niobes filii & equos agitare & ſe conſueuerant exercere. Tyrio ſucco.purpura tyria.ſignificat autem ephippia purpurea fuiſſe.

Auro grauidis.grauibus auro & ornatis atq; auratis. E quibus Iſmenos. Maximus natorū Amphionis & Niobes Iſmenos fuit ab Iſmeno Boetiæ fluuio. Prima ſarcina.primum ueteri onus.Nam primo genitus erat.

Hei mihi conclamat:medioq; in pectore fixa
Tela gerit.freniſq; manu moriente remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit harmo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetræ
Fræna dabat Siphilus:ueluti cum præſcius imbres
Nube fugit uiſa:pendentiaq; undiq; rector
Carbaſa deducit: ne qua leuis effluat aura.
Fræna tamen dantem non euitabile telum
Conſequitur:ſummaq; tremens ceruice ſagitta
Hæſit:& extabat nudum de gutture ferrum.
Ille ut erat pronus per crura admiſſa iubaſq;
Voluitur:& calido tellurem ſanguine fœdat.
Phædimus infœlix:& auiti nominis hæres
Tantalus:ut ſolito finem impoſuere labori:
Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile paleſtræ.
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus:cum tento concita neruo:
Sicut erant iuncti traiecit utrunq; ſagitta.
Ingemuere ſimul.ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere.ſimul ſuprema iacentes
Lumina uerſarunt.animam ſimul exhalarunt.
Aſpicit alphenor:laniataq; pectora plangens
Euolat:ut gelidos complexibus alleuet artus:
Inq; pio cadit officio.nam delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Q uod ſimul eductum eſt:pars eſt pulmonis in hamis
Eruta:cunq; anima cruor eſt effuſus in auras.
At non intonſum ſimplex damaſitona uulnus
Afficit.ictus erat qua crus eſſe incipit:& qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiabile tælum:
Altera per iugulum pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis:ſeq; eiaculatus in altum
Emicat & longe terebrata proſilit aura.
Vltimus ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat.diiq; o communiter omnes
Dixerat:ignarus non omnes eſſe rogandos:
Parcite.motus erat: cum iam reuocabile tælum
Non fuit:arcitenens.minimo tamen occidit ille
Vulnere:non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali populiq; dolor lachrymæq; ſuorum
Tam ſubitæ matrem certam fecere ruinæ
Mirantem potuiſſe:iraſcentemque quod auſi
Hoc eſſent ſuperi.quod tantum iuris haberent.
Nam pater amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.

Sipylus a ſipylo urbe cognominatus: cum ſagittæ ſtridorem audiſſet: fugere cœpit.Cæterũ Apollinis ſagittam uitare non potuit. Frena dabat.Equum currere permittebat.

Fœdat. maculat. ĩficit.deturpat. Nitidæ paleſtræ ſplẽdidæ propter oleum: quo ſe luctaturi perungebant. Et iam contulerant.Iam inquit luctari cœperãt

Arcto nexu.ſtricto amplexu. Concita ſagitta.emiſſa.impulſa. Lumina uerſarunt.oculos uoluerunt ut ſolent morientes. Exhalarũt. expirauerunt. Fatifero. mortifero.

Cumque anima. Eorum uidetur hoc loco poeta ſequi opinionem:qui ſanguinem animæ ſedem eſſe aiunt. Intonſũ Damaſitona.Comatum. Afficit.cõficit.interficit. Internodia popples. Internodium ſpatium dicitur ĩter duos nodos ſitum.Poples autem poſterior genu pars eſt. Exitiabile peſtifeq; quod etiam exitiale dicitur. Pẽnis tenus.uſq; ad pẽnas. Terebrata aura.perforato aere.

Motus erat arcitenens. Apollo inquit precibus Ilionei ultimi Niobes filii motus eſt.uerum iam ſagittam miſerat irreuocabilem. Certâ fecere. Admonuere.

Cum luce.cũ uita.

Heu quantum hæc niobe niobe diſtabat ab illa:
Q uæ modo latois populum ſummouerat aris:
Et mediam tulerat greſſus reſupina per urbem
Inuidioſa ſuis.at nunc miſeranda uel hoſti
Corporibus gelidis incumbit:& ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cælum liuentia brachia tollens
Paſcere crudelis noſtro latona dolore:
Paſcere ait:ſaciaq; meo tua pectora luctu:
Corq; ferum ſatia.dixit per funera ſeptem
Efferor.exulta:uictrixq; inimica triumpha.
Cur autem uictrix? miſeræ mihi plura ſuperſunt
Q uam tibi fœlici:poſt tot quoq; funera uinco.
Dixerat:& ſonuit contento neruus ab arcu:
Q ui præter niobem unam conterruit omnes.
Illa malo eſt audax.ſtabant cum ueſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
E quibus una trahens hærentia uiſcera tæla:
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem
Contiçuit ſubito:duplicataq; uulnere cæco eſt:
Oraq; compreſſit:niſi poſtq̃ ſpiritus ibat.
Hæc fruſtra fugiens collabitur.illa ſorori
Immoritur.latet hæc.illam trepidare uideres.
Sexq; datis leto:diuerſaq; uulnera paſſis:
Vltima reſtabat:quam toto corpore mater
Tota ueſte tegens unam minimamq; relinque
De multis:minimamq; poſco clamauit:&unam
Dumq; rogat:pro qua rogat occidit.orba reſedit
Exanimes inter natos nataſq; uirumq;:
Diriguitq; malis:nullos mouet aura capillos.
In uultu color eſt ſine ſanguine.lumina mœſtis
Stant immota genis.nihil eſt in imagine uiuum.
Ipſa quoq; interius cum duro lingua palato
Congelat:& uenæ deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix:nec brachia reddere geſtus.
Nec pes ire poteſt.intra quoq; uiſcera ſaxũ eſt.
Flet tamen:& ualidi circundata turbine uenti
In patriam rapta eſt:ubi fixa cacumine montis
Liquitur:& lachrymis etiam nunc marmora manant.
Tunc uero cuncti manifeſtam numinis iram
Fœmina uirq; timent.cultuq; impenſius omnes
Magna gemelliparæ uenerantur numina diuæ.
Vtq; fit a facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait:lyciæ quoq; fertilis agris
Non impune deam ueteres ſpreuere coloni.

Heu quantum Niobe.Miſeretur poeta Niobes:quæ paulo ante ſuperbiſſima:nunc abiectiſſima filiorum morte uidetur eſſe facta.

Latois aris.A latonæ altaribus. Nam latous a græco nominatiuo λητω deriuatur. Reſupina.Superba. Inuidioſa.in ſe inuidiam concitans. Paſcere crudelis.Niobe morte filiorum i furorem acta Latonæ inuidiam facit. Miſeræ fœlici.Antitheton elegantem maxime reddens orationem.Hæc autem idcirco Niobe furioſa iactat: quod ſeptem ei filiæ ſupererant.

Atris.pullis.nigris. Ante lectulos fratrum:in quibus erant cõpoſiti ut efferrentur. Vulnere cæco.occulto:quod non apparebat.

Niſi poſtq̃ ſpiritus ibat.hoc eſt niſi dum ſpiritum emittebat. Tũc os non compreſſerat.ſed apertum tenebat. Orba reſedit.Filiis oĩbus priuata id quod ipſa paulo ante obiecerat Latonæ. Diriguit. rigida ac dura eſt facta. Mœſtis genis.genæ & mœroris & læticiæ ſunt indices. In patriam rapta eſt.hoc eſt.Sipylum delata eſt ubi etiamnum flere uidetur.Quod idcirco fingit:quia Sipylenum marmor guttas emittere perhibetur.

Tunc uero cuncti.Narraturus poeta quo modo latona a quibuſdam lyciæ ruſticis bibere prohibita eos in ranas conuerterit: more ſuo quædam interſerit:quibus cõmode fabulæ iungũtur. Gemelliparæ diuæ.Latonæ quæ gemellos peperit Apollinem & Dianam.

Lyciæ quoque fertilis agris.Latona cum Apollinem Dianamq; peperiſſet iram Iunonis fugiens in lyciam una cum ſi antibus peruenit: ubi feſſa ſitique confecta cum bibere e quodam lacu uellet:a ruſticis quibuſdam pedibus aquam proculcantibus prohibita fuit.Qua iniuria dea indignata eos omnes in ranas conuertit. Lycia autem eſt Aſiæ regio finitima lydiæ. Spreuere.contempſerunt.

Ignobilitate uirorum. Ruſtici nanque erant uiliſſimi. Luſtro. circum eo ad eligendos boues. Sacrorum ſauilla. ſacrificiorum cinere. Stabat. erecta erat. Reſtitit ex priſcorum conſuetudine nos quoq; ſacella pretereũtes deos rogamus: ut nobis ſint adiumento. Mõtanum numẽ. Qualis eſt faunus. Regia coniunx. Iuno regis deorum hominumque uxor. Nam Iuno ut diximus cum reſciuiſſet Latonã ex Ioue concepiſſe: illam per totum terrarum orbem exagitauit: ſicut nuſq̃ cõſiſtere poſſet. Orbem interdixit. Cum interdico uerbum cum datiuo & ablatiuo iungatur: orbe mihi legendum uidetur non orbem: ut eſt fere in exemplaribus depraua tum. Vt enim aqua & igni interdixiſſe alicui populum Romanum dicimus: ſic orbe Iunonem Latonæ interdixiſſe poeta eleganter dixit. Erratica delos. quam errare inſtabilemque eſſe idcirco poetæ finxerunt: quia crebro terræ motu uexabatur: donec ex oraculo Apollinis: ut ſcripſi: deſtiterunt ibi cadauera ſepelire. Leuis. cauſa eſt. Idcirco enĩ nabat: quia leuis erat.

Nabat. fluitabat. Nare enim proprie dicuntur animata. Fluitare inanima. Cũ palladis arbore. cum oliua. Edidit. emiſit. peperit. Inuita nouerca. Contra uoluntatem Iunonis: quæ nouerca eſſe uidebat Apollinis & Dianæ: cũ Iouis ſit uxor

Puerpera. mulier a partu recens puerpera dicitur. Iamque chimæriferæ. Chimæra mons lyciæ monſtroſus carminibus poetarum notiſſimus. Fingitur autẽ a poetis fera eſſe pedes habens ſerpẽtinos. capræ uentrem. caput leonis flammas uomens. eo quod ad montis radices ſint ſerpentes. in medio capræ. Leones ad uerticẽ: qui ætnæ modo ardere dicitur. Sane chimeram græci capram uocant. Chimæriferæ. Chimæras ferentis. Ab eſtu ſydereo. a calore ſolis. Cum iuncis. Iuncus herba eſt paluſtris ſine nodo. Poſitoque genu. Eleganter geſtum exprimit de lacu aquam haurire uolentium. Vſus communis aquarum. Iure gẽtium aquæ omnibus hominibus ſunt communes.

Ad publica munera. Publica ſunt quæ nullius quidem ſunt ſed omnium. Vixque eſt uia uocis in illis. Vix emittere uocem poteſt. Hauſtus aquæ. potus aquæ mihi loco nectaris ac ſuauiſſimus erit.

Simul uitam dederitis in undis. Poſtq̃ mihi uitam aquis inſtauraueritis. uidetur eſſe Hemiſtichion ennii poetæ. Vnde & dederitis uerbi penultima eſt producta.

Hi tamen orantem. Pulchre ruſticorum ſeruat decorum: qui rogati contumacius ſuperbiuſque ſe gerunt.

Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum:
Mira tamen. uidi præſens ſtagnumq; locumq;
Prodigio notum. nam me iam grandior æuo
Impatienſq; uiæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues: gentiſq; illius eunti
Ipſe ducem dederat: cum quo dum paſcua luſtro:
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara uetus ſtabat: tremulis circundata cannis.
Reſtitit & paruo faueas mihi murmure dixit
Dux meus: & ſimili faueas mihi murmure dixi.
Naiadum fauni ne foret tamen ara rogabam:
Indigenæ ue dei: cum talia rettulit hoſpes.
Non hac o iuuenis montanum numen in ara eſt.
Illa ſuam uocat hanc: cui quondam regia coniunx
Orbe interdixit: quam uix erratica delos
Errantem accepit: tunc cum leuis inſula nabat.
Illic incumbens cum palladis arbore palmæ:
Edidit inuita geminos latona nouerca.
Hinc quoq; iunonem fugiſſe puerpera fertur:
Inque ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Iamque chimæriferæ cum ſol grauis ureret arua
Finibus in lyciæ: longo dea feſſa labore
Sydereo ſiccata ſitim collegit ab æſtu:
Vberaq; ebiberant auidi lactantia nati.
Forte lacum mediocris aquæ proſpexit in imis
Vallibus. agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum iuncis: gratamq; paludibus uluam:
Acceſſit: poſitoq; genu titania terram
Preſſit: ut hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba uetat. dea ſic affata uetantes.
Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarũ eſt.
Nec ſolem proprium natura nec aera fecit:
Nec tenues undas. ad publica munera ueni.
Quæ tamen ut detis ſupplex peto. non ego noſtros
Abluere hic artus: laſſataq; membra parabam.
Sed releuare ſitim. caret os humore loquentis
Et fauces arent: uixq; eſt uia uocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar erit: uitamq; fatebor
Accepiſſe: ſimul uitam dederitis in undis.
Hi quoq; uos moueant: qui noſtro brachia tendunt
Parua ſinu. & caſu tendebant brachia nati.
Quem non blanda deæ potuiſſent uerba mouere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere: minaſque
Ni procul abſcedat: conuitiaq; inſuper addunt.
Nec ſatis eſt. ipſos etiam pedibuſq; manuque.
Turbauere lacus: imoq; e gurgite mollem

Huc illuc limum saltu mouere maligno.
Distulit ira sitim.neque enim iam filia Cæi
Supplicat indignis.nec dicere sustinet ultra
Verba minora dea:tollensque ad sydera palmas:
Aeternum stagno dixit uiuatis in isto.
Eueniunt optata deæ.iuuat esse sub undis.
Et modo tota caua summergere membra palude.
Nunc proferre caput.summo modo gurgite nare.
Sæpe super ripam stagni consistere.sæpe
In gelidos resilire lacus.sed nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas:pulsoque pudore
Quamuis sint sub aqua:sub aqua maledicere temptant.
Vox quoq; iam rauca est:inflataque colla tumescunt.
Ipsaque dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt.colla intercepta uidentur.
Spina uiret.uenter pars maxima corporis albet.
Limosoque nouæ saliunt in gurgite ranæ.
Sic ubi nescio quis licya de gente uirorum
Rettulit:exitium satyri reminiscitur alter:
Quem tritoniaca latous harundine uictum
Affecit pœna:quid me mihi detrahis inquit:
Ah piget.ah non est clamabat tibia tanti.
Clamanti cutis est summos direpta per artus.
Nec quicquam nisi uulnus erat.cruor undiq; manat
Detectique patent nerui:trepidæque sine ulla
Pelle micant uenæ.salientia uiscera posses
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ siluarum numina fauni
Et satyri fratres:& tunc quoque clarus olympus
Et nymphæ flerunt:& quisquis montibus illis
Lanigerosque greges:armentaque bucera pauit.
Fertilis immaduit:madefactaque terra caducas
Concepit lachrimas:ac uenis præbibit imis.
Quas ubi fecit aquas:uacuas emisit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor.
Marsia nomen habet phrygiæ liquidissimus amnis.
Talibus exemplis redit ad præsentia dictis
Vulgus:& extinctum cum stirpe amphiona luget:
Mater in inuidia est.hanc tunc quoque dicitur unus
Flesse pelops.humeroque suas a pectore postquam
Deduxit uestes:ebur ostendisse sinistro.
Concolor huic humerus nascendi tempore dextro
Corporeusq; fuit:manibus mox cæsa paternis
Membra ferunt iunxisse deos:aliisque repertis
Qui locus est iuguli medius:summique lacerti
Defuit:impositum est non comparentis in usum

Distulit ira sitim.hoc est ira fuit causa differendæ ac plõgandæ sitis.

Aeternum.Sẽper & in æternũ. Nomen pro aduerbio positum.

Et modo tota.Eleganter ranaꝝ & naturam & corpus describit.

Patulos rictus.hiãtia ora. Colla intercepta.de medio recisa.Nam ranæ collo carent. Spina uiret. Tergum uiride est. Sic ubi nescio quis.Ignobilẽ hac locutione eũ fuisse significat qui eam retulit fabulã.

Exitum satyri.Calamitosum exitum.Marsias autem satyrus fuit tibias inflandi adeo peritus:ut cum Apolline certare sit ausus:quem superatũ indignatus Apollo pelle atq; cute priuauit.Ex eius uero corpore tãtus defluxit sanguis:ut a terra exceptus in fluuiũ fuerit cõmutatus: qui a satyri noie Marsias fuit appellatus. Latous Apollo Latonæ filius. Tritoniaca arũdine.Tibia ex arundine Tritoniaca cõfecta.est.n. metonymia.Tritonis aũt palus est libyæ iuxta quã Pallas in uirginali habitu apparuisse fertur.unde & tritonia uocat. Quid me mihi detrahis.Cur mihi meã pellẽ deripis.

Ah nõ est tanti.ut ego hac pœna affici debeã. Micãt.palpitãt. Fibras.Fibræ uenulæ sunt minores.

Armenta bucera.hoc est boues ualde cornutos.bou nãq; particula est intentiua.κερατο dicit cornu.

Cõcepit.excepit. Ripis decliuibus.pnis atq; inclinatis. Liquidissimus.purissimus.Limpidissimus.

Mater in iuidia est.Niobes.n.superbia cã fuit mortis liberoꝝ. Flesse pelops.Merito:cũ niobes frater eẽt Pelops.n.tãtali fuit filius:quẽ coctũ pater diis epulãdũ:utrum oĩa scirent experiretur:cum apposuisset:oẽs qdẽ præter unã cererẽ:ab eo abstinuerũt.Collectisq; in unũ pelopis mẽbris euocata a mercurio aĩa eius abiferis pristinæ ipsum uitæ restituerũt.Sed cũ ei sinistꝝ deesse humerꝝ aĩaduertissent:eburneũ affixerunt. Sicq; pelops uitæ integer fuit restitutus.Tãtalus uero ad iferos detrusus siti in aqs ac fame in sũma pomoꝝ copia laborat. Suas uestes.Purpureas ac sibi cõueniẽtes.Illis.n.dẽpositis lugubres ac pullas sũpsit. Corpeus ex carne.Nã corpus ꝓprie uiuẽtiũ. Caro mortuoꝝ dicit a cadẽdo deducta. Qui locus est iuguli.Periphrasis est humeri.Nã est medius iter iugulũ & brachii summitatẽ.

Finitimi proceres coeunt.conueniunt.congregantur.Hæc aũt idcirco narrantur:ut quas metamorphosis est descripturus:commodius cum prioribus connectantur.Nam tereus rex thracum cum Athenas obsidione premeret:accepta in uxorem Progne Pãdionis regis filia in thraciam redit:ubi cum iam filium suscepisset rogatus ab uxore ut aut se Athenas deduceret:aut saltem ad se Philomenam sororem accerseret:profectus ipse Philomenam quidem a patre accepit:sed cum in thraciam peruenisset:non solum ei uim intulit:sed linguam etiã:ne uulgare scelus posset:amputauit:ac suis stabulis mancipauit.Cæterum Philomena tanta crudelitate stimulata totum infortunium suum in uelo descriptum sorori indicauit.Progne uero furiis accẽsa Bacchi sacra se celebrare simulans una cum bacchis ad sororem uenit.eamque secum pampinis tectam in urbem adduxit:in cubiculoq; suo occultauit.Perfectis uero Bacchi sacrificiis Progne Itym communẽ filium iteremit: cuius carnes coctas patri apposuit comedendas.Cum uero tereus Itym filium inter cœnandum frequenter uocaret: Philomena cubiculo exiliens caput filii ac pedes in tereum coniecit:Qui stricto ense cum ambas persequeretur:ipse quidem in upupã. Itys in Phasianum.Progne in hirundinẽ.Philomela in lusciniam conuersi fuerunt. Orauere ire.poetica est locutio.Nam orauere ut irent:in soluta oratione diceremus. Ad solatia.ad gratulationem:quod Pelops reuixisset. Argosque.Argos urbs ẽ clarissima peloponnesi:quæ uariis nominibus est cognominata.Nam & urbs phoronica & ægialea appellatur & argos hippoboton & hippium:quod Neptuni equis pascua suppeditauit. Dipsion quoque propter aquarum penuriam.Abargo autem conditore uidetur esse dictum:ut scribit Stephanus græcus auctor ĩ ope quod de urbibus composuit.Vndecim uero urbes hoc nomine appellantur.Est enĩ argos quod amphilochicõ dicitur in Thessalia.in Cilicia quæ nunc Argiopolis appellatur.In nisyro insula una ex cycladibus.iuxta troezena.In macedonia.In scythia quod Argos oresticum uocatur.In caria.Argos Phæacum:Argos Argolicũ.Ac fere omnis maritima planicies argos uocatur. Et sparte.Regio Laconica sparta fuit appellata a spartis Cadmi:hoc est a seminatis a Cadmo qui eam tenuisse a Timagora scribũtur. Pelopeiadesq; mycenæ.Mycenæ urbs est Peloponnesi a mycenæo spartonis Phoronei fratris filio:quas pelops auxisse fertur. Et nondum.Calydon urbs est ætoliæ a calydone endymionis filio cognominata. Nondum inuisa.nondum odio habita.Nondum enim Oeneus calydoniæ rex in se Dianam cõcitarat.Nam cum diis omnibus aliis sacrificasset:Diana irata aprum immisit qui totam calydoniam deuastauit. Orchomenosque ferax.fertilis.Orchomenos urbs est Boetiæ. Et nobilis ære corinthus.Clara æreis uasis:quæ corinthia uocantur. Messeneque ferox.Messene & urbs & regio est Peloponnesi.Altera est in Sicilia.unde messenius possessiuum. Pateræq;. Corrupte trisyllabum legitur.Patræ nãq; bisyllabum urbs est Achaiæ:de qua hoc loco sentit Ouidius. Humilesque cleonæ.urbs est arcadiæ parua. Et Nelea pylos.urbs est in messena in qua regnauit neleus Nestoris pater. Nec adhuc Pittheia trœzen.Trœzen urbs ẽ Peloponnesi a Trœzene Pelopis filio:quæ uariis nominibus est appellata.Nã & Aphrodisias & saronia & posidonias & Apollonias.& Antanis fuit cognominata. Eam uero pittheiam nondum fuisse ait: quod pittheus ætrhæ matris thesei pater nondum ibi regnauerat. Ab isthmo bimari.Isthmus breuis dicitur terra inter duo maria constituta.Isthmus uero peloponnesi & ægeo mari & Ionio alluitur.Intra Isthmũ autem sunt peloponnesi urbes.extra uero Achaiæ. Credere quis posset;Hæc interrogatio eo spectat:ut significet Athenienses & humanissimos & officiosos maxime fuisse. Subiecta ponto.Adiecta mari euxino. Reges.n.Asiæ bellum Athenienſibus indixerant. Threicius Tereus.Thracius.Tereus aũt filius fuit Martis ac thraciæ rex ut diximus. Fuderat.fregerat.in fugã cõuerterat. A magno gradiuo.a magno Marte.gradiuus.n.mars a latinis dictus est quod gradatim in bellũ eatur. Nõ pronuba Iuno.Nubẽtibus fœliciter puellis Iuno ꝓnuba præesse creditur.Hinc autem facile colligitur quale futurũ sit terei & prognes coniugium. Prophanus bubo.execrãdus.est nãq; auis pessimi ominis bubo. Hac aue.hoc augurio. Gratata.gratulata.

Partis ebur:factoque pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coeunt:urbesque propinquæ
Orauere suos ire ad solatia reges:
Argosque:& sparte:pelopeiadesque mycenæ
Et nondum toruæ Calydon inuisa dianæ:
Orchomenosque ferax:& nobilis ære corinthos:
Messeneq; ferox:pateræq; humilisq; cleonæ:
Et nelea pylos:nec adhuc pyttheia Troezen:
Quæque urbes aliæ bimari claudũtur ab isthmo.
Exteriusque sitæ bimari spectantnr ab isthmo.
Credere quis posset:solæ cessastis athenæ.
Obstitit officio bellũ:subiectaque ponto
Barbara cecropios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat.& clarum uincendo nomen habebat.
Quẽ sibi pandion opibusque uiribusque potentẽ
Et genus a magno ducentem forte gradiuo
Connubio prognes iunxit.non pronuba iuno.
Non hymeneus adest illi.non gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas.
Eumenides strauere torum:tectoque prophanus
Incubuit bubo:thalamique in culmine sedit.
Hac aue coniuncti progne Tereusque:parentes
Hac aue sunt facti.gratata est scilicet illis

Thracia:diiſque ipſis grates egere:diemque
Quaque data ẽ claro pandione nata tyranno:
Quaque erat ortus ítys feſtum iuſſere uocari.
Vſque adeo latet utilitas.iam tempora titan
Quinque per autumnos repetitis duxerat annis:
Cum blandita uiro progne.ſi gratia dixit
Vlla mea eſt:uel me uiſendam mitte ſorori:
Vel ſoror huc ueniat.rediturã tempore paruo
Promittes ſocero.magni mihi muneris inſtar
Germanam uidiſſe dabis.iubet'ille carinas
In freta deduci:ueloque & remige portus
Cecropios intrat:piræaq; littora tangit.
Vt primum ſoceri data copia:dextera dextræ
Iungitur.infauſto committitur omine ſermo.
Cœperat aduentus cauſas mandata referre
Coniugis:& celeres miſſæ ſpondere recurſus.
Ecce uenit diues magno philomela paratu
Diuitior forma.quales audire ſolemus
Naiadas & dryadas mediis incedere ſiluis:
Si modo des illis cultus:ſimileſque paratus.
Non ſecus exarſit conſpecta uirgine Tereus:
Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis:
Aut frondem poſitaſq; cremet fœnilibus hærbas.
Digna quidem facies.ſed & hunc innata libido
Extimulat:pronumq; genus regionibus illis
In uenerem.& flagrat uitio gentiſque ſuoque.
Impetus eſt illi comitum corrumpere curam:
Nutriciſq; fidem:nec non ingentibus ipſam
Sollicitare datis:totumque impendere regnum:
Aut rapere:& ſæuo raptam defendere bello.
Et nihil eſt quod non effreno captus amore
Auſit:nec cũpiunt incluſas pectora flammas.
Iamque moras malefert:cupidoq; reuertitur ore
Mandata ad prognes:& agit ſua uota ſub illa.
Facundum faciebat amor:quotienſque rogabat
Vlterius iuſto:prognen ita uelle ferebat.
Addidit & lachrymas tanq̃ mandaſſet & illas.
Proh ſuperi quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent.ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius:laudemque a crimine ſumit.
Quid quod idẽ philomela cupit:& patrioſq; lacertis
Blanda tenens humeros:ut eat uiſura ſororem:
Perq; ſuam contraq; ſuam petit illa ſalutem.
Spectat eam Tereus:præcontrectatq; uidendo;
Oſculaq;:& collo circundata brachia cernens:
Omnia pro ſtimulis facibuſque ciboq; furoris

Vſque adeo latet utilitas. Acclamatio ĩ hominum inſcitiã loco maxime conue niens. Iam tempo ra titan.hoc eſt iam quinque tranſierant anni. Magni mu/neris inſtar:ad æqui parationem magni muneris.Nam inſtar modo ad ſimilitudi/nem.modo ad æqui parationem dicitur. nec recipit præpoſi/tionem.eſtque inde/clinabile nomen

Recurſus.reditus proprie per mare.

Non ſecus. Quan to Philomelæ amo/re tereus fuerit inflã/matus aperte his ſi/militudinibus decla ratur. Fœnilibus. Fœnilia fœni dicun/tur repoſitoria. Et nihil eſt quod non ef freno captus amore Auſit.Sentẽtia eſt ge neralis q̃uis ad tereũ proprie referri uidea tur. Et agit ſua uo ta ſub illa.Sub ſimu/latione inqt prognes uoluntatis ſua uota peragere conatur te/reus. Proh ſuperi. Exclamatio in homi num cæcitatẽ. Ipſo molimine.Ipſa præ/paratione. Contra ſuam ſalutem.Quia a tereo nõ ſolum ſtu prata ſed etiam lin/gua fuit priuata.

Præcontrectatq; uidendo.hoc eſt An te oculis q̃ manibus ſibi eam contrectare uidetur.

Accipit.& quotiens amplectitur illa parentem
Esse parens uellet: neque enim minus impius esset.
Vincitur amborum genitor prece.gaudet agitque
Illa patri grates:& succesisse duabus
Id putat infœlix:quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus phœbo restabat.equique
Pulsabant pedibus spatium decliuis olympi.
Regales epulæ mensis:& bacchus in auro
Ponitur.hinc placido dantur sua corpora somno.
At rex Odrisius q̃uis succesit:in illa
Aestuat:& repetens faciem motusque manusque:
Q ualia uult fingit:quæ nondum uidit:& ignes
Ipse suos nutrit:cura remouente soporem.
Lux erat:& generi dextram complexus euntis
Pandion:comitem lachrymis commendat abortis.
Vt uoluere ambæ:uoluisti tu quoque Tereu.
Hanc ego care gener (quoniam pia causa coegit)
Do tibi:perque fidem:cognataque pectora supplex
Per superos oro:patrio ut tuearis amore:
Et mihi sollicito lenimen dulce senectæ
Q uamprimum (omnis erit nobis mora longa) remittas.
Tu quoque q̃ primum (satis est procul esse sororem)
Si pietas ulla est:ad me philomela redito.
Mandabat:pariterque suæ dabat oscula natæ.
Et lachrymæ mites inter mandata cadebant.
Vt fidei pignus dextras utrasque poposcit:
Inter seque datas iunxit:natamq; nepotem
Absentes pro se memori rogat ore salutent.
Suppremumque uale pleno singultibus ore
Vix dixit:timuitque suæ præsagia mentis.
Vt simul imposita est pictæ philomela carinæ:
Admotumque fretum remis:telluscq; repulsa est:
Vicimus exclamat.mecum mea uota feruntur.
Exultatque:& uix animo sua gaudia differt
Barbarus.& nusquam lumen detorquet ab illa.
Non aliter q̃ cum pedibus prædator aduncis
Deposuit nido leporem iouis ales.ab alto
Nulla fuga est capto.spectat sua præmia raptor.
Iamque iter effectum:iamque in sua littora fessis
Puppibus exierant:cum rex pandione natam
In stabula alta trahit siluis obscura uetustis.
Atque ibi pallentem trepidamq; & cuncta timentem:
Et iam cum lachrymis ubi sit germana rogantem
Includit:fassusque nefas &uirginem & unam
Vi superat frustra clamato sæpe parente.
Sæpe sorore sua.magnis super omnia diuis.

At rex othrysius Sic quidē fere legit. Sed odrysius per.d. legēdū est. Nā odrysæ populi sunt thraciæ:& odrysa urbs eorz: quæ & odrysia dicit: unde odrysius deriuatur. Eleganter autem amātum cogitatões describit.

Mihi sollicito. Anxio filiæ absentia.

Lenimen.solamen. Satis est procul esse sororem.Satis est inqt quod prope gne lōge a me abest.

Memori ore.memores ipi est enim hypallage

Fassusque nefas Nefandū confessus amorem.

Illa tremit uelut agna pauens: quæ ſaucia cani
Ore excuſſa lupi nondum ſibi tuta uidetur.
Vtque columba ſuo madefactis ſanguine plumis
Horret adhuc: auidoſq; timet quibus hæſerat ungues.
Mox ubi mens rediit: paſſos laniata capillos
Lugenti ſimilis cæſis plangore lacertis
Intendens palmas. o diris barbare factis
O crudelis ait. nec te mandata parentis
Cum lachrymis mouere piis. nec cura ſororis.
Nec mea uirginitas. nec coniugalia iura.
Omnia turbaſti. pellex ego facta ſororis.
Tu geminus coniux. hoſtis mihi. debita pœna.
Quin animam hanc: ne quod facinus tibi perfide reſtet:
Eripis? atque utinam feciſſes ante nefandos
Concubitus. uacuas habuiſſem criminis umbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt. ſi numina diuum
Sunt aliquid. ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocunque mihi pœnas dabis. ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar. ſi copia detur:
In populos ueniam. ſi ſiluis clauſa tenebor:
Implebo ſiluas: & conſcia ſaxa mouebo.
Audiat hoc æther: & ſi deus ullus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtquam commota tyranni:
Nec minor hac metus eſt: cauſa ſtimulatus utraq;:
Quo fuit accinctus uagina liberat enſem.
Arreptamque coma flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit. iugulum philomela parabat
Spemque ſuæ mortis uiſo conceperat enſe.
Ille indignantem & nomen patris uſque uocantem:
Luctantemque loqui: compreſſam forcipe linguam
Abſtulit enſe fero. radix micat ultima linguæ.
Ipſa iacet: terræque tremens immurmurat atræ:
Vtque ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ:
Palpitat: & moriens dominæ ueſtigia quærit.
Hoc quoque poſt facinus (uix auſim credere) fertur
Sæpe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad prognen poſt talia facta reuerti:
Coniuge quæ uiſo germanam quærit. at ille
Dat gemitus fictos commentaque funera narrat.
Et lachrymæ fecere fidem. uelamina progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato:
Induiturque atras ueſtes: & inane ſepulchrum
Conſtituit: falſiſque piacula manibus infert:
Et luget non ſic lugendæ fata ſororis.
Signa deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
Quid faciat philomela? fugam cuſtodia claudit.

Illa tremit uelut agna pauēs. Virgineū timorem pulchre his ſimilitudinib⁹ ab oue & columba ſūptis poeta expreſſit.

Nec minor hac metus eſt Non minor eſt inquit metus nea Philomela ſorori p deret ſcelus q̄ ira. Spem ſuæ mortis. metū ac timorem mortis. Sic Dido apd Vergiliū Hūc ego ſi potui tā tū ſperare dolorē. Enſe fero. Ipſe ferus.

Atras ueſtes. pullas. lugubres. Et inane ſepulchr⁹. Cadauere uacuum: quod græci cenotaphium dicūt.

Falſis manibus. non ueris. Cum nondū Philomela mortua foret. Signa deus bis ſex. Iā inquit duodecim tráſierant menſes.

Deus. Apollo qui idem ē cum ſole.

Luſtrauerat. illuſtrauerat. Quo enī ī ſigno ſol eſt: idē illuſtrare uidetur.

Structa rigent solido stabulorum mœnia saxo.
Os mutum facti caret indice.grande doloris
Ingenium est:miserisque uenit sollertia rebus.
Stamina barbarica suspendit candida tela:
Purpureasque notas filis intexuit albis
Indicium sceleris:perfectaque tradidit uni:
Vtque ferat dominæ gestu rogat.illa rogata
Pertulit ad prognen.nec scit quid tradit in illis.
Euoluit uestes sæui matrona tyranni.
Fortunæque suæ carmen miserabile legit.
Et(mirum est potuisse)silet. dolor ora repressit:
Verbaque quærenti satis indignantia linguæ
Defuerant:nec flere uacat.sed fasque nefasque
Confusura ruit:pœnæque in imagine tota est.
Tempus erat:quo sacra solent trieterica bacchi
Sithoniæ celebrare nurus.nox conscia sacris.
Nocte sonat rhodope tinnitibus æris acuti.
Nocte sua est egressa domo regina:deique
Ritibus instruitur:furialiaque accipit arma.
Vite caput tegitur.lateri ceruina siniſtro
Vellera dependẽt.humero leuis incubat hasta.
Concita per siluas turba comitante suarum
Terribilis progne:furiisque agitata doloris:
Bacche tuas simulat.uenit ad stabula auia tandem:
Exululatque:ehoeque sonat:portasque refringit.
Germanamque rapit: raptæq; insignia bacchi
Induit:& uultus hederarum frondibus abdit:
Attonitamque trahens intra sua mœnia ducit.
Vt sensit tetigisse domum philomela nefandam:
Horruit infœlix:totoque expalluit ore.
Nacta locum progne sacrorum pignora demit.
Oraque deuelat miseræ pudibunda sororis.
Amplexumque petit.sed non attollere contra
Sustinet hæc oculos pellex sibi uisa sororis:
Deiectoque in humum uultu:iurare uolenti:
Testarique deos:per uim sibi dedecus illud
Illatum:pro uoce manus fuit.ardet & iram
Non capit ipsa suam progne:fletumque sororis
Corripiens non est lachrymis hoc iquit agendũ:
Sed ferro.sed si quid habes:quod uincere ferrum
Possit:in omne nefas ego me germana paraui.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo.
Artificem mediis immittam Tereа flammis.
Aut linguam:aut oculos:& quæ tibi mẽbra pudorem
Abstulerunt ferro rapiam:aut per uulnera mille
Sontem animam expellam.magnũ est quodcũq; paraui.

Grãde doloris Ingenium est. Hac sententia probabilem reddit orationẽ.

Pœnæque in imagine tota est. In imaginatione pœnæ qua maritum afficiat.

Sacra trieterica. Triẽnalia. quod tertio quoq; anno celebrabãtur. Sithoniæ nurus. Thraciæ. Sithonia enim Thraciæ pars est. Furialia arma. bacchica: quibus mænades utebantur. Pulchre autẽ bacharum habitum describit

Insignia bacchi. Bacharum ac mænadum habitus. Abdit absondit ne agnoscerentur a quoq̃. Sacrorũ pignora. ornamenta sacrificiorum Bacchi.

Abstulerũt. Systole qualis illa Vergiliana. Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Quid sit adhuc dubito.peragit dū talia ꝓgne:
Ad matrem ueniebat itys.quid possit ab illo
Admonita est:oculisque tuens immitibus:ah q̄
Es similis patri.dixit.nec plura locuta
Triste parat facinus:tacitaque exæstuat ira.
Vt tamen accessit natus:matrique.salutem
Attulit:& paruis adduxit colla lacertis:
Mixtaque blanditiis puerilibus oscula iunxit:
Mota quidem est genitrix:infractaq; cōstitit ira.
Inuitique oculi lachrymis maduere coactis.
Sed simul ex nimia mentem pietate labare
Sensit.ab hoc iterum est ad uultus uersa sororis:
Inque uicem spectās ambos:cur.admouet inquit
Alter blanditias:rapta silet altera lingua.
Quam uocat hic matrem:cur non uocat illa sororem?
Cui sis nupta uide pandione nata marito.
Degeneras.scelus est pietas in coniuge Tereo.
Nec mora traxt itym:ueluti gangetica ceruæ
Lactantem fœtum per siluas tigris opacas.
Vtque domus altæ partem tenuere remotam:
Tendentemque manus:& iam sua fata uidentē:
Et mater mater clamantem:& colla petentem:
Ense ferit progne lateri qua pectus adhæret.
Nec uultum uertit.satis illi ad fata uel unum
Vulnus erat.iugulum ferro philomela resoluit.
Viuaque adhuc:animæq; aliquid retinentia membra
Dilaniat.pars inde cauis exultat aenis: sanguine
Pars uerubus stridet.manant penetralia tabo.
His adhibet coniunx ignarum Terea mensis.
Et patrii moris sacrum mentita:quod uni
Fas sit adire uiro:comites famulosque remouit.
Ipse sedens solio Tereus sublimis auito
Vescitur:inque suam sua uiscera congerit aluum.
Tantaque nox animi est.itym huc accersite dixit.
Dissimulare nequit crudelia gaudia progne.
Iamque suæ cupiens existere nuncia cladis:
Intus habes quod poscis ait.circunspicit ille.
Atque ubi sit:quærit.quærenti iterumq; uocanti
Sicut erat sparsis furiali cæde capillis
Prosiluit:itysque caput philomela cruentum
Misit in ora patris.nec tempore maluit ullo
Posse loqui:& meritis testari gaudia dictis.
Thracius ingenti mensas clamore repellit:
Viperea sque ciet stygia de ualle sorores.
Et modo si posset reserato pectore diras
Egerere inde dapes:emersaque uiscera gestit.

Cui marito. Ac si diceret turpissimo omniū/ q; nefandissimo

Degeneras. Se ipsam arguit progne. quod a suis degenerat. Gā getica tygris. Indica a gange Indiæ fluuio. Lateri qua pectus adhæret. guttur significat fuisse percussum. Nec uertit uultum. Magna matris sæuitia atque indignatio: quæ citra uultus auersionem filium necare sustinuerit. Manāt penetralia tabo. Interiora ædium loca tabo & sanie pueri occisi fluunt. Et patrii moris sacrū. Athenienſe sacrificium. His autē uerisimilia reddit ea quæ a progne & Philomela perpetrata fuisse narrantur.

Nox.cecitas

Vipereas sorores. furias quæ ꝑ crinibus uiperas habere dicūtur.

Egerere. eiicere. Quarum petit altera syluas. Philomela: quæ in Lusciniam fuit conuersa.

Flet modo: ſeque uocat buſtum miſerabile nati.
Nunc ſequitur nudo genitas pandione ferro.
Corpora cecropidum pennis pendere putares.
Pendebant pennis: quarum petit altera ſiluas.
Altera tecta ſubit. neque adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ: ſignataque ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo: pœnæq; cupidine uelox
Vertitur in uolucrem: cui ſtant in uertice criſtæ.
Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum.
Nomen epops uolucri. facies armata uidetur.
Hic dolor ante diem: longæq; extrema ſenectæ
Tempora tartareas pandiona miſit ad umbras.
Sceptra loci rerumq; capit moderamen Erichtheus.
Iuſticia dubium eſt: ualidis ne potentior armis.
Q uattuor ille quidem iuuenes: totidemq; crearat
Fœmineæ ſortis. ſed erat par forma duarum:
E quibus æolides cephalus te coniuge fœlix
Procri fuit. boreæ tereus thraceſq; nocebant.
Dilectaq; diu caruit deus Orithyia:
Dum rogat: & precibus mauult q̃ uiribus uti.
Aſt ubi blanditiis agitur nihil: horridus ira
Q uæ ſolita eſt illi nimiumque domeſtica uento:
Et merito dixit: quid enim mea tæla reliqui?
Sæuiciam: & uires: iramque: animoſque minaces?
Admouique preces: quarum me dedecet uſus?
Apta mihi uis eſt. hac triſtia nubila pello.
Hac freta concutio: nodoſaque robora uerto:
Induroque niues: & terras grandine pulſo.
Idem ego cum fratres cælo ſum nactus aperto:
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor:
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther:
Exiliantque cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cum ſubii conuexa foramina terræ:
Suppoſuique ferox imis mea terga cauernis:
Sollicito manes: totumque tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiiſſe: ſocerque
Non orandus erat mihi: ſed faciendus erichtheus.
Hæc boreas aut his non inferiora locutus
Excuſſit pennas: quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus: latumque perhorruit æquor.
Puluereamque trahens per ſumma cacumina pallam.
Verrit humum: pauidamq; metu caligine tectus
Orithyiam adamans fuluis complectitur alis.
Dum uolat: arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aerii curſus ſuppreſſit habenas:
Q uam ciconum tenuit populos & mœnia raptor.

Altera tecta ſubit. Progne quæ in hirundinem fuit tranſfigurata. Pœne cupidine: qua prognen philomenamq; affice ret. Vpupam autem quæ a græcis epops appellatur: deſcribit.

Cui ſtãt. erectæ ſunt. Immodicum. maximum. Pro longa cuſpide. pro longo enſe quo fugientes perſequebatur. Facies armata uidet. Ita enim pennæ circa oculos ſunt diſpoſitæ: ut eos galea fere tectos habere uideatur. ideoq; toruo eſt aſpectu hæc auis. Hic dolor ante diem. Pandioni: dolore quem ex filiabus conceperat mortuo erechtheus filius in regno ſucceſſit: cuius filiam orithyiam amauit Boreas thraciæ uentus & rapuit: in thraciãque aſportauit: ex q̃ filios duos ſuſtulit zetũ & calain: qui pueri quidem ſine alis fuerunt. Iuuenes uero alati effecti: una cum aliis argonautis ad uellus aureum rapiẽdum ſunt profecti. Sed erat par forma duarũ. E quatuor filiabus duas æquales pulchritudine fuiſſe ait procrin quæ cephalo æoli filio nupſit & orithyiam quæ a Borea dicitur fuiſſe rapta.

Boreæ tereus thraceſq; nocebant. Crudelitas inquit terei ac thracum Boreæ ne orithyiam duceret uxorem nocebãt. Et merito dixit. Merito Boreas ſe ſe carere orithyia confeſſus eſt: quãdo blandiciis q̃ uiribus uti maluerit. Tanto molimine luctor. tantis uiribus reſiſto.

Vt medius noſtris. Phyſicorum ſententiam ſequitur: qui ex colliſione nubiũ & tonitrua aiunt commoueri. & fulmina emitti. Eliſi ignes. expulſi. eſt autem fulminum periphraſis.

Idem ego cum ſubii. Terræ motus ex phiſicorum ſentẽtia fiunt a uentis in cauernis terræ clauſis: unde ſine magno impetu exire non poſſunt. Excuſſit pennas. Cõcuſſit alas: ex quarum iactatione maximum uentum excitatũ fuiſſe ait. Ignes. amores. Nec prius aerii curſus. Nec prius inquit uolare deſtitit: q̃ ad cicones thraciæ populos perueniſſet.

Actæa. Athenienſis. Orithyia. Gelidi tyranni. Boreæ uenti: qui omniũ é frigidiſſimus. Implumes ſine plumis & alis. Ergo ubi cõceſſit. Poſteaq; inqt iuuenes effecti ſunt: una cũ aliis argonautis ad rapiẽdũ uellus aureũ nauigauerũt. Hæc aũt ad ſeptimi libri initiũ apte cũ ſexti fine copulandũ narrant. Cõceſſit. locum dedit. Vellera radiantia. Pellem arietis aureã: quem Phryxus cũ ab eo ad colchos uſq; incolumis fuiſſet delatus: Ioui Phyxio hoc eſt fugæ fauenti imolauit: ac eius pellem aurei uelleris dicauit. Nam Athamas æoli filius crethæiq; frater: ut ſcribit Apollonius: ex Nephela uxore duos ſuſtulit liberos Phryxõ & Hellen. Sed Nephele mortua: Ino filiis nouercã ſupinduxit. quæ utpote nouerca prioris filios uxoris odio perſequi cœpit. Cũq; agri illius ĩcãtamẽtis ſteriles facti eſſent; uates ſubornauit: q Athamanti referrent agros nõ ante fertiles futuros: q̃ filii prioris uxoris interficerent. Cæterũ Phrixus periculi imminẽtis admonitus arietem una cum ſorore Helle aſcendit: q mare ingreſſus cũ ad troicũ pelagus pueniſſet: Helle ĩ mare cadens ei nomen dedit. Inde enĩ Helleſpõtus fuit appellatus. Phrixus aũt in Scythiã uectus Ioui Phyxio: qđ eius ope nouercæ fugerat ĩſidias: arietem ipſum imolauit: uelluſq; aureũ eidem dicauit: quod quidem in luco Martis a peruigili dracone. tauriſq; per nares ignem efflãtibus cũ cuſtodieretur: ab Iaſone raptũ atq; in Theſſaliã fuit aſportatum.

Raphaelis Regii in ſeptimũ metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Illic & gelidi coniunx actæa tyranni:
Et genitrix facta eſt: partus enixa gemellos:
Cætera qui matris. pennas genitoris habebant.
Non tamen has memorãt una cũ corpore natas:
Barbaq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis:
Implumes calaiſq; puer zetuſq; fuerunt.
Mox pariter pennæ ritu cœpere uolucrum
Cingere utrunq; latus. pariter flaueſcere malæ.
Ergo ubi conceſſit tempus puerile iuuentæ:
Vellera cum minyis nitido radiantia uillo
Per mare non notum prima petiere carina.

Pu. Ouidii naſonis metamorphoſeos liber ſeptimus

Amq; fretũ minyæ pagaſæa puppe ſecabãt
Perpetuaq; trahẽs ino pẽ ſub nocte ſenectã.
Phineus uiſus erat: iueneſq; aqlone creati
Virgineas uolucres miſeri ſenis ore fugarãt:
Multaq; perpeſſi claro ſub iaſone: tandem
Contigerant rapidas limoſi phaſidos undas.
Dumq; adeunt regẽ: phrixeaq; uellera poſcunt:
Voxq; datur minyis magnorũ horrẽda laborũ:
Concipit interea ualidos æetias ignes.
Et luctata diu poſtquam ratione furorem

Amq; fretũ minyæ. Naraturus poeta quẽadmodũ dẽtes ab Iaſone ſeminati ĩ homines armatos fuere trãſformati. Apolloniũ qui argonautica ſcripſit: potiſſimũ ſeqtur. Argonautarũq; in Colchos ꝓfectionem: Medeæq; amores copioſiſſime deſcribit. Cauſa aũt illius Iaſonis peregrinatiõis hæc fuiſſe narratur. Tyro Salmonei filia Neptuno peperit Neleũ & Peliã. deinde nupſit Cretheo Aeoli filio: eiq; peperit æſonẽ. Pheretem: & amythaonem. Ac ex Pherete qdẽ naſciť Admetus. ex Amythaone Melãpus. ex Aeſone Iaſon: qui etiã chironi alẽdus: medicinamq; docendus fuit traditus a patre qui ſenio cõfectus tantiſper dum filius creſceret: regnũ Theſſaliæ Peliæ fratri cõmẽdauit. Cæteꝝ Pelias oraculũ ab Apollĩe acceperat: ut ſibi ab eo caueret: quẽ cũ ſolo calceo ad ſe uenientẽ uideret. Fore enĩ ut opera eius eſſet moriturus. Iaſon autẽ iam grandior effectus: cũ ad patruum rediret: forte in ripa Anauri Theſſaliæ fluuii offendit Iunonẽ uetulæ ſimilẽ: quæ uidebať uelle qdẽ tranſire: ſed nõ audere: quod uidens Iaſon illã humeris ſuſcipiẽs in ulteriorẽ fluuii ripã tranſtulit altero ex calceis ĩ flumine amiſſo. Sicq; Iaſon ad peliã cũ altero calceo peruenit: qui oraculi recordatus ueritusq; ne ab ipſo interficeretur: illi mandauit expeditionẽ ĩ Colchos admodũ piculoſã ad uellus aureũ rapiẽdũ: putãs eũ aut ab aliquo ĩterfectũ iri: aut certe ĩ mari alienaue terra pitur. Sed Iaſon omni collecta græciæ Iuuẽtute: Argoq; naue fabricata. ad Colchos ꝓfectus & uellus aureũ rapuit: & Medeã æetæ regis filiã ſecũ ĩ patriã reuexit. Iaq; fretũ Minyæ. Populi ſunt Theſſaliæ Minyæ a Minya Neptuni filio: q illis ĩperauit: denoĩati. Pagaſea puppe. Sic qdẽ legendũ é: nõ pegaſea: ut fere ĩ exẽplaribus legiť. Pagaſæ. n. ſunt & ꝓmõtoriũ & urbs Theſſaliæ dictæ απο του παγηναι την αργω. hoc é cõpingenda & fabricanda argo naue. Demetrius aũt ſcepſius απο των πηγων qbus irrigatur locus: in quo ét tẽplũ é Pagaſei apollinis. Phineus uiſus erat. Phineus rex fuit Arcadiæ: q ut Dionyſius ĩ argonautis narrat: dimiſſa Cleopatra uxore: Harpalicen ſcythicã filiis ſupĩduxit nouercã: cui ut gereret morẽ: ꝓprios filios cũ excæcaſſet: ipſe quoq; a diis fuit oculis priuatus: atq; hac inſuper pœna affectus: ut ei harpyiæ fœdiſſimæ aues eſcas & raperẽt & fœdarẽt: quas ſuſcepti hoſpitio cũ aliis Argonautis Zetus & Calais alati Iuuenes: ut illi gram referrẽt: ſtrictis enſibus ex arcadia uſq; ad plotas ĩſulas: q̃ poſtea a cõuerſiõe eoꝝ ſtrophades fuerũt appellatæ: ꝓſecuti ſunt. Sub nocte. cæcitate. Virgineas uolucres. harpyias: q̃ uirgineas facies habebãt. Limoſi phaſidos. Phaſis fluuius é Colchoꝝ. unde phaſiani fuere denoĩati. Phrixea uellera. A phrixo ioui Phyxio cõſecrata. Voxq; dať. R eſpõſũ dať magnos ineſſe labores ĩ rapiẽdo uelleť aureo eẽ ſignificãs. Magnoꝝ laboꝝ. Magnoꝝ certaminũ. Aeetias. Medea æetæ regis colchoꝝ filia. Sane æeta prima cũ æ diphthõgo ſcri/

bitur;non cum œ:ut & quidam præcipiunt:& fere in exemplaribus legitur. Et luctata diu.Posteaq̃ diu amori repugnauit.Eleganter autem amantum cogitationes exponit. Furorem.amoris rabiem.

Aut aliquid certe.aut quidem legitur: sed an fortasse legendum est: qua particula & dubitantes & interrogantes & soluẽtes utimur. Cum enim Medea addubitasset quid illud esset:An aliquid est inquit amori simile?ac deinde amorem esse ostẽdit.

Tanti timoris.Tantæ sollicitudinis. Excute uirgineo.Seipsam Medea alloquitur tanquã alii uerba faciat. Alieni orbis.alienæ regionis. Quid enim commisit Iason? Quid mali fecit. Vt cætera desint.ut cætera deesse concedam. Mouere.pellicere ad amandum. Taurorum afflabitur ore.Taurus ἀπο τοῦ τεινειν την ουραν.hoc est ab extẽdenda cauda dicitur. Oportebat autẽ Iasonem tauros ignem naribus efflantes iugo subiicere. Bene autẽ amans sollicita esse scribitur de periculis amato impendentibus. Auido draconi.insatiabili. Conscelero.sceleratos efficio.est aũt pulchra ironia:qua sibi talia non esse faciẽda proponit. Exhortor.Incantationibus stimulo. Prodamne. distrahitur Medeæ animus tum ab amore.tum ab honesto:ut cui pareat ignoret. Pœnæ.Supplicio quod de me pater sumet. Is uultus. Talis uultus quem græci προσωπον uocant. Nempe pater sæuus. Obiectionbius ita respõdet Medea:ut colligat oĩno Iasonem esse iuuandum sibiq; coniugio copulandum.

Nempe.Profecto. Stant mecum uota sororis. hoc est soror mecum sentit. Maximus deus.Cupido. Titulum. Gloriam. enumerat autem Medea quibus potitura est:si Iasonẽ fuerit secuta:quæ quidem sibi maiora uidentur q̃ quæ relinquit.

Vincere non poterat:frustra medea repugnas:
Nescio quis deus obstat ait. mirũq; quid hoc ẽ.
An aliquid certe simile huic: qđ amare uocatur?
Nam cur iussa patris nimiũ mihi dura uidẽtur?
Sunt quoq; dura nimis cur quẽ mõ deniq; uidi:
Ne pereat timeo? quæ tanti causa timoris?
Excute uirgineo conceptas pectore flammas:
Si potes infelix: si possem:sanior essem.
Sed trahit inuitam noua uis:aliudq; cupido.
Mens aliud suadet.uideo meliora:proboque:
Deteriora sequor.quid in hospite regia uirgo
Vreris? & thalamos alieni concupis orbis?
Hæc quoq; terra põt:qđ ames dare. uiuat an ille
Occidat in diis est.uiuat tamen:idq; precari
Vel sine amore licet.quid enim commisit iason?
Q uem nisi crudelem non tangat iasonis ætas.
Et genus & uirtus? quem non:ut cætera desint:
Forma mouere põt? certe mea pectora mouit.
At nisi opem tulero:taurorum afflabitur ore:
Concurretq; suæ segetis tellure creatis
Hostibus:aut auido dabit fera præda draconi.
Hoc ego si patiar:tunc me de tigride natam:
Tunc ferrũ & scopulos gestare in corde fatebor.
Cur non & specto pereuntem:oculosq; uidendo
Conscelero? cur non tauros exhortor in illum?
Terrigenasq; feros:insopitumq; draconem?
Dii meliora uelint:q̃q̃ non ista precanda:
Sed faciẽda mihi.prodam ne ego regna parẽtis?
Atq; ope nescio quis seruabitur aduena nostra?
Vt per me sospes sine me det lintea uentis:
Virq; sit alterius? pœnæ medea relinquar?
Si facere hoc aliamue potest præponere nobis:
Occidat ingratus.sed non is uultus in illo.
Non ea nobilitas animo est.ea gratia formæ:
Vt timeam fraudem: meritique obliuia nostri.
Et dabit ante fidem:cogamq; in fœdera testes
Esse deos.quid tuta times.accingere:& omnem
Pelle moram.tibi se semper debebit iason.
Te face solenni iunget sibi:perq; pelasgas
Seruatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam fratremq; patremq; deosq;
Et natale solum uentis ablata relinquam?
Nempe pater sæuus.nẽpe ẽ mea barbara tellus.
Frater adhuc infans.stant mecum uota sororis.
Maximus intra me deus ẽ.non magna relinquã.
Magna sequar.titulum seruatæ puppis achiuæ:
Notitiamq; loci melioris:& oppida:quorum

Hic quoque fama uiget:cultuſq; artẽ eſque uirorũ:
Quemq; ego cũ rebus:quas totus poſſidet orbis
Aeſonidem mutaſſe nolim:quo coniuge fœlix
Et diis cara ferar:& uertice ſydera tangam.
Quid?q; neſcio qui mediis incurrere in undis
Dicuntur montes?ratibuſque inimica carybdis
Nunc ſorbere fretũ.nũc reddere:cinctaq; ſæuis
Scylla rapax canibus ſiculo latrare profundo?
Nẽpe tenẽs quod amo:gremioq; i iaſonis hærẽs
Per freta longa ferar: nihil illũ amplexa timebo.
Aut ſi quid metuam:metuam de coniuge ſolo.
Coniugium ne putas:ſpecioſaq; nomina culpæ
Imponis medea tuæ?quin aſpice quantum
Aggrediare nefas:& dum licet effuge crimen.
Dixit.& ante oculos rectum pietaſque pudorq;:
Conſtiterant:& uicta dabat iam terga cupido.
Ibat ad antiquas hecates perſeidos aras:
Quas nemus umbroſũ ſecretaq; ſilua tegebat.
Et iam fractus erat:pulſuſque reſederat ardor:
Cum uidet æſoniden: extinctaq; flãma reluxit.
Et rubuere genæ:totoque recanduit ore.
Vt ſolet a uentis alimenta reſumere quæque
Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla
Creſcere:& in ueteres agitata reſurgere uires:
Sic iam lenis amor.iam quem languere putares:
Vt uidit iuuenem:ſpecie præſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior æſone natus
Illa luce fuit.poſſes ignoſcere amanti.
Spectat:& in uultu ueluti tum denique uiſo
Lumina fixa tenet.nec ſe mortalia demens
Ora uidere putat.nec ſe declinat ab illo.
Vt uero cœpitque loqui: dextramq; prẽhendit
Hoſpes:& auxilium ſumm iſſa uoce rogauit:
Promiſitque torum.lachrymis ait illa profuſis:
Quid faciam uideo:nec me ignorantia ueri
Decipiet:ſed amor.ſeruabere munere noſtro.
Seruatus promiſſa dato.per ſacra triformis
Ille deæ:lucoque foret quod numen in illo:
Perque patrem ſoceri cernentem cuncta futuri:
Euentuſque ſuos:& tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus hærbas.
Edidicitque uſum:lætuſque in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas aurora micantes:
Conueniunt populi ſacrum mauortis ĩ aruum.
Conſiſtuntque iugis.medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus:ſceptroq; inſignis eburno.

Fama.Gloria. Et uertice ſidera tãgam.Illi uertice ſidera tangere dicuntur:qui ſibi felices uidẽtur Quid?quod neſcioqui. Alia cã qua ſequendus eſt Iaſon. Multa nãq; noua mirandaq; ſe uiſurã ait quales ſunt cyaneæ petræ: quæ inter ſe concurrere dicuntur. Neſcioqui montes.Cyaneas petras innuit:quæ & ſymplegades dicuntur:quod concurrere ac copulari uidentur. Ratibuſq; inimica charybdis.uorago eſt in freto ſiculo naues ad ſe trahẽs, atq; abſorbens. Scylla rapax.Scylla Phorci filia uenenis Circes in monſtrũ conuerſa ſe in fretum ſiculum præcipitauit:ubi nauibus fingitur iſidiari. Sũt aũt loca in freto ſiculo ualde periculoſa:quorum alter Italiæ.Scylla uero adiacet Siciliæ. Coniugium ne putas.Rõne a ſcelere Medea reuocaẽ. Se aũt ipſa reꝑhendit:quod facinori ſuo honeſtum matrimonii nomen prætendat. Specioſa.pulchra & honeſta. Quin.Immo. Rectũ.honeſtum. Et uicta dabat.Iam inquit Cupido ab honeſto & pietate uictus a Medeæ mente recedebat. Ibat ad antiquas hecates Perſeidos aras.Hecate:ut ſcribit Dionyſius Mileſius filia fuit Perſei ſolis filii. In illis nãq; locis duo ſolis filii nati ſunt Perſeus & æeta.quoꝝ alter Colchis circa Mæotidem paludem imperauit.Perſeus uero in Taurica regione regnauit:qui cũ grandior natu eſſet uxorem duxit unam ex incolis nymphis:ex qua Hecaté filiam ſuſcepit: quæ cum uirago eſſet:ac uenatrix:prima dicitur peſtiferas herbarum radices inueniſſe:peritiſſimaq; & uenenoꝝ & eorum quæ homini opitulãtur fuiſſe:propriũq; patré ueneno necaſſe. A patruo uero Aeeta ĩ Colchos accerſita uxor eſt ducta.ex qua & Circen & Medeã ſuſcepit:q̃q̃ Heſiodus in Theogonia Circen ſolis filiã fuiſſe dicat.Hinc uero coarguitur eoꝝ error q dicunt Hecaten pſeida idcirco uocari: quod Perſeus in Dianæ ſacrificiis iuocabatur. Reſederat. reqeuerat. Et caſu. Et forte inquit Iaſon illo die formoſior fuit q̃ conſueuerat. Tum deniq;.Tũc ſolũ. Demũ enim & deniq; interdum ſolum. aliquando tandem ſignificant. Torum. lectũ nuptialem ac nuptias ipſas. Triformis oleæ.hecates quæ & luna & Diana & proſerpina creditur eſſe. Perq; patrem ſoceri.per Solẽ æetæ patrẽ:quẽ ſibi ſoceꝝ Medeæ cõiugio cupiebat. Cantatas herbas.Incantatas.Neq; enim Medea Hecate matre minor fuit uenefica. Sacrum mauortis in aruum.in ſacrũ martilucũ. Medio agmine.media multitudine. Purpureus.purpuratus ac purpura ornatus. Purpureũ enim dicimus quod totum ex purpura cõſtat purpuratum uero purpura ornatum.

Adamanteis naribus. Quæ ne igne quidem poterant domari. Adamas nãq; lapis est qui nulla alia re q̃ hircino sanguine domatur. Vnde & nomen accipit. Nam Δαμαζω domo significat a. uero particula est priuatiua. Aeripedes. ex ære pedes habentes. Pleni camini. Plenæ carbonibus ignitis fornaces. Silices soluti. Periphrasis est calcis: in quã si ímittat aqua: cũ quodam stridore & ignem concipit: & dissoluitur.

Aspergine. asperſione. Vsta. combusta: ut per quæ ignea flamma transeat. Truces. torui aspectus. Ad ora uenientis. ad faciem Iasonis uenientis. Præfixa ferro. In summitate ferrũ habentia fixum. Bisulco pede. bifidis pedibus: quales boum esse uidemus. Fumificis. fumũ efficientibus. Diriguere. exhorruere expallure Vllos anhelatus. Vllos spiritus flãmæ exeuntis ex ore tauroꝝ. Anhelatus secũdum regulam ab anhelando declinauit. quãuis anhelitus frequentius usurpetur. Anhelare autem é differre respirare. Tãtum; medicamina possunt. Parenthesis acclamationem in herbas medicas continens: in quarum uires incredibilis rei causam poeta refert. Pendula palearia. Pelles quæ a gutture boum pendent palearia dicũtur. Ferro proscindere. uomere exarare. Mirãtur colchi. stupescunt rei nouitate. Spargit dissemi nat. Semina præcincta. infecta potẽti ueneno: ut ex quibus homines armati sint nati. Sati. seminati. Vtq; hominis speciem. Hac similitudine declaratur quo modo dentes serpentis figuram contraxerint humanam. Per suos numeros. per suas omnes particulas. Consurgit. cooritur. In aruo fœto. In agro: qui tot armatos peperit. Pelasgi. Minyæ. Thessali. Gramina. herbæ. Carmen auxiliare. incantationem opitulantem. Secretas artes. Magicas artes occultas. Terrigenæ. ex terra geniti. Gratantur. lætantur. Gratulanturq; iasoni uictori. Affectu tacito. amore occulto. Et diis auctoribus horum: diis inferis hecateq; in primis. Peruigilem. semper uigilantem.

Ecce adamanteis uulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri: tacteque uaporibus hærbæ
Ardent. utque solent pleni resonare camini:
Aut ubi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarũ:
Pectora sic intus clausas uoluentia flammas
Gutturaque usta sonant. tamen illis æsone natus
Obuius it. uertere truces uenientis ad ora
Terribiles uultus: præfixaque cornua ferro:
Puluereumque solum pede pulsauere bisulco:
Fumificisque locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu subito minyæ. ille nec ullos
Sensit anhelatus. tantum medicamina possunt.
Pendula que audaci mulcet palearia dextra:
Suppositosque iugo pondus graue cogit aratri
Ducere: & insuetum ferro proscindere campum.
Mirantur colchi. minyæ clamoribus augent
Adiiciuntque animos. galea tum sumit ahena
Vipereos dentes: & aratos spargit in agros.
Sæmina mollit humus ualido præcincta ueneno:
Et crescunt: fiuntque sati noua corpora dentes.
Vtque hominis speciem materna sumit in aluo:
Perque suos intus numeros componitur infans:
Nec nisi maturus communes exit in auras:
Sic ubi uisceribus grauidæ telluris imago
Effecta est hominis: fœto consurgit in aruo.
Quodq; magis miꝝ est: simul edita cõcutit arma.
Quos ubi uiderunt præacutæ cuspidis hastas
In caput æmonii iuuenis torquere parantes:
Demisere metu uultumque animumque pelasgi.
Ipsa quoque extimuit: quæ tutum fecerat illum.
Vtque peti uidit iuuenem tot ab hostibus unum:
Palluit: & subito sine sanguine frigida sedit.
Ne ue parum ualeant a se data gramina: carmen
Auxiliare canit: secretasque aduocat artes.
Ille grauem medios silicem iaculatus in hostes
A se depulsum martem conuertit in ipsos.
Terrigenæ pereunt per mutua uulnera fratres:
Ciuilique cadunt acie. gratantur achiui:
Victoremque tenent: auidisq; amplexibus hærẽt.
Tu quoque uictorem complecti barbara uelles.
Obstitit incepto pudor. at complexa fuisses:
Sed te ne faceres: tenuit reuerentia famæ.
Quod licet: affectu tacito lætaris: agisque
Carminibus grates: & diis auctoribus horum.
Peruigilem superest hærbis sopire draconem:

Q ui crista linguisque tribus præsignis:& uncis
Dentibus horrendus custos erat arboris aureæ.
Hunc postquam sparsit lethei gramine succi:
Verbaque ter dixit placidos facientia somnos:
Q uæ mare turbatũ: quæ cõcita flumia sistunt:
Somnus in ignotos oculos ubi uenit:& auro
Heros æsonius potitur spolioque superbus
Muneris auctorem secum spolia altera portans
Victor cecropios tetigit cum coniuge portus.
Aemoniæ matres pro natis dona receptis:
Grandæuiq; ferunt patres:congestaq; flamma
Thura liquefaciunt:indutaque cornibus aurum
Victima uota facit.sed abest gratantibus æson
Iam propior leto:fessusque senilibus annis.
Tum sic æsonides.o cui debere salutem
Confiteor coniunx quanq̃ mihi cuncta dedisti:
Excessitque fidem meritor; summa tuorum:
Si tamẽ hoc possunt.quid enĩ nõ carmia possũt:
Deme meis annis:& demptos adde parenti.
Nec tenuit lachrymas.mota est pietate rogãtis:
Dissimilemq; animũ subiit pater æta relictus.
Non tamen affectus tales confessa:quod inquit
Excidit ore tuo coniunx scelus:ergo ego cuiq̃
Posse tuæ uideor spatium transcribere uitæ:
Non sinat hoc hecate.nec tu petis æqua.sed isto
Q uod petis experiar maius dare munus iason.
Arte mea soceri longum temptabimus æuum
Non annis renouare tuis.modo diua triformis
Adiuuet:& præsens ingentibus annuat ausis.
Tres aberant noctes:ut cornua tota coirent:
Efficerentq; orbem.postq̃ plenissima fulsit:
Et solida terras spectauit imagine luna:
Egreditur tectis uestes induta recinctas:
Nuda pedem.nudos humeris infusa capillos:
Fertque uagos mediæ per muta silentia noctis
Incomitata gradus.homines uolucresq; ferasq;
Soluerat alta quies.nullo cum murmure serpẽs
Sopito similis nullo cum murmure serpit:
Immotæq; silent frondes:silet humidus aer.
Sidera sola micant:ad quæ sua brahia tendens
Ter se conuertit.ter sumptis flumine crinem
Irrorauit aquis.ternis & hiatibus ora
Soluit:& in dura summisso poplite terra:
Nox ait arcanis fidissima:quæque diurnis
Aurea cum luna succeditis ignibus astra:
Tuq; triceps hecate:quæ ceptis conscia nostris

Præsignis.insignis. Aureæ arboris.In qua uellus aureũ suspensũ erat.é aũt synæresis & coagmẽtatio duar; uocaliũ ĩ unã syllabã. Lethei succi.somnum obliuionẽq; ĩducẽtis.ληθη.n.unde letheus declinatur obliuio dicit. Sistunt.stare faciunt. Heros æsonius.Iason æsonides.Possessiuũ.n.p patronymico posuit. Muneris auctoré. Medeam quæ auctor & causa fuit:ut Iason uellere aureo potiret.

Victor.uoti compos. Cecropios portus. Græcos.q̃q̃ Cecropius significat.pprie Atheniẽsem:cũ a Cecrope athenienſium rege deducat. Neq; admittẽda é quorundã deprauatio q Iolciacos putãt legẽdũ:q; Iason nõ athenas: sed Iolcon ĩ patriã redierit: ignorãtes poetã ĩuere Iasoné extra piculũ tũc fuisse cõstitutũ:cũ ĩ græciã puenit:ex qua fere socios collegerat.Quare cũ & ĩ antiqs codicibus cecropias legamus:& nulla ĩter Iolciacos & cecropios litterarũ similitudo sit:& cecropios sensus amplectat: nihil hoc loco duxerim eé ĩmutãdum. Tametsi is q hoc egregiũ opus e latina ĩ græcã linguã trãstulit:cecropias turres legat.hocẽ.κεκροπιους πυργους. Aemoniæ matres.Hæc ad copulationẽ isequẽtis metamorphoseos narrant.Iason.n.cũ Medea a colchis reuersus cũ æsonẽ patrẽ senio confectũ offendisset. uxorẽ medeã rogauit: ut sibi adẽptos ãnos patri apponeret.Medea uero maius q̃ petebat pollicita:uariis undiq; herbis collectis:unaq; cõcoctis æsonẽ iã decrepitũ ad q̃dragĩta ãnor; ætatẽ reuocauit. Dona ferũt.tẽplis subaudiat.Diis.n.sacrificabãt ,pter filior; reditũ. Induta aur;.ĩductũ habẽs cornibus aur;. Vota facit. pagit uota. Gratantibus. grãs diis agẽtibus. O cui debere salutẽ.Gratũ se ostendit esse Iason: quo facilius id q̃d uult ĩpetrare possit. Dissimilẽ aĩum.ĩpiũ:q nulla parẽtis pietate motus ẽ Nõ tamẽ affectus tales. nõ tamẽ inqt se ulla teneri patris ætæ pietate cõfessa ẽ medea. Ergo ego cuiquã.Amãtis seruat decor; mulieris:q̃ amati ãnos ,pducere potius q̃ abbreuiar semp cupit.Quare ĩdignat Medea:q̃d Iason tã par; ab ipsa se amari putet. Trãscribere. trãsponere. Cuiq̃.alicui qui mihi te sit carior. Nec tu petis æqua. honesta.

Diua triformis. Hecate ueneficiorũ carminũq; auctor. Præsens.ppicia. Annuat.cõsentiat. Vt cornua tota coirẽt.hocẽ ut cornua lunæ tota cõplerent atq; cõiũgerẽtur. Nudos humeris ĩfusa capillos.Synegdoche poetica. hoc ẽ.p nudos humeros. sparsos capillos habẽs. Soluerat alta qes.intẽpestã mediãq; noctẽ fuisse ostẽdit: quo tẽpore omnia in somnũ aĩalia resoluunt. Irrorauit.Inspsit. Sũmisso poplite.Sumissis genibus:ac flexis. Nox ait arcanis fidissima.Inuocatiões precesq; Medeæ describit ueneficæ maxime cõueniẽtes. Diurnis ignibus.soli. Triceps Hecate.Luna quæ eadẽ esse cum Diana: ac proserpina dicitur. Idcircoq; & triceps & triformis uocatur.

Cantus.Incantamenta. Adeſte.auxilio eſte. Concuſſaq; ſiſto.agitata ſtare facio. Stantia freta.Maria quieta.Nunquã.n.ſtat mare. Te'quoq; luna traho.De cælo detraho. Temerata æra.ꝓcuſſa ærea uaſa.Temerare aũt ſignificat uiolare.uaſa uero tũ cũ pulſantur uiolari uidentur.Creditur aũt uulgo luna Veneficaꝝ carminibus deficere:quæ ne ad ipſam poſſint peruenire:tinnitu æreoꝝ uaſoꝝ occurritur. Currus quoq;. tui ſubaudiantur.Nam;& luna curru ut ſol dicitur uehi. Vel mihi.in gratiam meam. Hebetaſtis.hebetes reddidiſtis:ſic ut comburere non poſſent. Vos ſerpẽtigenis.e dẽtibus ſerpẽtũ genitis hominibus.

In ſe.Contra ſeipſos. Rudem ſomno.ſic quidẽ legitur exponiturq; exptẽ ſomni draconẽ atq; ꝓuigilẽ.Sed cũ hoc nomẽ rudis genitiuo iungatur:aut ſomni mihi uidetur legẽdum:aut certe rudẽ in rubrum uertẽdum.quo quidẽ modo is q in græcã linguã hoc opus conuertit legere uidetur.hoc ẽ φοιvικουv φιλακα:ut ad criſtas & oculos rubẽtes referamus. Auꝝ.aureũ uellus. Vindice.cuſtode draconе. Volucrũ draconũ:alatoꝝ: a qbus Medea uehebaf. Permulſit.Blande ꝓtractauit. Deſpicit. Dehorſum aſpicit. Et cretis.Secretis ac ſemotis.

Quaſq; altus pelion.Figurate dictũ eſt.Altus enĩ admõtẽ refertur. Sũt aũt mõtes hi oẽs Theſſaliæ: de qbus multa ĩ ſupioribus diximus libris. Perſpicit.diligenter ĩſpicit. Radice. cũ ꝓpoſitio ſubaudiatur:ut cum radicibus euulſas herbas ĩtelligamus. Curuamine falcis ahenæ.Falce ærea curua.

Multa quoq; eridani.Nõ ſolũ inqt ĩ mõtibus:ſed ẽt in fluuioꝝ ripis herbas collegit Medea. Cũ aũt Theſſaliæ fluuios enumeret poeta:ĩportune admodũ de Theſſalia in Italiã ad Eridanũ fingit trãſiliſſe Medea.Quare loco eridani cõtẽderim Apidani eſſe legẽdũ:cũ ꝑſertim apidanus:ut ãte quoq; diximus: Notiſſimus Theſſaliæ ſit fluuius. Nec eras ĩmunis enipeu.Apoſtrophe ad fluuiũ:quẽ ĩmunẽ hoc'ẽ ſine munere nõ fuiſſe ait: qa medea ĩ illius quoq; ripis multas collegit herbas. Iuncoſaq; littora phœbes.Sic qdẽ legit':ſed corrupte:ut mihi uidet'. Neq; enĩ phœbe locus eẽ ĩ Theſſalia:qđ ſciã ĩuenitur.Tametſi qdã ĩperiti Phœbea ꝓ Delo ĩſula putent accipiẽdã:qđ phœbi & phœbes.hoc ẽ Apollinis & Dianæ patria eſſe dicat'. Sed cũ Theſſaliæ loca pagraſſe Medeã:poeta ſcribat ĩepta'eẽ iſta expoſitio coarguitur.Mihi uero loco phœbes placet bœbes legendũ: ut q̃ minimũ poſſumus a ſimilitudine nominũ diſcedamus. Nã ut ĩ nono refert Strabo. Bœbe urbs Theſſaliæ fuit Bœbeidi lacui adiacẽs.Videt' aũt poeta Bœben pro bœbeide lacu poſuiſſe: cuius littora iũcoſa a iuncoꝝ multitudine uocat. Huic aũt meæ correctioni ẽt interpres ille græcus aſtipulatur.

Necnon peneus. Fluuius eſt Theſſalie Peneus q & Araxes fuit uocatus:eo qđ oſſã abrũpit ab olympo.unde ẽt Araxes Harmeniæ fuit appellatus. Et Euboica anthedone. Anthedon urbs ẽ Boetiæ ab Anthedone dicta Dii filio: cuius pater fuit Anthus Neptuni filius ex Alce abantis filia. Eſt & alia ãthedon ĩ Phœnicia. unde Anthedonius & anthedonites declinant'. Viuax gramen. ab effectu: qđ uitã & reddat & cõſeruet. Nõdũ uulgatũ.nõdũ uulgo notũ.In trãſcurſu aũt poeta glauci quoq; metamorphoſin tãgit:quã tamẽ ĩ tertio decimo libro copioſe deſcribit. Nã Glaucus cũ eẽt piſcator: aĩaduertit piſces tactu cuiuſdã herbæ ĩ mare reſiliẽtes: quam qdẽ cũ & ipſe tetigiſſet:ĩ mare exiliuit:ac ĩ deũ marinũ cõuerſus Scyllã uehemẽter amauit. Nec erãt tacti.Aliã quoq; metamorphoſin tãgit.Nã Draco/

Adiut rixque uenis: cantuſq; arteſque magorũ:
Q uæq; magos tellus pollẽtibus ĩſtruis hærbis:
Auræq; & uenti:monteſq;:amneſq; lacuſq;:
Diiq; omnes nemorũ:diiq; omnes noctis adeſte.
Q uoꝝ ope cum uolui:ripis mirãtibus amnes
In fontes rediere ſuos:concuſſaque ſiſto.
Stantia concutio cantu freta.nubila pello:
Nubilaq; induco.uentos abigoque:uocoque:
Vipereas rumpo uerbis & carmine fauces:
Viuaque ſaxa:ſua conuulſaq; robora terra
Et ſiluas moueo:iubeoq; tremiſcere montes:
Et mugire ſolum:maneſque exire ſepulchris.
Te quoque luna traho:q̃uis temerata labores
Aera tuos minuant.currus quoq; carmie noſtro
Pallent:ac pallet noſtris aurora uenenis.
Vos mihi taurorũ flammas hebetaſtis:& unco
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis:& aurum
Vindice decepto graias miſiſtis in urbes.
Nũc opus eſt ſuccis:per quos renouata ſenectus
In florem redeat:primoſq; recolligat annos.
Et dabitis.neque enim micuerunt ſidera fruſtra:
Nec fruſtra uolucrum tractus ceruice draconũ
Currus adeſt.aderat demiſſus ab æthere currus.
Q uo ſimul aſcendit:frænataq; colla draconum
Permulſit:manibuſq; leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur:ſubiectaque theſſala tempe
Deſpicit:& cretis regionibus applicat angues.
Et quas oſſa tulit:quaſque altus pelion hærbas
Othryſq; & pindus:& pindo maior olympus:
Perſpicit:& placitas partim radice reuellit:
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ:
Multa quoq; apidani placuerunt gramina ripis:
Multa quoq; amphriſi. nec eras ĩmunis enipeu.
Necnon peneus.necnon ſperchiades undæ
Contribuere aliquid:iuncoſaq; littora bœbes.
Carpſit & euboica uiuax anthedone gramen
Nondum uulgatum mutato corpore glauci:
Nona dies illam curru penniſque draconum:
Nonaque nox omnes luſtrantẽ uiderat agros.
Cum rediit.nec erant tacti niſi odore dracones:

Et tamen annosæ pellem posuere senectæ.
Constitit adueniens citra limenque foresque.
Et tantum cælo tegitur:refugitque uiriles
Contactus.statuitque aras e cespite binas.
Dexteriore hecates:at læua parte iuuentæ.
Has ubi uerbenis siluaque incinxit agresti:
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit:cultrosq; in guttura uelleris atri
Coniicit:& patulas perfundit sanguine fossas.
Tum super inuergens tepidi carchesia lactis:
Alteraque inuergens liquidi carchesia mellis:
Verba simul fundit:terrenaque numina poscit.
Vmbrarumque rogat rapta cum coniuge regẽ:
Ne properent artus anima fraudare senili.
Quos ubi placauit precibusq; & murmur lõgo:
Aesonis effœtum proferri corpus ad aras
Iussit:& in plenos resolutum carmine somnos
Exanimi similem stratis porrexit in hærbis.
Hic ꝓcul æsonidẽ. ꝓcul hic iubet ire ministros:
Et monet arcanis oculos remouere prophanos.
Diffugiunt iussi.sparsis medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidasque faces in fossa sanguinis atra
Tingit:& infectas geminis accendit in aris.
Terq; senẽ flamma.ter aqua.ter sulfure lustrat.
Interea calido positum medicamen aheno
Feruet:& exultat:spumisq; tumentibus albet.
Illic æmonia radices ualle resectas:
Seminaq;:& flores:& succos incoquit atros.
Adiicit extremo lapides oriente petitos:
Et quas oceani refluum mare lauit harenas.
Addidit exceptas lunæ de nocte pruinas:
Et strigis infames ipsis cum carnibus alas.
Inque uirum soliti uultus mutare ferinos
Ambigui prosecta lupi.nec defuit illis
Squamea cinyphei tenuis membrana chelydri:
Viuaciſque iecur cerui:quibus insuper addit
Ora caputque nouem cornicis sæcula passæ.
His & mille aliis postquam sine nomine rebus
Propositum instruxit mortali barbara munus:
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit:summisque immiscuit ima.
Ecce uetus calido uersatus stipes aheno
Fit uiridis primo.nec longo tempore frondes
Induit:& subito grauidis oneratur oliuis.
At quacunque cauo spumas eiecit aheno

nes illi alati odore tãtũ herbarũ: q̃s Medea collegerat:senectã depositurũt. Iuuentæ.Iuuenilis ætatis deæ. Egesta tellure. extracta terra. Scrobibus. fossis. Velleris atri.ouiũ nigrarum: quæ Hecate aliisq; diis inferis sunt gratæ. Carchesia.uasa sunt ad potandum accõmodata.Vergilius primo æneidos. Hic duo rite mæro libans carchesia baccho. Carchesia ẽt dicũt' sũme nauis mali partes: p quas foramina funes imittũtur. Poscit.inuocat. Vmbrarũ regẽ.plutonẽ. Rapta cũ coniuge.Cũ ꝓserpina ĩ Sicilia a plutone rapta. Fraudare. priuare.

Effœtũ. uiribus euacuatũ. Plenos. perfectos.

Carmine.incantatione. Oculos prophanos.Nõ initiatos. Bacchantũ ritu.Bacharũ more. Flagrantes.ardentes funalibus accensis. Multifidas. in multas ꝓtes fissas. Tangit. madefacit. Terque senem flãma.Ter inqt senẽ purgat igne. aqua.sulfure.hæc.n.tria purgatiõibus ab antiquis adhibebantur. Aemonia ualle. In uallibus Thessaliæ. Extremo oriẽte.ex ultima oriẽtis parte. Pruinas lunæ.Quæ a luna generanť. Humiditatũ.n.auctor ẽ luna. Et strigis infames.Strix auis ẽ nocturna magno capite: rostro & unguibus aduncis:ut in sexto fastorũ describit Ouidius. Vulgus aũt putat striges nõ esse aues:sed uetulas quæ se ueneficio quodã in aues cõuertunt infantesq; dormientes aggrediuntur:ac eorũ sanguinẽ ita exsugũt:ut aut mortui iuniãtur ĩ cunis:aut diu uiuere non possint. Vnde & poeta hoc loco strigis alas ĩfames ait:& uulgus ueneficas oẽs strigas uocat. Sane striges a stridẽdo sũt cognominatæ: ut facile ex his Ouidii carminibus cõstat.Est illis strigibus nomen:sed nominis huius Causa:q; horrenda stridere nocte solent. Inq; uiri soliti.Lupi etiam inquit soliti se in hominẽ cõuertere particulæ huic medicamento additæ fuerunt.

Prosecta.intestina a prosecando & recidendo dicta.Alludit aũt ad id quod de lupis Plynius inquit. Homines in lupos uerti rursusq; restitui sibi falsũ esse existimare debemus.aut credere oĩa quæ fabulosa tot sæculis cõperimus.Inde tamẽ ait dictos fuisse uersipelles. Cinyphei chelydri. Serpẽtis libyci. Nã Cinyps fluuius est libyæ q inter duas syrtes in mare libycum exit.Chelydri uero serpẽtes aq̃tici dicuntur. Viuacis cerui.Diu uiuẽtis. Nouem sæcula.Tot enĩ ãnos cornices uiuere dicũtur. Mortali.æsoni: quẽ ex sene: ac decrepito potius iuuenẽ Medea erat effectura. Mitis oliuæ.ab effectu:qđ oleum omnia mitia reddat: siue quod paci dicata ẽ oliua:quæ mites ac mansuetos homines reddit.

Vetus stipes.Aridus oliuæ ramus.Hãc autem in trãscursu metamorphosin signat. Grauidis.Succo plenis. At quacunq; cauo spumas eiecit a heno. Alia item metamorphosin. Nã guttæ spumeæ ui ignis ex ahenoferuenti ĩ terram eiectæ in uarios flores fuere cõuersæ.

Vernat humus.Variis operitur floribus.Tūc enī humus uernare dicitur:cum uariis ueſtitur herbis.

Recludit.aperit. Adiecto corpore.adiecta carne rugæ tolluntur. Luxuriant.laſciuiunt.Tūc aūt membra luxuriare dicuntur: cū ualde pinguia atq; nitida uidenť. Aeſon miratur.Stupeſcit. Et olim ante quater denos. hoc eſt ſe ante quadraginta annos natū fuiſſe recordatur.per quod ſignificat æſonen ex decrepito ſene in uirum quadraginta ānos natum fuiſſe conuerſum. Diſſimilē animū. nam animus una cum ætate mutatur.Alius ę enim animus iuuenis.alius uiri.alius ſenis. Aetate relicta. Depoſita ſenectute. Viderat ex alto. Bacchus cū uidiſſet ex decrepito ſene iuuenē factum æſonem: Medeam rogauit:ut nymphas quoq; ſuas nutrices iuuenilibus annis reſtitueret: quod facile a Medea ipetrauit. Suis nutricibus.nymphis: quæ ut uidi mus infantē bacchū educarunt. A colchide. Medea. Neue doli ceſſent.Medeæ ſubintelligať.Narrat aūt quēadmodū Medea ſenio confectum arietē agnū quidem effecit. Peliam uero interemit. Nam Medea cum illum Iaſoni inimicum eſſe cognoſceret:quo facilius eum perdere poſſet: & ſe a Iaſone odio haberi ſimulauit:& Peliæ filias ſibi cōciliauit: quæ cum uidiſſent arietem uetulum in agnū conuerti:impenſius a Medea petierunt: ut Peliam ſibi parentem reſtitueret ætati iuuenili.Ipſa uero eis p/ ſuaſit ut ipſum iterficerent: ac uaſi aquæ pleno coquendum imponerēt:quod quidē cū ppetraſſent: ipſa a draconibus in aerem ſublata aufugit. Phaſias.Medea.a Phaſi colchorum fluuio declinata.

Quoniā grauis ipſe ſenecta eſt.Rō cura eam Pelias non exceperit. Cepit.decepit. Refert.commemorat. Situs. ſqualores & ſeniū. Parili arte.pariartificio. Pretium.ſine fine paciſci. cœperunt.ſubaudiendū. Ficta grauitate. Simulata rei difficultate. Rogantū.Peliæ filiarum. Dux gregis.Aries: qui ouiū dux eſſe uidetur. Innumeris annis q̄plurimis ānis. Effœtus.uiribus euacuatus.

Pecudis.Arietis.Nam pecus omne animal dicit̄: humana effigie carens. Et tener balatus. hoc eſt. Teneri agni balatus. Balare autem uerbum eſt fictitium:ab ouiū uoce declinatum. Lactētia ubera.Lacte plena. Exhibuere fidem.fecere fidē. Ter iuga.Tres inquit trāſierant dies. Nam phœbus demere iuga fingit̄ eqs currū ſolis trahentibus nocte aduenīente. In hibero flumīe.Hiberus hiſpaniæ ę fluuius:quem pro oceano Atlantico ponere uidetur poeta. Fallax æetias.Medea fallendi perita.

Ignis:& in terram guttæ cecidere cadentes:
Vernat humus floreſq;:& mollia pabula ſurgūt:
Q uæ ſimulac uidit:ſtricto medea recludit
Enſe ſenis iugulum: ueteremque exire cruorem
Paſſa replet ſuccis:quos poſtq̄ combibit æſon
Aut ore acceptos aut uulnere:barba comæq;
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fugit macies.abeunt pallorq; ſituſque.
Adiectoq; cauæ ſupplentur corpore rugæ.
Membraq; luxuriant.æſon miratur.& olim
Ante quater denos nunc ſe reminiſcitur annos.
Diſſimilemq; animum ſubiit ætate relicta.
Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber:& admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi:capit hoc a colchide munus.
Ne ue doli ceſſent:odium cum coniuge falſum
Phaſias aſſimulat:peliæq; ad limina ſupplex
Cōfugit:atq; illam:quoniā grauis ipſe ſenecta ē:
Excipiunt natæ:quas tempore callida paruo
Colchis amicitiæ fallacis imagine cepit.
Dumq; refert inter meritorum maxima dēptos
Aeſonis eſſe ſitus:atque hac in parte moratur:
Spes eſt uirginibus pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idq; petunt iuuenes.precium ſine fine paciſci.
Illa breui ſpacio ſilet:& dubitare uidetur.
Suſpenditq; animos ficta grauitate rogantum.
Mox ubi pollicita eſt:quo ſit fiducia maior
Muneris huius ait.qui ueſtras maximus æuo eſt
Dux gregis inter oues:agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur flexo circum caua tempora cornu:
Cuius ut æmonio marcentia guttura cultro
Fodit:& exiguo maculauit ſanguine ferrum:
Mēbra ſimul pecudis ualidoſq; uenefica ſuccos
Mergit in ære cauo.minuunt ea corporis artus:
Cornuaq; exuruntnecnō cum cornibus annos.
Et tener auditur medio.balatus aheno.
Nec mora.balatum mirantibus exilit agnus:
Laſciuitque fuga:lactentiaque ubera quærit.
Obſtupuere ſatæ pelia:promiſſaque poſtq̄
Exhibuere fidem: tum uero impenſius inſtant.
Ter iuga phœbus equis ī hibero flumine merſis
Dempſerat:& quarta radiantia nocte micabant
Sidera:cum rapido fallax æetias igni

Dederant.effecerant. Exigite.expellite. Et ſaniem.ſanioſum ſanguinem. Et ne ſit ſcelerata. Adeo acutum eſt hoc dictum ut contraria continere uideatur. Nequa inquit ſit ſcelerata & impia non emittendo ſanguinem patris ſanioſum: ſcelus perpetrat ipſum interficiendo. Quæ niſi pennatis. Cerambus nymphæ ope diluuii tempore in auem conuerſus altiſſimos Theſſaliæ montes aſcendit: ſicq; aquarum inūdationem uitauit. Pennatis.alatis. Philyræa tecta. Chironis domum: quem Philyra nympha ex Saturno: ut diximus peperit. Veteris cerambi.antiquiſſimi.quippe qui ante diluuium fuerit. Obruta.cooperta. Deucalioneas undas. Diluuium quod fuit tempore Deucalionis & Pyrrhæ. Aeoliam pitanen. Pitane urbs eſt æolica.unde & æoliam poeta appellat: nō quod ibi Aeolus regnarit: ut quidam putant. ex Pitana arceſilaus Academicus fuit: qui cum Zenone: apud Polemonem didicit. Tradūt apud pitanam lateres ſuper aquis fluitare. Factaq; de ſaxo. Metamorphoſin ſerpentis in lapidem ſignat. Hic autem uidetur eſſe ille draco: qui ſpectantibus græcorum ducibus apud Aulidem ſignificauit decimo tandē āno Troiam eſſe capiendam. Cum enim in arborem aſcendiſſet: nouem pullos primum. deinde eorum matrem deuorauit. Quod cum uidiſſet Calchas decimo demum anno Troiam capi poſſe p̄dixit. Serpēs uero illa ad perpetuam rei memoriam in ſaxeam Draconis imaginem fuit commutata. Idæumq; nemus. Idas duas eſſe certum eſt. alteram in Creta. alteram in Phrygia. De phrygia uidetur poeta ſentire. Quo nati furta. Thyoneus Bacchi filius iuuencum phrygiis paſtoribus abegerat. eum cū paſtores pſequerentur Bacchus Thyoneum quidem in uenatorem iuuencum uero in ceruum conuertit: quod cū ruſtici uidiſſent: a perſequendo Thyoneo deſtiterunt. Quaq; pater. Quis coryti pater fuerit: aut ubi ſit ſepultus non memini me legiſſe.

Et quos mera ſuo latratu. Mera ut ſcribit Iginus Icari Athenienſis erigones patris fuit canis: quæ Icarum a ruſticis occiſum ſuis ululatibus Erigone indicauit: quorum caſum Iupiter miſeratus in aſtris corpora eorum deformauit. Itaq; Icarum booten. Erigonen uirginem. Canē aūt ſua appellatione & ſpē caniculam dixerunt: quæ a græcis: quod ante maiorem canē exoritur: procyon appellatur. Eurypiliq; urbē. Eurypilus Herculis fuit filius qui in Co inſula regnauit augur peritiſſimus de quo Vergilius. Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi mittimus. Qua cæa cornua matres. Cos inſula ē ægei a qua cous deriuatur: non cæus. Vnde coæ mihi legendum uidetur. Mulieres autē Coæ cum ægre ferrent ab Hercule armenta geryoni erepta p agros ſuos fuiſſe acta: Iunoni dicuntur conuiciatæ Quare Iuno indignata eas omnes in uaccas tranſfigurauit. Sane Eurypili tres fuerunt a poetis decantati: quorum primus Telephi filius regioni Theutraniæ & Caico uicinæ impauit. Alter ormenii nepos. Ná ormenius duos p̄creauit filios Amyntorē & euenorē: e quor altero Phœnicē ex altero eurypylum ortos eē Stra. refert. Tertius Herculis filius. Eurypyli uero urbē Con eſſe accipiēdá admonet ēt Homerus i Catalogo cū inqt. Quiq; Niſyrō habēt celſā Carpathūq; Caſūq; Eurypyliq; urbē Con æquoreaſq; Calydnas. Phœbeāq; rhodon. Phœbo conſecratam. Et Ialyſios Telechinas. Ialyſus una eſt ex rhodi urbibus. Telechines autem rhodi populi fuerunt: qui cum omnia ſuo aſpectu in peius commutarent ab Ioue fuere ſubmerſi. Vnde &

Rhodos prius Telechinis fuit appellata. Nam Ophiuſa primū & ſtadia fuit dicta. deinde Telchinis: eo quod

Imponit purum laticem & ſine uribus hærbas.
Iamq; neci ſimilis reſoluto corpore regem
Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnus habebat:
Q uē dederant cantus: magicæq; potētia liguæ.
Intrarant iuſſæ cum colchide limina natæ:
Ambierātq; torꝛ. quid nūc dubitatis inertes?
Stringite ait gladios: ueteremq; haurite cruorē:
Vt repleam uacuas iuuenili ſanguine uenas.
In manibus ueſtris uita eſt: ætaſq; parentis:
Si pietas ulla eſt: nec ſpes agitatis inanes.
Officium præſtate patri: teliſq; ſenectam
Exigite: & ſaniem coniecto emittite ferro.
His ut quæq; pia ē hortatibus impia prima eſt.
Et ne ſit ſcelerata: facit ſcelus. haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt: oculoſque reflectunt:
Cæcaq; dant ſæuis auerſæ uulnera dextris.
Ille cruore fluens: ſubito tamen alleuat artus:
Semilacerq; toro temptat conſurgere: & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens
Q uid facitis natæ? quis uos in fata parentis
Armat ait? cecidere illis animique manuſq;.
Plura locuturo cum uerbis guttura colchis
Abſtulit: & calidis laniatum merſit in undis.
Q uæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras:
Non exempta foret pœnæ. fugit alta ſuperque
Pelion umbroſum philyræaq; tecta ſuperq;
Othryn: & euentu ueteris loca nota cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pennis
Cum grauis infuſo tellus foret obruta ponto:
Deucalioneas effugit inobrutus undas.
Aeoliam pitanen a læua parte reliquit:
Factaque de ſaxo longi ſimulacra draconis:
Idæumque nemus: quo nati furta iuuencum
Occuluit liber falſi ſub imagine cerui.
Q uaq; pater coryti parua tumulatus harena:
Et quos mæra nouo latratu terruit agros:
Eurypylique urbem: qua coæ cornua matres
Geſſerunt: tunc cum diſcederet herculis agmē.
Phœbeamq; rhodon & leliſios telchinas:
Q uorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu
Iupiter exoſus fraternis ſubdidit undis.

Telchines ĩsulã ĩcolerẽt:quos nõnulli fascinatores & maleficos fuisse aiũt:qđ stygiã aquã aĩalibus & stirpibus pniciei gra ĩspargerẽt. nõnulli cõtrariũ sentiũt:qđ artibus pstantes a similibus artificibus iuidia haberent.unde hãc ĩfamiã:ut Stra.refert:sunt assecuti: & primũ ex creta ĩ cyprũ uenerũt.,postea ĩ Rhodon: primiq; ferrũ & æs in usu habuisse dicũtur. Nã ẽt Harpen saturno fecerũt. Cæa ĩsula ẽ q̃ a græcis & Cos & hydriusa uocat: auulsa euboeæ:ut scribit Ply.Quingẽtis lõga stadiis fuit quõdã:mox q̃tuor fere partibus:q̃ad Boœtiã uergebãt:mari deuoratis.oppida ut dixi q̃tuor habebat Iulida. Carthæã. Ceressã.Phocessã:ex qbus duo itercidere Ceressa & Phocessa.Ex hac pfectã delectationi fœminis uestẽ. auctor ẽ Varro. Carchesia mœnia. Sic qdẽ legit.sed corrupte:ut mihi uidet.Carthæia uero ẽ legẽdũ.Nã Carthæa una ẽ ex q̃tuor urbibus ceæ ĩsulæ a Carthæo ibi mortuo cognomĩata.Cartæa aũt urbs est Iberiæ. Inde lacus hyries. Hyrie fluuius ẽ Boœtiæ:de quo Homerus ĩ.ii.Iliados.est ẽt hyria regio iuxta Aulidẽ.ẽ & urbs ĩsauriæ iuxta seleuciã.ẽ ẽt ĩ Iapygia cretẽsiũ opus.sed lacus hyries iuxta tẽpe esse ĩnuit poeta sic dictos a casu Hyries q̃ flendo amissum filiũ ĩ fontẽ sui noĩs conuersa fuit. Nã Phyllius qdã amore filii Hyries captus: cũ multa impio pueri pegisset: ei taurũ domitũ negauit. Quod qdẽ ægre ferẽs puer se ex alto mõte pcipitẽ dedit:sed miseratione deor̃ in cygnũ ẽ conuersus.

Delituit. Sic qdẽ legit: sed cũ a deliquescẽdo ueniat:delicuit p cscribẽdũ uidet.ut intelligamus eã in liquorẽ fuisse resolutã. Adiacet his pleuron in qua.pleuron Aetoliæ urbs est.Vnde Pleuronius.

Opphias combe.Opphii filia: q̃ iambe ab ĩterpte græco dicta ĩ auẽ: nea filiis laceraret: fuit cõmutata. Inde calaureæ latoidos. Calaurea ĩsula ẽ iuxta Cretã a calauro Neptuni filio declinata. ẽ etiã urbs locror̃.In qua maxime Latona colebat.Vnde & latois uocat. In uolucrem uersi. Hic fuit Cæix rex Trachynæ:q cũ tẽpestate in mari perisset: Halcyoneq; ipsius uxor æoli filia flendo perire uellet: ambo in aues halcyonidas cõuersi fuerunt:ut ĩ.xi.Poeta plene describit. Dextera cyllene ẽ. Cyllene mõs est arcadiæ Mercurii natiuitate notissimus a Cyllene nympha cognominatus. Est etiã cyllene Eliẽsiũ nauale. In qua cũ matre menephron. Taxat Menephrona quẽdã poeta:quẽ cũ matre coire non puduit. Cephison procul hinc.Cephisus fluuius est Boœtiæ pterlabens Delphos:cuius filius ab Apolline in phocam:hoc est uitulum marinum fuit conuersus. Eumelicq; domũ.Eumelus filius fuit Admeti regis Thessaliæ:cuius filiã in auẽ cõuersã fuisse:ait Ouidius. Ephyren pirenida.Corinthum:ĩ qua fons ẽ pyrene. Scite aũt pirenida adiecit. Nam multæ urbes eodẽ noĩe uocant:ut diximus. Apud corinthũ uero antiqtus hoies ferunt ex fungis ortos eẽ. Sed postq̃ colchis. Medea dolens creusam Creõtis cortĩhior̃ regis filiã ab Iasone sibi fuisse plãtã:quo die nuptiæ celebrabãt: coronã ex naphtha: q̃ igni uel lõgius posito statim accendit cõfectã uelut muneri nouæ nuptæ misit: q̃ ex funalibus ignẽ concipiens cũ totam regiã cõbureret:Medea spectãte Iasone filiis laniatis a draconibus alatis in aerem sublata Athenas aduolauit:ubi ægeus eam nõ hospitio solũ;sed ẽt lecto sibi copulauit: ex qua cũ iã Medũ filiũ suscepisset:Theseus ipsius qdẽ ægei filius;sed quẽ pater nõdũ uiderat: Athenas aduenit:quem cũ & sibi & filio uade Medea timeret: Aconitũ uenenũ;qđ e cerberi spuma natũ eẽ aiũt;pparauit:ægeoq; psuasit:ut illi tanq̃ hosti pberet.Id uero cũ Theseus foret hausturus:capulo ensis uiso agnitus a patre,phibitus ẽ.Quare Medea nubes carminibus excitauit:qbus tecta una cũ filio Medo Thesei gladiũ fugiẽs ĩ Asiã aduolauit. Colchis.Colchicis. Noua nupta.Creusa creõtis corinthior̃ regis filia. Vlta male.Quoniã mater cũ esset: cõmunes filios itersecit. Titaniacis dracõibus.Qui ex titanũ sanguĩe nati eẽ dicunt. Palladias arces.Athenas:ubi Phineus.Periphas & Polyphemõis neptis ĩ aues fuere cõuersi:hæ uero fabulæ mihi sũt ignote. Excipit hãc ægeus facto.Aegeus rex athẽar̃ cõsuluit oraculũ quo mõ plẽ uirilẽ suscipe posset:a quo cũ accepisset:ut prius q̃

Transit & antiquæ carthæia mœnia cæræ:
Q ua pater alcidamas placidã de corpore natã
Miraturus erat nasci potuisse columbam.
Inde lacus hyries uidet:& cygneia tempe:
Q uæ subitus celebrauit olor.nam phyllius illic
Imperio pueri uolucresq; ferumque leonem
Tradiderat domitos.tauroq; quoq; uincere iussus
Vicerat.& stricto totiens iratus amori
Præmia poscenti taurum suprema negauit.
Ille indignatus cupies dare dixit:& alto
Desiluit saxo.cuncti cecidisse putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.
At genitrix hyrie seruatum nescia flendo
Delicuit:stagnumque suo de nomine fecit:
Adiacet his pleuron:in qua trepidantibus alis
Opphias effugit natorum uulnera iambe.
Inde calaureæ latoidos aspicit arua
In uolucrem uersi cum coniuge conscia regis.
Dextera cyllene ẽ: in qua cũ matre menephron
Concubiturus erat sæuarum more ferarum.
Cephison procul hinc deflentem fata nepotis
Respicit in tumidam phocen ab apolline uersi.
Eumelicq; domum lugentis in aere natam.
Tandem uipereis ephyren pirenida pennis
Contigit.hic æuo ueteres mortalia primo
Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed postquã colchis arsit noua nupta uenenis:
Flagrantemq; domum regis male uidit:utroque
Sanguine natorum perfunditur impius ensis:
Vltaque se mater male iasonis effugit arma.
Hinc titaniacis ablata draconibus intrat
Palladias arces:quæ te iustissime phineu:
Teq; senex peripha pariter uidere uolantes.
Innexamq; nouis neptem polyphemonis alis.

Athenas reuerteretur:cum muliere coiret:ad Pitheum Troezenis regẽ ꝓfectus ei oraculũ communicauit. Quo cognito Pitheus ei filiam Aethram copulauit. Inde uero ægeus diſceſſurus uxorẽ iam grauidam ad ſaxum ſolam cũ adduxiſſet:illi calceos gladiũq; ſubiecit. Vxori deinde mãdauit:ut ſi maſculũ pareret: eũ ad ſe non ante mitteret:q̃ adultus ipſe ꝓ ſe reuoluto ſaxo gladiũ & calceos tollẽs ſecum ferret. Hinc.n.ægeus ſe cognituru ſpabat:an quem æthra foret paritura:ſibi filius eſſet. Theſeus igit̃ cũ adoleuiſſet ĩdicãte matre & ſaxum reuoluit:& calceos & gladiũ ſuſtulit:athenaſq; ꝓficiſcens multos latrones Iſthmum obſidẽtes interfecit. Cũ uero athenas ꝓueniſſet:non ante a patre agnitus ẽ:q̃ capulũ gladii ſui:quem ſaxo pater ipſe ſubiecerat: aſpexit: quo cognito:poculũq; ꝓuenenatũ ſtimulãte Medea iam porrectũ e filii manibus excuſſit. Facto in uno. In hoc uno facto: quo Medeam hoſpitio ſuſcepit. Proles ignara. Ignota legendum mihi uidetur:quãuis fere ignara legatur. Aconiton. herba eſt præſentiſſimi ueneni απο της ακονης. hoc eſt a cote dictum:quod in cotibus naſcatur: ut non ſolum Plynius:ſed ipſe quoq; ſcribit Ouidius.

Echidneæ canis. Cerberi canis tricipitis. Nam ut refert Plynius in uigeſimo ſeptimo naturalis hiſtoriæ: Fabulæ narrauere aconitum e ſpumis cerberi canis ortum:extrahẽte eũ ab inferis Hercule. Ideoq; apud Heracleam põticam: ubi monſtratur eius ad inferos aditus:gigni. Specus eſt. Iuxta Heracleam põticam:ubi Herculis ad inferos deſcenſus monſtratur. Tirynthius heros. Hercules a Tirynto patria cognominatus. Reſtantem. reſiſtentem.

Nexis adamante catenis. hoc eſt ex adamante cõfectis:ac per hoc firmiſſimis. Ternis latratibus. qatria habet capita. Quæ qa naſcuntur. Sic & Plynius quãuis aliã quoq; noſtris originẽ aſſignet: his qdem uerbis. Naſcitur in nudis cautibus: quas aconas uocant:& inde aconitum dixere:nullo iuxta nepuluere quidem nutriẽte. Hanc aliqui rõnem nominis attulere. Alii quoniam uis eadem ĩ mortem eſſet:quæ cotibus ad ferri aciem deterendam: ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. Cõiugis aſtu. uxoris aſtutia. Ignara. Ipſe inſcius. Facinuſq; excuſſit. Venenũ ab ore filii repulit. At genitor q̃q̃. Theſei geſta cõmemorat poeta: quo cõmodius metamorphoſin Scyllæ in auem cum ſuperiore fabula cõnectere poſſit. Diſcrimine paruo. parua differẽtia. Paulum enim abfuit:quin uenenũ Theſeus hauriret. Colla toroſa. Craſſa ac pinguia. Vinctorũ cornua. habentium cornua uittis colligata. Nullus erechthidis. Athenienſibus ab erechtheo rege dictis. Ea aũt feſta Theſeia a Theſeo uocata fuerũt.

Agitant. Celebrant. Vino ĩgenium faciẽte. Sic Horatius. Fœcundi calices quem non fecere diſertum. Te maxime theſeu. Carmina refert:quæ in Theſei laudem canebantur. Theſeus enim ægei filius ex æthra Pitthei filia tot præclara geſſit: ut iter hercules unus numeretur. Nã & Taurũ ab euryſteo ĩmiſſum atticam totam uaſtantem in Marathone interfecit. & uarios græciæ latrones ſuſtulit. Cretæi tauri. Cretẽſis. Ex creta enim ab Hercule ad Euryſteum ductus eſt. Nam Minos:ut fertur. Neptuno ſacrificaturus uictimam optauit maieſtate illius dignã:cui Neptunus Taurum optulit pulcherrimum. Eum cum ſeruare uellet Minos:iratus Neptunus:Tauro furorem immiſit:quo tota fere inſula fuit deuaſtata. Ad eum domandum miſſus eſt Hercules:quem uinctum ad Euryſteum duxit. Ab eo uero dimiſſus: eũ atticã deuaſtaret:a Theſeo fuit interfectus. Quodq; ſuam cremyona. Cremyon uicus eſt iuxta Corinthũ: qui diu a Cremyonia ſue matre & Calydonii & Erymanthii aprorum fuit uexatus : quæ a Theſeo interfecta ſecuros illius loci colonos præſtitit. Eſt etiam Cremyon urbs libyæ. unde Cremyonius deriuatur.

Excipit hanc ægeus facto damnandus in uno.
Nec ſatis hoſpitiũ ẽ. thalami quoq; fœdere iũgit.
Iamq; aderat theſeus proles ignara parenti:
Q ui uirtute ſua bimarem pacauerat iſthmon.
Huius in exitium miſcet medea:quod olim
Attulerat ſecum ſcythicis aconiton ab oris.
Illud echidnææ memorant e dentibus ortum
Eſſe canis. ſpecus eſt tenebroſo cæcus hiatu.
Eſt uia decliuis:per quam tirynthius heros
Reſtantem contraq; diem radioſq; micantes
Obliquantem oculos nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit:rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et ſparſit uirides ſpumis albentibus agros.
Has concreſſe putant:nactaſq; alimenta feracis
Fœcundique ſoli uires cepiſſe nocendi:
Q uæ quia naſcuntur dura uiuacia caute.
Agreſtes aconita uocant. ea coniugis aſtu
Ipſe parens ægeus nato prorrexit ut hoſti.
Sumpſerat ignara theſeus data pocula dextra:
Cum pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa ſui generis facinuſque excuſſit ab ore.
Effugit illa necem nebulis per carmina motis.
At genitor quanq̃ lætatur ſoſpite nato:
Attonitus tamen eſt geniti diſcrimine paruo
Committi potuiſſe nefas. fouet ignibus aras:
Muneribuſq; deos implet:feriuntque ſecures
Colla toroſa boum uinctorum cornua uittis.
Nullus erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies. agitant conuiuia patres:
Et medium uulgus. necnon & carmina uino
Ingenium faciente canunt. te maxime theſeu
Mirata eſt marathon cretæi ſanguine tauri.

Tellus epidauria.epidaurus urbs ẽ pelopõneſi æſculapii tẽplo nobilis:q̃ ut Stra.refert.Epitaurus ãtea uocabaſ. Clauigerá ꝓlẽ uulcái.Periphraſis ẽ piphiti latronis:q iuxta epidauꝝ cũ hoſpites ꝓimeret claua q̃dã:q̃ coryna uocabaſ:Corynetus fuit cognominatus. Is a Theſeo tandẽ: ut ſcribit Diodorus fuit ĩterfectus. Vidit & ĩmitẽ.Procruſtes: ut idẽ ſcribit Diodorus:eo ĩ loco terræ atticæ: q Curdalus diciſ:latrocinia exercẽs cogebat hoſpites ſupra lectũ aliquẽ aſcẽdere:quo ſi lõgiores fuiſſent:pars ſupeminẽs amputabaſ.Qui uero breuiores fuiſſent:pedibus diſtẽdebanſ:a qua re Procruſtes ẽt fuit cognomĩatus. Nã προκρούω.unde declinaſ: ſignificat impello. Is quoq; a Theſeo fuit interfectus. Immitem.crudelem. Cephiſias ora.regio quæ a cephiſo Atticæ fluuio alluitur. Cercyonis letum. Cercyon item latro Arcadicus: qui ꝓapud Eleuſinam uiatores ad certamen ꝓuocabat: uictoſq; ĩterficiebat:a Theſeo fuit ĩteremptus. Eleuſis aũt urbs eſt atticæ: ubi Cereris ẽ tẽplũ:a qua cerealis fuit cognomĩata. Occidit ille ſcynis.Scynis latro fuit.Iſtmũ obſidẽs:ut ĩ qnto refert Diodorus: q duas pinus flectebat:ac utriq; hoĩs brachia alligabat:deinde ſurſum emittẽs corpus ui diſcerptũ maximo cruciatu afficiebat. Iſtũ quoq; Theſeus ĩteremit. Tũtus ad alcathoen. alcathoe eadẽ eẽ uideſ cũ Megaris: q̃ a lelegibus:q poſtea cares dicti ſunt: ædificata fuit. Nã ut Stra.ſcribit:Cares cũ prius leleges & ĩſulares eẽnt fauẽtibus Cretẽſibus:q mileũ cõdidere:in cõtinẽte habitare cœpunt. Cõpoſito ſcirone.Sepulto.ſublato.Sciro aũt latro fuit: q ea Megaræ loca habitauit:q̃ ab eo ſcironia ſaxa uocanſ.Is pegrinos illac trãſeũtes cogebat ſeipos de pcipiti loco iactare:uel deductos ſupra ſcopulũ abruptũ ipe calce ĩ mare ꝓiiciebat. Scopulis nomẽ ſcironis ĩhæret.ut refert Stra.Scironides petræ atticis finibus:ĩminẽt iuxta mare trãſitũ nõ relĩquẽtes.Supra eas aũt uia ẽ ĩ atticã: atq; megara ab Iſtmo ducẽs.Caux quoq; uẽtũ ab illis ſaxis flãté ꝓcellaſq; ciẽtẽ ſcirona Atheniẽſes uocant. Fingit aũt poeta oſſa ſcironis ĩ mare ꝓiecti fuiſſe ĩ ſcopulos cõuerſa. Facta pmẽt ãnos.hoc ẽ geſta tua numero annos ſupabũt. Pro te ſortiſſime uota.Theſeia ſignificat: q̃ feſta ĩ Theſei honorẽ atheniẽſes inſtituerũt. Vſq; adeo nulla ẽ.parẽtheſis ẽ ſnĩam loco maxie accõmodatã cõtinẽs. Bella parat minos. Minoẽ iouis filiũ ex europa regẽ fuiſſe cretæ notius ẽ:q̃ ut ſit exponẽ dũ. Huic Androgeus filius fuit athletico certamĩe clarus:q cũ athenis ex paleſtra uictoriã reportaſſet: maximã ĩ ſe ĩuidiam cõcitauit.Quapp ĩſidiis ægei. Atheniẽſiũ regis occiſus cũ domũ nõ rediret.Mĩos pr aduerſus atheniẽſes bellũ mouit ipis & peſtilentiã & famẽ ĩprecatus: ut Androgei cædẽ ulciſceret: auctores plutarchus & Diod.Prius aũt q̃ oppugnaſ cœpiſſet athenas:uaria ſibi auxilia cõparauit:q̃ ſdã; ĩſulas expugnauit:q̃s enumerat poeta ac ſiq̃ ĩ his metamorphoſis fuit facta:deſcribit. Firmiſſimus. ferociſſimus. Ira patria. patri conueniente ob filii cædem. Iuſtis armis.bello iuſto:quippe quod fuit ſuſceptum pro filii cæde ulciſcenda. Quaq; patẽt aditus. Quocũq; nauibus poterat peruenire. Hinc anaphen ſibi iungit.Anaphe inſula eſt in cretico pelago una ex ſporadibus iuxta Theras:quæ a Membliaro qui una cum Cadmo ad quærendam europam nauigauit.Membliaros fuit appellata.Deinde argonautis a tempeſtate uexatis caligineq; opertis cum apparuiſſet:anaphe απο του αναφαινειν fuit cognominata. Et hinc ſtymphalea regna. Stimphalus quidem urbs eſt arcadiæ. Sed de hac mihi poeta ſentire non uidetur: cum inſulas enumeret ſibi a Minoe conciliatas. Forſitan autem deprauatus eſt hic uerſus:qui hinc aduerbio eraſo aſtypalæia expoſcere uidetur.Eſt enim Aſtypalæa inſula una ex cycladibus ab aſtypalæa ancæi matre denominata. Nã antea a caribus habitata Pirra:primũ: Deĩde palæa. τῦ θεσν τραπεζα.hoc ẽ deoꝝ meſa fuit appellata.Eſt auté etiã alia eiuſdẽ nomĩs cũ urbe ĩter Rhodũ & Cretã. Eſt & nomen duabꝫ urbiũ:quarũ altera ẽ ĩ Co ĩſula.altera ĩ Samo.Vnde Aſtypalæeus & aſtypalæata declinaſ.

Quodq; ſuã ſecurus arat cromyona colonus
Munus opuſq; tuum eſt. tellus epidauria per te
Clauigeram uidit uulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem cephiſias ora procruſten.
Cercionis letum uidit cerealis eleuſis.
Occidit ille ſynis magnis male uiribus uſus:
Q ui poterat curuare trabes:& agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad alcathoen lelegeia mœnia limes
Compoſito ſcirone patet:ſparſiſque latronis
Terra negat ſedem.ſedem negat oſſibus unda:
Q uæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopulos:ſcopulis nomen ſcironis inhæret.
Si titulos annoſque tuos numerare uelimus
Facta prement annos.pro te fortiſſime uota
Publica ſuſcipimus.bachi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi precibuſque fauentum
Regia:nec tota triſtis locus ullus in urbe eſt.
Nec tamẽ (uſqueadeo nulla ẽ ſyncera uoluptas:
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit) ægeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.
Bella parat minos: qui quãq̃ milite:quanq̃
Claſſe ualet:patria tamen eſt firmiſſimus ira:
Androgeique necem iuſtis ulciſcitur armis.
Ante tamen bello uires acquirit amicas:
Q uaq; patẽt aditus: uolucri freta claſſe perrat.
Hinc anaphen ſibi iungit:& aſtypaleia regna.
Promiſſis anaphen:regna aſtypaleia bello.
Hinc humilem myconen:cretoſaq; rura cymoli:
Florentemq; tenon.ſiphnon:planãq; ſeriphon:

Hinc humilem myconen Mycone quæ & myconus a Strabone uocatur una eſt ex Cycladibus. In ea ue-

ro insula dicuntur iacere nouissimi gigantum ab Herculæ lapidibus obruti. Fere autē Myconii sunt calui.

Cretosaq; rura Tymoli. Sic quidē corrupte. Cymoli uero per .c. recte legitur. Est enim Cymolus quæ & Echinusa insula in cretico mari una ex sporadibus: a qua terra Cymolia nūcupatur: ut Strabo scribit: ad quod alludens poeta cretosa Cymoli rura appellat. In illa nāq; effoditur creta q̄ Cymolia dicit purgandis uestibus apta. Florentemq; tyron cyprum. Hic quoq; uersus mihi uidetur esse deprauatus. Cum enim poeta enumeret insulas Cretæ uicinas: quas sibi Minos adiunxit: imperite admodū sporadibus atq; cycladibus Tyrō: quæ phœniciæ adiacet: ac cyprum quæ Syriæ: admisceret. Forsitan autem nō Tyron ac Cyprū: sed tenon & siphnum ē legendum. Est enim Tenos una ex cycladibus: ut refert Strabo: urbem nō sane magnam habens: uerum Neptuni phanū amplissimum ī luco extra muros spectatu dignum. In eo capacissima discūbentiū cōuiuaq; ædificata sunt triclinia. quod signum est frequentem finitimorum multitudinē eo conuenire solitam: qui una Neptuni sacrificia celebrarent: propter quod poeta florentem eā uocat. Siphnos aūt insula est Cymolo propinqua uisu spectabilis. Planamq; seriphon. Seriphos una est ex Cycladibus adeo lapidosa: ut qui Seriphiis cōuiciātur: id inspecta obuenisse Gorgone causentur. Nā ut refert Strabo in illa facta esse uulgātur: quæ a poetis ficta fuerunt. Dycten piscatorem arcā adduxisse retibus: in qua Perseus cum matre Danae cōtinebatur: cum utrūq; pater Acrisius in mare proiecisset. In illa uero insula Perseus educatus fuisse proditur: qui cū caput Gorgonis allatū Seriphiis ostendisset: uniuersos mutasse in lapides: idq; in matris ultionē factitasse: quia illis adiutoribus seriphi rex Polydectes nuptiis inuitā adegisset. Marmoreamq; paron. paros & ipsa quam primo plateam. postea Minoida uocarūt: una est ex Cycladibus primo platea. deinde Minois appellata: quæ lapidē ꝓducit quem pariū uocant: ad marmoreas sculpturas aptissimū. ex ea natus est Archilochus poeta: q corrupte apud Straboné Antilochus ē scriptus. Ad quod alludens Horatius inqt. Parios ego primus iambos ostendi latio. Quāq; ipia ꝓdidit arnen Sithonis. Quænā fuerit illa sithonis puella q̄ accepto auro hostibus. Arnen īsulā ꝓdiderit atq; ī Monedulā auē auri maxime furacē cōuersa fuerit non memini me legisse. Sithonis. thracia mulier. ē sithonia Thraciæ pars Macedoniæ finitima. unde Sithoniæ niues: apud Vergiliū dicunt. Velata monedula. Tecta. coopta. Monedula uero auis ē e gracculoꝝ genere sic dicta q̄si monetula. qđ monete canore capiat. At nō olearos. didymeq;. Insulæ sunt ægei ex cycladibus: quæ Minoi aduersus Athenienses auxiliū non tulerunt. Oenopiam Minos petit. Sic quidē legitur. Sed nisi apud Straboné ē mēdū: œnonā legendū ē. Nā quæ īsula postea ægina fuit appellata ab Æginа Aeaci matre: quā Iupiter: ut scribit Diodorus: ex Phliunte raptā ī illā trāstulit īsulā: antea œnona uocabat. Fuit aūt insula nobilissima: ut quæ & maris olim tenuerit īperiū & Aeacidaꝝ origo fuerit. Sane ægina locus ē ēt Epidauriæ terræ Sed ipse æacus æginā. Aeacū Iouis fuisse filiū cōstat: cui tres filii fuerūt Telamō. Peleus. Phocus. Admonitus patrii luctus. paternæ mœsticiæ: quam de filio conceperat. Populoꝝ cētū. Nā creta centū olim urbes habuisse ferē. Tumulo. Filii sepulchro. Huic asopiades. æacus asopi nepos. Aegina. n. æaci mī filia fuit Asopi fluuii. Stabūt magno. cōstabunt. Lyctia cretensis a lycto cretæ urbe: a Lycto Deucalionis filio cognominata. Veteris formæ. pristinæ pulchritudinis. Popularis oliuæ. In attica natæ populoue gratæ. Maior habet. causa cur a dextra læuaq; Clyton & Buten haberet. Maiores enī natu ī medio minoꝝ ī cedere solēt. Hic aūt Pallas unus e filiis Pādionis Athenaꝝ regis fuit. Quatuor. n. filii: ut scri. Stra. Pādioni fuerūt. Aegeus. Lycus. Pallas. Nisus.

Marmoreāq; paron: quāq; ipia prodidit arnen:
Scythonis accepto qđ auara poposcerat auro:
Mutata est in auem: quæ nunc quoq; diligit aurū:
Nigra pedes. nigris uelata monedula pennis.
At non olearos didymeq; & tenos & andros
Et gyaros: nitidæq; ferax peparethos oliuæ
Gnosiacas iuuere rates. latere inde siniſtro
Oenopiam minos petit æacideia regna.
Oenopiam ueteres appellauere. sed ipse
Aeacus æginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit: tantaq; uirum cognoscere fama
Expetit. occurrunt illi Telamonq;: minorque
Quā telamon peleus: & proles tertia phocus.
Ipse quoque egreditur tardus grauitate senili
Aeacus: & quæ sit ueniendi causa requirit.
Admonitus patrii luctus suspirat. & illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato sumpta: piæque
Pars sis militiæ. tumulo solatia posco:
Huic asopiades petis irrita dixit: & urbi
Non facienda meæ. neque enim cōiunctior ulla
Cecropidis hac est tellus. ea fœdera nobis.
Tristis abit: stabuntque tibi tua fœdera: magno
Dixit. & utilius bellum putat esse minari:
Quā gerere: atque suas ibi præcōsumere uires.
Classis ab Oenopiis etiam nunc lyctia muris
Spectari poterat: cum pleno concita uelo
Attica puppis adest: & portus intrat amicos:
Quæ cephalū patriæq; simul mādata ferebat.
Aeacidæ iuuenes longo post tempore uisum
Agnouere tamen cephalum: dextraq; dederūt.
Inque patris duxere domum. spectabilis heros
Et ueteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur ramum tenens popularis oliuæ:
Et dextra læuaque duos ætate minores.
Maior habet clyton & buten pallante creatos.
Postquam congressi primi sua uerba tulerunt

Totius achaidos.Achaiæ & græciæ. Peti.appeti a Minoe.hoc autem ait: quo facilius æaco persuadeat:ut Athenienſibus contra Minoem ferat auxilium. In capulo regni.in ſceptro. Et omnis eat. ueniat.uobiſcum ſubaudiatur. Superat mihi miles & hoſti.hoc eſt.Mihi milites ſuperſunt & ad iuuandos amicos & ad repellendos hoſtes. Memorare.prolixius narrare. Sine ullo ordine.Sine ullo prohœmio. Longa ambage.ſupflua oratione.Deſcribit autem poeta formicarum mutationem in Myrmidonas. Cum enim Iunonis ira Aeginæ incolæ peſtilentia fuiſſent abſumpti: Aeacus Iouem patrem rogauit: ut aut ſibi populũ ſuum reſtitueret: aut ſe quoq; uita priuaret. Iupiter uero quotquot formicæ in antiqua quercu erant in homies commutauit:quibus æacus agros diuiſit. Et quota pars.ac ſi diceret minima. Lues. peſtis. A pelice ægina.quam iuno odio perſequebatur:quippe cum qua iupiter coiuiſſet.Eleganter autem ſciteq; ea omnia deſcribit poeta:quæ tempore peſtis accidere ſolent. Opes.auxilia. Et ignauos æſtus. ab effectu:quod ignauos homines reddant & pigros.

Temeraſſe.Corrupiſſe. Strage canum primo. Hæc ex primo Iliados ſumpta eſſe uidentur. Nam Homerus peſtem in exercitum græcorum apollinis ira immiſſam deſcribẽs aſſerit primo canes muloſq; interiiſſe. Tabent.putreſcunt.

Cecropidæ:Cephalus peragit mandata.rogatq;
Auxilium fœduſque refert:& iura parentum.
Imperiumque peti totius achaidos addit.
Sic ubi mandatam iuuit facundia cauſam:
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra.
Ne petite auxilium:ſed ſumite dixit athenæ.
Nec dubie uires:quas hæc habet inſula: ueſtras
Dicite:& omnis eat rerum ſtatus iſte mearum.
Robora non deſunt.ſuperat mihi miles & hoſti.
Gratia diis:felix & inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit cephalus.creſcat tua ciuibus opto
Vrbs ait.adueniẽs equidem modo gaudia cepi:
Cum tam pulchra mihi:tam par ætate iuuentus
Obuia proceſſit.multos tamen inde requiro:
Q uos quondã uidi ueſtra ptius urbe receptus.
Aeacus ingemuit:triſtiq; ita uoce locutus.
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc utinam uobis poſſem memorare.ſine ullo
Ordine nunc repetã:neu lõga ãbage morer uos.
Oſſa ciniſque iacẽt:memori quos mẽte requiris:
Et quota pars illi rerum periere mearum:
Dira lues populis ira iunonis iniquæ
Incidit exoſæ dictas a pellice terras.
Dum uiſum eſt mortale malum: tantæq; latebat
Cauſa nocens cladis:pugnatum eſt arte medẽdi.
Exitium ſuperabat opes:uictæq; iacebant.
Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit:& ignauos incluſit nubibus æſtus.
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna.quater plenum tenuata retexuit orbem:
Letiferis calidi ſpirarunt æſtibus auſtri.
Conſtat & in fontes uitium ueniſſe: lacuſque:
Miliaque incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe:atque ſuis fluuios temeraſſe uenenis.
Strage canum primo uolucrũq; auiũq; bouũq;
Inq; feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros:medioq; recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros
Sponte ſua lanæq; cadunt:& corpore tabent.
Acer equus quõdam magnæq; in puluere famæ
Degenerat palmæ ueterumq; oblitus honorum
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit.nec fidere curſu
Cerua.nec armentis incurrere fortibus urſi.
Omnia langor habet.ſiluis agriſque uiiſque

Corpora fœda iacent.uitiantur odoribus auræ:
Mira loquar.non illa canes auidæq; uolucres.
Non cani tetigere lupi.dilapſa liqueſcunt:
Afflatuque nocent.& agunt contagia late.
Peruenit ad miſeros dãno grauiore colonos
Peſtis:& in magnæ dominatur mœnibus urbis.
Viſcera torrentur primo flammiſque fatiſcunt.
Indicium rubor eſt & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet:tepidiſque arentia uentis
Ora patent.auræque graues captantur hiatu.
Non ſtratum.non ulla pati uelamina poſſunt.
Dura ſed in terra ponunt præcordia.nec fit (uet.
Corpus humo gelidũ.ſed humus de corpore fer-
Nec moderator adeſt:inque ipſos ſæua medẽtes
Erumpit clades: obſuntque auctoribus artes.
Q uo propior quiſque ẽ: ſeruitq; fidelius ægro
In partem leti citius uenit:atque ſalutis
Spes abiit:finemque uident in funere morbi.
Indulgent animis:& nulla quid utile cura eſt:
Vtile enim nihil eſt.paſſim poſitoque pudore
Fontibus & fluuiis puteiſque capacibus hærent.
Nec ſitis eſt extincta prius:q̃ uita bibendo.
Inde graues morbo nequeunt cõſurgere.& ipſis
Immoriuntur aquis.aliquis tamẽ haurit & illas.
Tantaque ſunt miſeris inuiſi tedia lecti.
Proſiliunt.aut ſi prohibent conſiſtere uires:
Corpora deuoluũt in humum: fugiũtq; penates
Q uiſque ſuos. ſua cuiq; domus funeſta uidet.
Et quia cauſa latet:locus eſt in crimine notus.
Semianimes errare uiis:dum ſtare ualebant:
Aſpiceres.flentes alios.terraque iacentes:
Laſſaque uerſantes ſupremo lumina motu.
Membraq; pendentis tendunt ad ſydera cæli
Hic:illic ubi mors deprenderat:exhalantes.
Q uid mihi tunc animi fuit: aut quid debuit eẽ?
Vt uitam odiſſem: & cuperem pars eſſe meorũ.
Q uo ſe cunque acies oculorum flexerat:illic
Vulgus erat ſtratum: ueluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis:agitatæque ilice glandes.
Templa uides contra gradibus ſublimia longis:
Iupiter illa tenet.quis non altaribus illis
Irrita thura dedit? quotiens pro coniuge cõiũx.
Pro nato genitor dum uerba precantia dixit:
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inq; manu thuris pars inconſumpta reperta eſt:
Admoti quotiens templis:dum uota ſacerdos

Corpora fœda.Cadauera fœtentia. Odoribus. Cadauerum fœtoribus. Liqueſcunt.reſoluũtur.

Flãmiſq; fatiſcunt.hoc eſt ardore quodam inteſtino reſoluuntur. Auræ graues. pernicioſæ.

Non ſtratum.lectum. Moderator.rector.medicus. Erumpit.inuadit. Finemq; uidet in funere morbi. Ordo eſt & ſenſus. Finemq; morbi in funere & morte uidet. Indulgent animis.hoc eſt. faciunt,quicquid ipſis libet. Quid utile. Hoc uerbum ſit ſubintelligatur:ut ſit ſenſus.& nulla cura ẽ qd ſit utile. Haurit.bibit. Et illas.Etiam illas cadaueribus infectas in quibus multi immorieban-tur. Tantaq; ſunt miſeris. Adeo autem inquit inuiſos habent lectos:ut ex illis proſiliant. Aut ſi prohibent.hoc eſt.Si cui ſunt tam exiguæ uires:ut ſtare non poſſit atq; electo deſilire:deuoluit ſe quoquo modo poteſt in humum. Exhalantes. expirantes.

Fibra quoq; ægra. Vitiata. Fibras aũt uictimarũ haruſpices inſpiciebant: quo prædicere futura poſſent. Ante ſacros poſtes. Ante ſacras templorum ianuas. Feruntur: efferuntur. Nam extra urbem ſepeliebantur. Aut dantur in altos indotata rogos. Aut inquit ſine ullo ſepulturæ honore ĩ ignes mittuntur. Turbine. impetu. inuolutione. Notam. ſignum. De ſemine Dodonæo. Laus a loco. Dodona enim ſylua eſt Ioui dicata in qua columbæ reſponſa dabant. Frugilegas. fruges ac grana colligentes. Stabant. erectæ erant. Exercita. defatigata.

Concipit: & fundit purum inter cornua uinum:
Haud expectato ceciderunt uulnere tauri.
Ipſe ego ſacra ioui pro me patriaq; tribuſq;
Cum facerem natis: mugitus uictima diros
Edidit: & ſubito collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Fibra quoq; ægra notas ueri monituſq; deorum
Perdiderat. triſtes penetrant ad uiſcera morbi.
Ante ſacros uidi proiecta cadauera poſtes.
Ante ipſas: quo mors foret inuidioſior: aras.
Pars animum laqueo claudunt mortiſq; timorẽ
Morte fugant. ultroq; uocant uenientia fata.
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus. neq; enim capiebant funera portæ:
Aut inhumata premunt terras. aut dantʳ in altos
Indotata rogos. & iam reuerentia nulla eſt.
Deq; rogis pugnant: alieniſq; ignibus ardent.
Q ui lachryment deſunt: indefletæq; uagantur
Natorũq; matrumque animæ iuuenũq; ſenũq;:
Nec locus in tumulos: nec ſufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miſerarum turbine rerum
Iupiter o dixi: ſi te non falſa loquuntur
Iſſẽ ſub amplexus quondam aſopidos æginæ:
Nec te magne pater noſtri pudet eſſe parentem:
Aut mihi redde meos: aut me quoq; cõde ſepul-
Ille notã fulgore dedit tonitruq; ſecundo. (chro.
Accipio: ſintq; iſta precor felicia mentis
Signa tuæ dixi: quæ das mihi pignoris omen.
Forte fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra ioui quercus de ſæmine dodonæo.
Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes:
Rugoſoq; ſuum ſeruantes cortice callem.
Dum numerũ miror: totidem pater optime dixi
Tu mihi da ciues. & inania mœnia ſupple.
Intremuit: ramiſq; ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus. pauido mihi mẽbra timore
Horruerant. ſtabantq; comæ. tamẽ oſcula terræ
Ruboribuſque dedi. nec me ſperare fatebar.
Sperabam tamen: atq; animo mea uota fouebã.
Nox ſubit: & curis exercita corpora ſomnus
Occupat. ante oculos eadẽ mihi quercus adeſſe:
Et rami totidem: totidemque animalia ramis
Ferre ſuis uiſa eſt: pariterque tremiſcere motu:
Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere ĩ aruis.
Creſcere quod ſubito maius maiuſque uidetur.

Ac ſe tollere humo:rectoque aſſiſtere trunco:
Et maciem numerumque pedum nigrumq; colorem
Ponere:& humanam membris inducere formam.
Somnus abit.damno uigilans mea uiſa:querorque
In ſuperis opis eſſe nihil.at in ædibus ingens
Murmur erat:uoceſque hominum exaudire uidebar
Iam mihi deſuetas.dum ſuſpicor has quoq; ſomni
Eſſe:uenit telamon properus foribuſque recluſis
Speque fideq; pater dixit maiora uidebis.
Egredere.egredior:qualeſque in imagine ſomni
Viſus eram uidiſſe uiros ex ordine tales
Aſpicio noſcoque.adeunt:regemque ſalutant.
Vota ioui ſoluo:populiſque recentibus urbem
Partior:& uacuos priſcis cultoribus agros.
Myrmidonaſque uoco.nec origine nomina fraudo.
Corpora uidiſti.mores quos ante gerebant
Nunc quoq; habent.parcum genus eſt patienſq; laboꝝ:
Q uæſitique tenax:& quod quæſita reſeruet.
Hi te ad bella pares annis animiſque ſequentur:
Cum primum qui te feliciter attulit eurus
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in auſtros.
Talibus atque aliis longum ſermonibus illi
Impleuere diem.lucis pars optima menſæ
Eſt data.nox ſomnis.iubar aureus extulerat ſol.
Flabat adhuc eurus:redituraq; uela tenebat.
Ad cephalum pallante ſati:cui grandior ætas:
Ad regem cephalus ſimul & pallante creati
Conueniunt.ſed adhuc regem ſopor altus habebat.
Excipit æacides illos in limine phocus.
Nam telamon fraterq; uiros ad bella parabant.
Phocus in interius ſpatium pulchroſq; receſſus
Cecropidas duxit:cum quis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit æoliden ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum:cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus:
Sum nemorum ſtudioſus ait: cædiſque ferinæ:
Q ua tamen a ſilua teneas haſtile reciſum
Iamdudum dubito.certe ſi fraxinus eſſet:
Fulua colore foret:ſi cornus:nodus ineſſet.
Vnde ſit ignoro.ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit attæis e fratribus alter:& uſum
Maiorem ſpecie mirabere dixit in iſto.
Conſequitur quodcunque petit:fortunaq; miſſum
Non regit:& reuolat nullo referente cruentum.
Tum uero iuuenis nereius omnia quærit.

Myrmidonaſq; uoco. απο των μυρμηκων. hoc eſt a formicis quidem myrmidonas appellatos fuiſſe ait Poeta:ut qui fabulæ aſtipuletur. Strabo autem ſcribit Aeginenſes myrmidonas dictos: non ut ĩ fabulis canitur:quod magna inualeſcente peſtilentia formicæ æaco precante in homines uerſæ fuerint.ſed quia formicarũ more terram ſodientes ad petras eam apportarent:ut agri colendi materiam haberent:ac foſſas incolerent: ne latericiam facere atq; ædificare cogerentur. Eurus enim attulerat. Parentheſis eſt expoſitionem continens a poeta inſerta. Fraterq;.Peleus. Cum quis.Quibuſcum. Aeoliden.Cephalum æoli filium. Telum iaculabile.periphraſis eſt iaculi. Fortunaq; miſſum non regit.hoc eſt.nulli ſubiicitur fortunæ.Fruſtra enim nunquam mittitur. Iuuenis nereius.Phocus.Nereine pos.Nam Aeacus eum ex pſamathe Nerei filia ſuſtulit.

Pudore qua tulerit mercede ſilet. Pudore inquit reticet ipſum ab uxore acceſſe tum cum ſibi eam ĩdignatam: quod ſub imagine alieni uiri muneribus temptata fuiſſet: reconciliaſſet. Procris erat. Procris Erichthei Athenienſium regis filia fuit: quæ cum Cephalo nupſiſſet Auroræ odio: quæ Cephalum in ſuos amplexus conuertere nequiuit: ſub forma alieni uiri muneribus a Cephalo ipſo tẽptata fidem marito datã fractura uidebatur. Cum ſe cephalus indicaſſet: aufugiens ſyluas petiit: ac Dianæ comes effecta tãdem a Cephalo placatur: domũq; reuerſa marito & canem nomine lælapa & iaculum admirandæ pulchritudinis uirtutiſq; donauit. Cum autem cuiuſdam indicio cõperiſſet Cephalum cum quadam nympha nomine aura congredi ſolitũ: clam eum in ſyluas ſecuta ab inſcio marito eo telo quod ab ipſa dono acceperat: fuit interfecta. Dignior ipſa rapi. Nam Orythyia: quæ a Borea rapta fuiſſe fertur: & formoſior & laſciuior erat. Poſt ſacra iugalia. poſt nuptias celebratas. Sẽper florentis hymeti. Hymetus mons eſt ĩ attica regione ubi & mel optimum conficitur. Et marmor effoditur. Roſeo. pulchro. Mota dea eſt. commota & ĩdigna ta. Siſte. contine. Procrin habe. Ironice cum quadam ĩdignatione legendum. ut illud Vergilii. I ſequere Italiam uentis.

Eſſe metus cœpit. Zelotypus auroræ ira Cephalus ẽ effectus. Criminis exẽplum. Adulterii. Aurora nãq; unde redibat: exemplo erat: q̃ facile mulieres ĩ adulterium cadant. Ineo. Intro. Fide. Fidei. antiquorũ more: ut Vergilius. Libra die ſomniq; pares; ubi fecerit horas.

Cur ſit: & unde datum. quis tãti muneris auctor.
Quæ petit illa refert. & cætera nota pudore
Qua tulerit mercede ſilet: tactuſque dolore
Coniugis amiſſæ lachrymis ita fatur abortis.
Hoc me nate dea (quis poſſet credere) tælum
Flere facit: facitque diu: ſi uiuere nobis
Fata diu dederint. hoc me cum coniuge cara
Perdidit. hoc utinam caruiſſem munere ſemper.
Procris erat: ſi forte magis peruenit ad aures
Orithyia tuas: magnæ ſoror orithyiæ.
Si faciem moreſque uelis conferre duarum:
Dignior ipſa rapi. pater hãc mihi iũxit erichtheus
Hanc mihi iunxit amor. felix dicebar: eramque.
Non ita diis uiſum eſt. at nũc quoq; forſitã eſſem.
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis:
Cum me cornigeris tendentem rætia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis hymeti
Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris:
Inuitumque rapit. liceat mihi uera referre
Pace deæ: q; ſit roſeo ſpectabilis ore.
Quod teneat lucis. teneat confinia noctis.
Nectareis q; alatur aquis. ego procrin amabam.
Pectore procris erat. procris mihi ſemper in ore.
Sacra tori coituſque nouos thalamoſq; recentes
Primaque deſerti referebam fœdera lecti.
Mota dea eſt. & ſiſte tuas ingrate querelas.
Procrin habe dixit. quod ſi mea prouida mens ẽ:
Non habuiſſe uoles: meque illi irata remiſit.
Dum redeo: mecumq; deæ memorata retracto.
Eſſe metus cœpit: ne iura iugalia coniunx
Non bene ſeruaſſet. facies ætaſque iubebant
Credere adulterium. prohibebant credere mores.
Sed tamen abfuerã: ſed & hæc erat: unde redibã:
Criminis exemplũ. ſed cuncta timemus amantes.
Quærere quod doleam ſtatuo: doniſq; pudicã
Sollicitare fidem. fauet huic aurora timori:
Immutatq; meam (uideor ſenſiſſe) figuram.
Palladiaſq; ineo non cognoſcendus athenas.
Ingrediorq; domum. culpa domus ipſa carebat:
Caſtaq; ſigna dabat. dominoq; erat anxia rapto.
Vix aditus per mille dolos ad erichthida factus.
Vt uidi: obſtupui: meditataq; pene reliqui
Tentamenta fide. male me quin uera faterer
Continui. male quin ut oportuit: oſcula ferrem.
Triſtis erat. ſed nulla tamen formoſior illa
Eſſe poteſt triſti: deſiderioq; calebat

Coniugis arrepti.tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit:quam sic dolor ipse decebat.
Quid referã quotiens tentamina nostra pudici
Reppulerint mores? quotiens ego dixerit uni
Seruor ubicunq; est.uni mea gaudia seruo.
Cui non ista fidẽ satis experientia sano
Magna foret? non sum contentus.& ĩ mea pugno
Vulnera:dum census dare me promitto:loquẽdo
Muneraq; augendo tandem dubitare coegi.
Exclamo mala.pectora detego.tectus adulter:
Verus eram coniunx.me perfida teste teneris.
Illa nihil.tacito tantummodo uicta pudore
Insidiosa malo cum coniuge limina fugit.
Offensaq; mei genus omne perosa uirorum
Montibus errabat studiis operata dianæ.
Tum mihi deserto uiolentior ignis ad ossa
Peruenit.orabam ueniam:& peccasse fatebar.
Et potuisse datis simili succumbere culpæ
Me quoq; muneribus: si munera tanta darentur.
Hæc mihi confesso læsum prius ulta pudorem
Redditur:& dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea tanquam si parua dedisset
Dona:canem munus:quem cum sua traderet illi
Cynthia currendo superabit dixerat omnes.
Dat simul & iaculũ:manibus quod cernis habere:
Muneris alterius quæ sit fortuna requiris:
Accipe mirandum.nouitate mouebere facti.
Carmina naiades non intellecta priorum
Soluunt ingeniis:& præcipitata iacebat
Immemor ambagum uates obscura suarum
Scilicet alma themis:nec talia liquit inulta.
Protinus aoniis immissã est bellua thebis.
Cessit & exitio multis:pecorumq; suoque
Ruricolæ pauere feram.uicina iuuentus
Venimus:& latos indagine cinximus agros.
Illa leui uelox superabat rætia saltu:
Summaq; transibat positarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus:quos illa frequentes
Effugit:& cœtum non segnior alite ludit.
Poscor & ipse meum consensu lælapa magno.
(Muneris hoc nomẽ) iãdudum uincula pugnat
Exuere ipse sibi:colloque morantia tendit.
Vix bene missus erat:nec iam poteramus ubi eẽt
Scire.pedum calidus uestigia puluis habebat.
Ipse oculis ereptus erat.non ocior illo
Hasta.nec exutæ contorto uerbere glandes:

Offensaq; mei. Quod me offendisset. Offensa enim actiue.Offensio passiue accipi solet. Muneris alterius. Canis a procri uxore donati. Si autem coniunctio est subaudienda: ut intelligatur: si requiris. Exponit autem mutationem & feræ Themidis ĩdignatione in Thebanum agrum. immissæ & canis nomine Lælapis in saxa. Nam Thebani cum uidissent Naiadas:ac nymphas futura pdicere: Themidis deæ obscura dantis responsa templum deiecerunt. Ea uero indignata feram immisit: quæ & pecora & agrestes uexaret.Ad eam opprimendam cum alia Græciæ iuuentute conuenit etiam Cephalus cum Lælapa cane: qui cum in feram ineuitabile iaculum foret coniecturus: utrunq; aspexit in saxa commutatum. Soluunt. exponunt. Præcipitata.deiecta.contempta.

Ambagum.dictorum ambiguorum.

Aoniis thebis.Boetiis.Aonia enim pars est Boetiæ. Summa lina.Sũmos funes. metonymia est.ex lino enim funes conficiuntur. Positarum plagarum.Tentorum retium. Copula. Vinculum quo canes colligantur. Lælapa. A uelocitate & impetu nomen hoc inditum fuit cani. λαιλαψ enim turbo dicitur qui uentus est maxime impetuosus. Tendit.contendit. conatur. Exutæ glandes. expulsæ glandes plumbeæ. Contorto uerbere.contorta funda.

Fabula lelapi canis

Calamus. ſagitta ex calamo confecta. Gortyniaco ab arcu. Cretēſi. Nam gortyn quæ & gortys dicitur urbs eſt Cretæ a Gorty Heroe dicta. Hæc & lariſſa & Cremnia fuit appellata. Apex. uertex. Quo. in quo curſu. In gyrum. In orbem. Amētis indere. imponere. Amenta autem ſunt lora: quibus iacula facilius longiuſq; emittuntur. Naribus acres. Odori. Lina nodoſa. retia. Loca ſola. deſerta.

Nec gortiniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medii ſubiectis imminet aruis.
Tollor in hunc: capioque noui ſpectacula curſus.
Quo modo deprēdi. modo ſe ſubducere ab ipſo
Vulnere uiſa fera eſt: nec limite callida recto
In ſpatiumq; fugit. ſed decipit ora ſequentis:
Et redit in gyrum: ne ſit ſuus impetus hoſti.
Imminet hic. ſequiturq; parem. ſimiliſq; tenenti
Non tenet: & uanos exercet in aere morſus:
Ad iaculi uertebar opem: quod dextera librat
Dum mea. dum digitos amentis addere tempto:
Lumina deflexi: reuocataq; rurſus eodem
Rettuleram. & medio (mirū) duo marmora cāpo
Aſpicio. fugere hoc. illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambos certamine curſus
Eſſe deus uoluit: ſi quis deus affuit illis.
Hactenus. & tacuit. iaculo quod crimē i ipſo eſt:
Phocus ait. iaculi ſic crimina reddidit ille.
Gaudia principium noſtri ſunt phoce doloris.
Illa prius referam. iuuat o meminiſſe beati
Temporis æacide: quo primos rite per annos
Coniuge eram felix. felix erat illa marito.
Mutua cura duos: & amor ſocialis habebat.
Nec iouis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet (non ſi uenus ipſa ueniret)
Vlla erat. æquales urebant pectora flammæ.
Sole fere radiis feriente cacumina primis
Venatum in ſiluas iuueniliter ire ſolebam.
Nec mecum famuli: nec equi: nec naribus acres
Ire canes: nec lina ſequi nodoſa ſolebant.
Tutus eram iaculo. ſed cum ſatiata ferinæ
Dextera cædis erat: repetebā frigus & umbras:
Et quæ de gelidis exibat uallibus auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æſtu.
Auram expectabam. requies erat illa labori.
Aura (recordor enim) uenias cantare ſolebam.
Meq; iuues: intreſq; ſinus gratiſſima noſtros.
Vtq; facis releuare uelis (quibus urimur) æſtus.
Forſitan addideram (ſic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: & tu mihi magna uoluptas
Dicere ſum ſolitus. tu me reficiſq; foueſque.
Tu facis ut ſiluas: ut amem loca ſola: meoque
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Neſcio quis: nomenq; auræ tam ſæpe uocatum
Eſſe putat nymphæ. nymphā mihi credit amari.

Criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit:linguaq; refert audita ſuſurra.
Credula res amor eſt.ſubito collapſa dolore:
Vt mihi narratur;cecidit:longoque refecta
Tempore ſe miſeram:ſe fati dixit iniqui.
Deque fide queſta eſt:& crimine concita uano:
Q uod nihil ẽ:metuit.metuit ſine corpore nomẽ:
Et dolet infœlix ueluti de pellice uera.
Sæpe tamen dubitat:metuitq; miſerrima falli.
Indicioque fidem negat.& niſi uiderit ipſa:
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
Poſtera depulerant auroræ lumina noctem.
Egredior:ſiluaſq; peto:uictorq; per herbas
Aura ueni dixi:noſtroque medere labori.
Et ſubito gemitus inter mea uerba uidebar
Neſcio quos audiſſe.ueni tamen optima dicens
Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca
Sum ratus eſſe feram.telumq; uolatile miſi.
Procris erat.medioq; tenens in pectore uulnus
Hei mihi conclamat.uox eſt ubi cognita fidæ
Coniugis:ad uocem præceps amenſq; cucurri.
Semianimẽ & ſparſas fœdantem ſanguie ueſtes:
Et ſua (me miſerum) de uulnere dona trahentem
Inuenio:corpuſq; meo mihi carius ulnis
Mollibus attollo:ſciſſaque a pectore ueſte
Vulnera ſæua ligo:conorq; inhibere cruorem:
Neu me morte ſua ſceleratum deſerat:oro.
Viribus illa carens & iam moribunda coegit
Hæc ſe pauca loqui.per noſtri fœdera lecti:
Perq; deos ſupplex oro ſuperoſque meoſq;:
Per ſi quid merui de te bene:perq; manentem
Nũc quoq; cũ pereo cauſam mihi mortis amorẽ:
Ne thalamis auram patiare incumbere noſtris.
Dixit:& errorem tum deniq; nominis eſſe
Et ſenſi & docui.ſed quid docuiſſe iuuabat:
Labitur:& paruæ fugiunt cum ſanguine uires.
Dumq; aliq̃d ſpectare poteſt: me ſpectat: & i me
Infœlicem animam:noſtroq; exhalat in ore.
Sed uultu meliore mori ſecura uidetur.
Flẽtibꝫ hæc lachrymãs heros memorabat:& ecce
Aeacus ingreditur duplici cum prole:nouoq;
Milite:quem cephalus cũ fortibus accipit armis.

Suſurra.murmura & uoces: qbꝫ procrin uocabat. Flentibus. Phoco &;filiis pallantis. Duplici cum prole.cum duobus filiis Telamone:& Peleo:qui militum delectum habuerant.

Raphaelis Regii ī octauum Ouidii metamorphoseos librum enarrationes.

IAm nitidum regēte diem. Reditum Cephali cum auxiliis ab Aeaco acceptis poeta describens cōcinne octauum cū septimo libro connectit. Ante expectatum. anteq̄ expectarentur. Interea minos. Cū Megarā Minos oppugnaret: Scylla nisi regis filia Minois ipsius amore capta ei patriam prodere decreuit. Patri igitur dormiēti purpureum capillum: ī quo patriæ salus continebatur: recidit: quem cum ad Minoem pertulisset: conuiciis repulsa atq; contempta in auem Cirin fuit cōuersa: cū iam pater Nisus in halyætum auem fuisset commutatus. Lelegeia littora. Megarensia a Lelegibus populis condita. Alcathoe. Vrbs est quæ eadem esse cum megaris uidetur. Ostro. purpura. Magni fiducia regni. Quam diu enim crinem illum haberet: priuari non poterat regno.

Vocalibus. resonantibus. uocem reddētibus. Proles latonia. Apollo. Petere. percutere. Cydoneas. Cretenses. Cydonia enim urbs est cretæ: quæ prius Apollonia fuit uocata: A cydone apollinis & Acalidis filiæ Minois cognominata. Ducis europæi. Minois iouis & europæ filii. Nam ex europa Iupiter tres liberos suscepit: ut scribit Diodorus: Minoem. Rhadamāthum. Sarpedonem. Plus etiā q̄ nosse sat est. Nam eum etiam amabat. Sinuauerat. curuauerat. contraxerat. Dempto ære. adempta galea. Vix sua. hoc est uix ī sua erat potestate. Liceat modo. Possit.

Gnossia castra cretensia. Gnossus enim urbs est Cretæ. Dictæi regis. Cretensis. Nam dicte mons est Cretæ. Vnde Dictæus declinatur.

Pu. Ouidii nasonis metamorphoseos liber VIII.

IAm nitidū regente die noctisq; fugante
Tēpora lucifero cadit eurus: & hūida surgūt
Nubila: dāt placidi cursum redeūtibus austri
Aeacidis cephaloq;: quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos:
Interea minos lelegeia littora uastat:
Prætemptataq; sui uires mauortis in urbe
Alcathoe: quam nisus habet: cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de uertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta resurgebant orientis cornua lunæ:
Et pendebat adhuc belli fortuna. diuque
Inter utrunq; uolat dubiis uictoria pennis.
Regia turris erat uocalibus addita muris:
In quibus auratam proles latonia fertur
Deposuisse lyram. saxo sonus eius inhæsit.
Sæpe illuc solita est ascendere filia nisi:
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo:
Tunc cum pax esset. bello quoq; sæpe solebat
Spectare ex illa rigidi certamina martis.
Iamq; mora belli procerum quoq; nomina norat:
Armaq; equosq; habitusq; cydoneasq; pharetras.
Nouerat ante alios faciem ducis europæi.
Plus etiam q̄ nosse sat est. hac iudice minos
Seu caput abdiderat cristata casside pennis:
In galea formosus erat: seu sumpserat ære
Fulgētem clypeum: clypeum sumpsisse decebat.
Torserat adductis hastilia lenta lacertis.
Laudabat uirgo iunctam cum uiribus artem.
Impositis calamis patulos sinuauerat arcus.
Sic phœbum sumptis iurabat stare sagittis.
Cum uero faciem dempto nudauerat ære
Purpureus albi stratis insignia pictis
Terga premebat equi: spumantiaq; ora regebat:
Vix sua. uix sanæ uirgo niseia compos
Mentis erat. felix iaculum: quod tangeret ille:
Quæq; manu premeret felicia fræna uocabat.
Impetus est illi: liceat modo ferre per agmen
Virgineos hostile gradus. est impetu s illi
Turribus é summis in gnossia mittere corpus
Castra: uel æratas hosti recludere portas:

Vel ſi quid minos aliud uelit. utque ſedebat
Candida dictæi ſpectans tentoria regis:
Læter ait: doleam ue geri lachrymabile bellum
In dubio eſt. doleo q; minos hoſtis amanti eſt.
Sed niſi bella forent: nunq̃ mihi cognitus eſſet.
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obſide. me comitem. me pacis pignus haberet.
Si quæ te peperit talis pulcherrime regum:
Q ualis es ipſe fuit: merito deus arſit in illa.
O ego ter fœlix: ſi pennis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis.
Faſſaq; me flammaſq; meas qua dote rogarem
Vellet emi: tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia: q̃ ſim
Prodítione potens. q̃uis ſæpe utile uinci
Victoris placidi fecit clæmentia multis.
Iuſta gerit certe pro nato bella perempto.
Et cauſaque ualet: cauſamq; tuentibus armis
Vt puto uincemur: qui ſi manet exitus urbem:
Cur ſuus hæc illi referet mea mœnia mauors?
Et non noſter amor? melius ſine cæde: moraque
Impenſaque ſui poterit ſuperare cruoris.
Nam metuo certe. ne quis tua pectora minos
Vulneret imprudens. quis enim tam durus ut ĩ te
Dirigere immitem non inſcius audeat haſtam?
Cœpta placent: & ſtat ſententia tradere mecum
Dotalem patriam: finemq; imponere bello.
Verum uelle parum eſt. aditus cuſtodia ſeruat.
Clauſtraq; portarum genitor tenet. hunc ego ſolũ
Infelix timeo. ſolus mea uota moratur.
Dii facerent ſine patre forem. ſibi quiſq; profecto
Eſt deus. ignauis precibus fortuna repugnat.
Altera iam dudum ſuccenſa cupidine tanto
Perdere gauderet. quodcunque obſtaret amori.
Et cur ulla foret. me fortior? ire per ignes
Et gladios auſim. nec in hoc tamen ignibus ullis
Aut gladiis opus eſt: opus ẽ mihi crine paterno.
Ille mihi eſt auro precioſior. illa beatam
Purpura me: uotiq; mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit: tenebriſq; audacia creuit.
Prima quies aderat: qua curis feſſa diurnis
Pectora ſonus hẽt. thalamos taciturna paternos
Intrat: & (heu facinus) fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat. prædaq; potita nefanda
Fert ſecum ſpolium celeris: progreſſaque porta

Qua dote. Quo precio. Vellet emi. Impetrari ac optineri hoc tantum uellet: ne patriæ arces peteret. Pro nato. Pro filio Androgeo. Et cauſaq; ualet. Iuſtiorẽ cauſam fouet. Clauſtra portarum. Claues portarum urbis. Fatali crine. ĩ quo urbis fata continebantur.

Pauentem. nouitate rei ſtupeſcentem.
Exige pœnas. Sume pœnas. Officiũ.
beneficium. Te uero coniuge digna eſt.
Paſiphae Minois uxor tauri amore ca/
pta opera Dædali in lignea uacca incluſa
cum eo coire fuſtinuit: ex quo concubitu
Minotaurus eſt natus: qui partim Mino
em. partim taurum repreſentabat.

Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regem: quẽ ſic affata pauentem eſt.
Suaſit amor facinus. proles ego regia niſi
Scylla tibi trado patriamq; meoſque penates:
Præmia nulla peto: niſi te. cape pignus amoris
Pur pureũ crinem. nec me nunc tradere crinem:
Sed patrium tibi crede caput. ſceleratag; dextra
Munera porrexit. minos porrecta refugit.
Turbatuſque noui reſpondit imagine facti.
Dii te ſummoueant o noſtri infamia ſæcli
Orbe ſuo: telluſque tibi pontuſq; negetur.
Certe ego non patiar ioui incunabula creten:
Q ui meus eſt orbis: tantum contingere mõſtrũ.
Dixit: & ut leges captis iuſtiſſimus auctor
Hoſtibus impoſuit: claſſis retinacula ſolui
Iuſſit. & æratas impleri remige puppes.
Scylla freto poſtquam deductas nare carinas:
Nec præſtare ducem ſceleris ſibi præmia uidit:
Conſumptis precibus uiolentam tranſit in iram:
Intendenſq; manus paſſis furibunda capillis:
Q uo fugis exclamat meritorum auctore relicta
O patriæ prælate meæ. prælate parenti?
Q uo fugis immitis? cuius uictoria noſtrum.
Et ſcelus & meritum ẽ? nec te data munera? nec te
Noſter amor mouit? nec q; ſpes omnis in unum
Te mea congeſta ẽ? nã quo deſerta reuertar?
In patriam? ſuperata iacet. ſed finge manere:
Proditione mea clauſa eſt mihi. patris ad ora
Q uæ tibi donaui? ciues odere merentem.
Finitimi exemplum metuunt. obſtruximus orbẽ
Terrarum nobis: ut crete ſola pateret.
Hanc quoq; ſi prohibes: & nos ingrate relinquis:
Non genitrix europa tibi eſt: ſed ihoſpita ſyrtis:
Armeniæue tigres: auſtroq; agitata charybdis.
Nec ioue tu natus. nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt. generis falſa eſt ea fabula. uerum
Et ferus & captus nullius amore iuuencæ:
Q ui te progenuit taurus fuit. exige pœnas
Niſe pater. gaudete malis modo prodita noſtris
Mœnia. nam fateor merui: & ſum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis: quos impia læſi:
Me perimat. cur qui uiciſti crimine noſtro:
Inſequeris crimen? ſcelus hoc patriæq; patriſq;
Officium tibi ſit. te uero coniuge digna eſt:
Q uæ toruum ligno decepit adultera taurum.
Diſcordemq; utero fœtum tulit. ecquid ad aures

Perueniunt mea dicta tuas: an inania uenti
Verba ferunt idemq; tuas ingrate carinas:
Iamiam pasiphaen non est mirabile taurum
Præposuisse tibi. plus tu feritatis habebas.
Me miseram. properare iuuat. diuulsaq; remis
Vnda sonat: mecumq; simul mea terra recedit.
Nil agis o frustra meritorum oblite meorum.
Insequar inuitũ: puppimq; amplexa recuruam:
Per fræta longa trahar. uix dixerat. insilit undis:
Consequiturq; rates faciente cupidine uires:
Gnossiacæq; hæret comes inuidiosa carinæ:
Q uam pater ut uidit (nam iã pendebat ĩ auras:
Et modo factus auis fuluis alyætus in alis)
Ibat ut hærentem rostro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimisit: & aura cadentem
Sustinuisse leuis ne tangeret æquora uisa est.
Pluma fuit. plumis in auem mutata uocatur
Ciris. & a tonso est hoc nomen adepta capillo.
¶ Vota ioui minos taurorum sanguine centum
Soluit. & egressus ratibus curetida terram
Contigit: & spoliis decorata est regia fixis.
¶ Creuerat opprobrium generis: fœdũq; patebat
Matris adulterium monstri nouitate biformis.
Destinat hũc minos thalami remouere pudorẽ:
Multipliciq; domo cæcis includere tectis.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus: turbatque notas: & limina flexu
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.
Non secus ac liqdis phrygius mæandros ĩ undis
Ludit: & ambiguo lapsu refluitq; fluitque:
Occurrensq; sibi uenturas aspicit undas:
Et nũc ad fontes: nunc ad mare. uersus apertum
Incertas exercet aquas: ita dædalus implet
Innumeras errore uias: uixq; ipse reuerti
Ad limen potuit. tanta est fallacia tecti.
Q uo postquã geminam tauri iuueniq; figurã
Clausit: & actæo bis pastum sanguine mõstrum.
Tertia sors annis domuit repetita nouenis.
Vtq; ope uirginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo est inuenta relicto:
Protinus ægides rapta minoide diam
Vela dedit: comitemq; suam crudelis in illo
Littore destituit. desertæ & multa querenti
Amplexusq; & opem liber tulit: utq; perenni
Sydere clara foret: sumptam de fronte coronam
Immisit cælo: tenues uolat illa per auras.

Mea terra recedit recẽdere uidẽtur nauibus abeũtibus. Halyætus species est aquilæ clarissima oculorum acie: ut Plinius scribit: librans ex alto sese: uisoq; in mari pisce præceps in eum ruens: & discussis pectore aquis rapiens. Ciris. ἀπο του κειρειν. hoc est a tondendo fuit appellata. Vota ioui Minos. Descripturus poeta quẽadmodum Ariadnæ corona in sydus fuit conuersa: breuiter cõmemorat ea q̃ de Minotauri cæde feruntur. Minos enim uictor hoc tributo Athenienses pressit: ut nono quoq; anno nobilium liberi sorte ducti mitterentur in cretam Minotauro obiiciendi. Theseus igitur ægei regis filius: cum sors ad eum peruenisset: in cretam missus Ariadnæ Minois regis filiæ amore illius captæ auxilio seruatus est. Nam quo modo & Minotaurum interficeret monstrauit. & filo ad lanuam fixo e labyrintho a Dædalo extructo egrederetur ostendit. Quare occiso Minotauro Ariadnẽ una cũ Phædra sorore abducens in diam insulam primũ enauigauit: ubi ingrato Ariadna relicta cum se desertam quereretur: opemq; deorum inuocaret. Libero patri ita placuit. ut & eam sibi desponsarit: & ut æterna illius amoris uestigia essent. eius coronã in cælum miserit: cuius gemmæ in stellas conuersæ sydus coronæ simillimum effecerũt. Taurorum cẽtum. Hecatomben significat: quod erat centum boum sacrificium. Curetida terram. Cretẽsem. Nam curetes antiquissimi: Cretæ populi fuerunt. Opprobrium. dedecus. Minotaurus. Nam Pasiphaes solis filia: ac Minois uxor Veneris impulsu in Tauri amorem incidit: cui cum Dædali opera se suppositisset Minotaurum peperit: q partim Minoi partim tauro similis erat. Qua ex re facile Pasiphaes matris adulterium fuit deprehensum.
Cæcis. occultis. Meandros. fluuius est phrygiæ: cui: quia sæpenumero in se redire uidetur: similem ait labyrinthũ fuisse. Actæo sanguine. Athenien si. Tertia sors. Sorte enim ducebãtur: qui mitten di erant. Tunc autem Theseus fuit eductus. Annis nouenis. post nouem annos. Vtq; ope uirginea. Posteaquã inquit auxilio uirginis Ariadnes e labyrintho Theseus est egressus nauem cõscendit.
Rapta minoide. Ariadna Minois filia abducta.
Diam. insula est dia una ex cycladibus: haud longe distãs a Creta Ariadnæ & Bacchi amoribus clarissima. Quam & naxon: & strongylen: & Dionysiada a uinearum fertilitate: & Siciliã minorẽ: & callipolim appellatã fuisse: Plynius scribit. Multæ quoq; urbes diæ fuerunt uocitatæ. Est enim dia urbs Thessaliæ ab Aeaco ædificata. Est Thraciæ altera iuxta atho montem. Tertia est Euboeæ. Quarta est insula cum urbe Pelopõneso adiacens. Quinta ẽ lusitaniæ. Sexta Italiæ iuxta alpes. Septima Scythiæ. Octaua Cariæ. Nona Bithyniæ iuxta pontum.

Specie coronæ. Figura. Nam illud ſydus corona uocatur. Qui medius nixi genu. Coronæ ſydus medium eſſe ait & eius qui ενγονασι a græcis uocatur. hoc eſt in genibus: & eius qui uocatur ophiuchos. id eſt anguem tenens. Dædalus interea. Perdicis Pueri Athenienſis tranſmutationem i ſui nominis auem poeta narraturus: quæ de uolatu Dædali atq; Icari feruntur præmittit. Nam Dædalus Athenienſis Eupalmi filius cum Perdicam ſororis filium optimæ indolis iuuenem per inuidiã: quod & ſerram & circinũ inueniſſet: iteremiſſe diceretur iudicii euentum timens in cretam aufugit. Eius uero opera & Paſiphae in lignea uacca icluſa cum tauro coiuit: & Ariadna Theſeum ſeruauit. Quæ cum minos reſciuiſſet illum in labyrinthum una cũ Icaro filio coniecit. Dædalus ingenio pollens pẽnas ad ſe uarii generis afferri curauit: ex quibus & ſibi & filio alas confecit: itaq; aptauit ut auiũ more e Creta euolarint. At dædalus quidem: quo uoluit incolumis puenit. Icarus uero patris mandatorum neglector: cum altius q̃ pater euolare gauderet reſolutis calore pennis i mare cecidit: quod ab eo Icarium ex ſententia Ouidii fuit cognominatũ. Cum uero Dædalus filium ſepeliret: forte Perdix noua tunc auis ipſum aſpiciens mærentem ualde eſt gauiſa. Cum enim eſſet iuuenis ingenioſiſſimus iamq; ſerram circinũq; inueniſſet: a Dædalo iuidia moto ex Palladis arce deiectus auxilio ipſius Palladis i auem ſui nominis fuit cõmutatus. Loci natalis. Patriæ in qua natus erat. Vt cliuo creuiſſe putes. Vt poſſis eas putare in cliuo aliquo creuiſſe. Librauit. ſuſpendit. Neu te ſpectare Booten. Icarum admonet Dædalus: ut ſe ſequatur. Neq; enim opus eſſe: ut uolatum ſuum dirigat ad ſideꝝ rationem: quæ nautæ maxime obſeruant. Bootes autem ſydus eſt qui & arctophilax dicitur: qui agitare plauſtrum uidetur. Vnde & abobus nomen accepit. Septentriones autem ſignificat; quos nautæ potiſſimum reſpiciunt. Helice uero maior ẽ urſa; ſic dicta ab helice urbe Arcadiæ in qua Caliſto nata eſſe fertur. Orion quod ſidus eſt nauiculatoribus maxime notũ. Vnde Vergilius Armatumq; auro circũſpicit oriona.

Damnoſas artes. pernicioſas: quod exitu probatum eſt. Iunonia ſamos. Iunoni dicata. Nam ibi Iuno & nata & educata & Ioui uxor tradita dicitur. Eſt autem inſula in ægeo quæ & ſamothracia dicitur: quod Thraciæ adiaceat. Vnde Vergilius Threiciamq; Samon: quæ nunc Samothracia fertur. Eſt etiam alia Samos iſula Cariæ adiacens: quæ prius. tum Parthenia. tum Dryuſa. tum anemuſa. tũ melamphylos fuit appellata. Delos quoq; & Paros iſulæ ſunt Aegei: ut iam ſæpius diximus. Dextra lebyntos erat. Lebyntos inſula eſt una ex cycladibus. Calydne quoq; inſula eſt cycladũ una mellis ferax.

Dumq; uolant gemmæ: nitidos uertũtur i ignes:
Conſiſtuntque loco ſpecie remanente coronæ:
Q ui medius nixiq; genu eſt anguemq; tenẽtis.
Dædalus interea creten longumq; peroſus
Exilium tactuſque loci natalis amore:
Clauſus erat pelago: terras licet inquit & undas.
Obſtruat: at cælum certe patet. ibimus illac.
Omnia poſſideat. non poſſidet aera minos.
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:
Naturamq; nouat. nam ponit in ordine pennas
A minima cœptas longam breuiore ſequente:
Vt cliuo creuiſſe putes. ſic ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Tunc lino medias: & cæris alligat imas.
Atque ita compoſitas paruo curuamine flectit:
Vt ueras imitetur aues. puer icarus una
Stabat: & ignarus ſua ſe tractare pericla
Ore renidenti modo quas uaga mouerat aura:
Captabat plumas. flauam modo pollice cæram
Mollibat: luſuque ſuo mirabile patris
Impediebat opus. poſtquã manus ultima cœpto
Impoſita eſt: geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus: motaque pependit in aura.
Inſtruit & natum. medioque ut limite curras
Icare ait moneo: ne ſi demiſſior ibis:
Vnda grauet pennas: ſi celſior: ignis adurat.
Inter utrunque uola. nec te ſpectare booten:
Aut helicen iubeo: ſtrictumq; orionis enſem.
Meduce carpe uiam. pariter præcepta uolandi
Tradit. & ignotas humeris accõmodat alas.
Inter opus monituſque genæ maduere ſeniles.
Et patriæ tremuere manus. dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo. penniſque leuatus
Ante uolat: comitique timet: uelut ales ab alto
Q uæ teneram prolem produxit in aere nido.
Hortaturque ſequi. damnoſaſq; erudit artes.
Et mouet ipſe ſuas: & nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dũ captat harundine piſces
Aut paſtor baculo: ſtiuæq; innixus arator
Vidit: & obſtupuit: qq; æthera carpere poſſent:
Credidit eſſe deos: & iam iunonia leua
Parte ſamos fuerat: deloſque paroſque relictæ.
Dextra lebintos erat: fœcũdaq; melle calymnos
Cum puer audaci cœpit gaudere uolatu:
Deſeruitq; ducem: cælique cupidine tactus:
Altius egit iter. rapidi uicinia ſolis

Mollit odoratas pennarum uincula cæras.
Tepuerant cæræ.nudos quatit ille lacertos.
Remigioque carens non ullas percipit auras.
Oraq; cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua:quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix nec iam pater icare dixit
Icare dixit ubi es? qua te regione requiram?
Icare dicebat.pennas aſpexit in undis.
Deuouitque ſuas artes:corpuſq; ſepulchro
Condidit:& tellus a nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpore nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix.
Et plauſit pennis:teſtataque gaudia cantu eſt
Vnica tunc uolucris:nec uiſa prioribus annis.
Factaq; nuper auis longum tibi dædale crimen.
Namq; huic tradiderat fatorum ignara docendã
Progeniem germana ſuam natalibus actis
Bis puerum ſenis animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum:ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes:& ſerræ repperit uſum
Primus.& ex uno duo ferrea brachia nodo (uerum deſcribit)
Iunxit ut æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret:pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit:ſacraque ex arce mineruæ
Præcipitem miſit:lapſum mentitus.at illum
Quæ fauet ingeniis excepit pallas.auemque
Reddidit:& medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenii quondam uelocis in alas
Inque pedes abiit.nomen quod & ante remanſit.
Non tamen hæc alte uolucris ſua corpora tollit.
Nec facit in ramis altoque cacumine nidos.
Præter humum uolitat:ponitq; in ſepibus oua:
Antiquique memor metuit ſublimia caſus.
Iamque fatigatum tellus etnæa tenebat
Dædalon:& ſumptis pro ſupplice cocalus armis
Mitis habebatur:iam lamentabile athenæ
Pendere deſierant theſea laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemque mineruam
Cum ioue diiſque uocant aliis:quos ſanguie uoto
Muneribuſque datis & aceruis thuris honorant.
Sparſerat argolicas nomen uaga fama per urbes
Theſeos:& populi:quos diues achaia cepit:
Huius opem magnis imploraue re periclis.
Huius opem calydon:q̃uis meleagron haberet:
Sollicita ſupplex petiit prece.cauſa petendi

Quæ nomen traxit ab illo. Nam mare Icariũ ab icaro fuit appellatũ:ut ſentit Ouidius.ut uero alii ab Icaro iſula fuit cognominatũ. Et tellus a nomine dicta ſepulti.Icaros enim inſula ab icaro Dædali filio illic ſepulto dicta uidetur. Longum crimen.magnum. Nã Dædalus eum de palladis arce.deieciſſe criminatus eſt. Et ex uno duo ferrea brachia nodo. Illum circini quoq; inuentorem fuiſſe ait. Præter humũ.Iuxta terrã. Iamq; fatigatũ tellus ætnæa.Narraturus poeta ſoroꝛ Meleagri cõuerſione ĩ aues Meleagridas a fratre uocatas :uenationem Apri Calydonii prius deſcribit. Oeneus enim Parthaonis filius rex Calydoniæ cũ decimas frugum diis oĩbus præterquã Dianæ pſoluiſſet: iram deæ ĩ ſe cõcitauit. Maximus nanq; aper ab ea ĩmiſſus Calydoniæ agros ita uaſtabat: ut oĩa deſerta uiderẽtur. Quare meleager œnei patris iuſſu cõuocatã græciæ iuuentutem ĩ apri uenationẽ eduxit:quẽ cũ Atalãta Schœnei filia ſpecioſiſſima prima uulnerãſſet ſagitta:uiſa eſt Meleagro digna: cui ætate formaq; placebat:quæ capite pelleq; interẽpti apri donaret. Cæteꝛ. Plexippus. Toxeus:& Agenor Theſtii filii fratreſq; Althee matris Meleagri ægre ferentes fœminã uiris ꝓponi cũ ſpolia Atalantæ peruim auferre uellent:a Meleagro fuerũt interfecti. Quod qdẽ cũ Althea reſciuiſſet: fratrũ cædem ultura ſtipitẽ: quem parcæ in Meleagri natiuitate ex igni rapiẽtes ceciderant cũ eo Meleagrũ ipm & uicturũ & periturum:ĩ igne cõiecit. Quo abſumpto Meleager quoq; cũ maximo totius Calydoniæ merore ĩteriit. Cum uero eius ſoroꝛes flere nũquã deſineret deoꝛ miſericordia ĩ aues a fratris nomĩe Meleagridas cognominatas conuerſæ fuere. Iamq; fatigatum . Dædalus Minois iram fugiens ad Cocalum ſiciliæ regem peruenit:a quo & tutatus & hoſpitio ſuſceptus eſt. Theſea laude.Theſei uirtute. Pro eo enĩ quod præcedit id quod ſequitur poſitũ eſt.Virtutem nãq; laus cõſequi ſolet. Hæc uero ad cõnectendas fabulas narrãtur. Huius opem Calydon.Calydon urbs eſt Aetoliæ a Calydone Endymionis uel ætoli filio appellata.Vnde Calydonius declinatur. Palladios latices. Oleũ dicit a Pallade iuentũ.

Latoidos.Dianæ filiæ Latonæ. Herbi
da epirus.herbosa. Epirus uero continen/
tem significat.Sed frequenter quidem pro
ea ponitur regione:quæ & Chaonia appel/
latur. Dentibus indis. elephantinis.

Caluere.cõmoti fuere. Tyndaridæ ge
mini.Castor & pollux gemelli Tyndari fi
lii: ac Ledæ putati:cum essent Iouis:quoꝝ
alter pugil fuit præclarus:Castor autẽ do/
mitor equorum ab Homero aliisq; poe/
tis fuisse memoratur. Cæstibus. armis
quibus pugiles utuntur. Et duo Thestia
dæ.Thestii filii Toxeus & Plexippus. Et
proles ephyreia lynceus. Ephyreia quidẽ
legitur:ut ab ephyre urbe:quæ nũc corin/
thus dicit̃ declinetur.sed mihi recte apha/
reia ab eo:qui hoc opus e latina ī græcam
linguam uertit: legi uidetur: ut intelliga/
mus Lyncæum acutissimi uisus hominẽ
Apharei filium fuisse. Et cretus Amyn/
tore Phœnix. Phœnix amyntoris filius. q
impellente matre posteaquam cum pelli/
ce patris rem habuisset: imprecationes il/
lius effugiens ad peleum peruenit: a quo
ut narrat Homerus: hospitio benignissi/
me susceptus Achillis educandi instituen/
diq; curam suscepit: ut illi & dicendoꝝ &
agendorum pater fuerit. Alter etiam fuit
Phœnix Agenoris pater:a quo Phœnicia
fuit denominata. Auem quoq; esse Phœ/
nicem nemo est qui ignoret. Actoridæq;
parẽs. Menœtii ẽ piphrasis.Nã menœtius
Patrocli:q Actorides ab Actore auo dicit̃:
fuit pater:ut apte in.xi.Iliados scribit Ho/
merus. Et hyãtæo Iolao. Boetio. Hyãtes
enī populi sũt Boetiæ:ut diximus. Nary
ciusq; lelex. Naryx urbs ẽ locridis q̃ & Na
ryciũ & naryce dicit̃.unde narycius possẽ
sium declinat̃.Ab hoc uero lelege popu/
li leleges fuere cognominati. Antiquis
amyclis.Amyclæ urbs ẽ Laconiæ ab amy
cla Lacedæmonis filio ædificata atq; co/
gnomīata.fuerũt ẽt Amyclæ in italia lace/
dæmonioꝝ colonia iter Caietã & Terraci
nã.q̃ tacẽdo perierũt.unde Vergilius eas ta
citas appellauit. Tacitis regnauit amyclis.
Amycleũ ẽt ẽ ī Creta urbs & portus. Pe/
nelopes socer. Laertes Vlyssis pater. Cũ
parrhasio ancæo.Arcadico.Est.n. parrha/
sia arcadiæ urbs:ut iã diximus. Et adhuc
a cõiuge tutus Oeclides.Amphiaraus Oe/
clii filius:q cũ uaticinãdi pitissimns cogno
uisset a Thebãno bello se nõ redituꝝ:ita la/
tebras petiit : ut oĩa tamen Eripyle uxori:
quã fidissimã putabat: indicaret. Illa uero
ab Argia adrasti filia monili accepto: qđ
uulcanus Hermiõæ priuignæ dono dede/
rat:maritũ Adrasto ꝓdidit:q Thebanum
agrũ ingressus una cũ curru a Tellure fuit
absorptus. Tegæea. Arcadica.Nã Tegæa
urbs ẽ arcadiæ: qđ nomẽ,trisyllabũ qdẽ ẽ.
sed qđ ĩde declĩat̃ possessiuũ: ita q̃tuor syl
labaꝝ efficitur ut penultima sit longa.Est etiã Tegea ī Creta a Talthybio ædificata. unde Tegeatæ dicuntur.

nõ ḡnũ reddẽ
nẽ decimã/

Sus erat infestæ famulus uindexq; dianæ.
Oenea nanq; ferunt plenis successibus anni
Primitias frugum cereri.sua uina lyæo:
Palladios flauæ latices libasse mineruæ
Cœptus ab agricolis superos peruenit ad omnes
Ambitiosus honor.solas sine thure relictas
Præteritas cessasse ferunt latoidos aras.
Tangit & ira deos.at non impune feremus:
Q uæque inhonoratæ:non & dicemur inultæ
Inquit:& oeneios ultorem spreta per agros
Misit aprum:quanto maiores hærbida tauros
Non habet epirus:sed habent sicula arua minores.
Sanguine & igne micant oculi.riget horrida ceruix:
Et setæ densis similes hastilibus horrent.
Stantq; uelut uallum.uelut alta hastilia setæ.
Feruida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit.dentes æquantur dentibus indis.
Fulmen ab ore uenit.frondes afflatibus ardent.
Is modo crescentes segetes proculcat in herba.
Nunc matura metit fleturi uota coloni.
Et cererem in spicis intercipit.area frustra.
Et frustra expectant promissas horrea messes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus:
Baccaq; cum ramis semper frondentis oliuæ.
Sæuit & in pecudes.non has pastorue canisue.
Non armenta truces possunt defendere tauri.
Diffugiunt populi.nec sese in mœnibus urbis
Esse putant tutos:donec meleagros & una
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Tyndaridæ gemini præstantes cæstibus alter.
Alter equo:primæque ratis molitor iason.
Et cum pirithoo fœlix concordia theseus:
Et duo thestiadæ:& proles aphareia lynceus:
Plexippusq; ferox:iaculoque insignis acastus:
Et uelox idas:& iam non fœmina cæneus:
Hippothasq;:driasq;:& cretus amyntore phœnix:
Actoridæq; pares:& missus ab elide pelas
Nec telamon aberat:magniq; creator achillis:
Cumq; pheretiade & hyantæo iolao
Impiger eurition:cursuq; inuictus echion:
Nericiusq; lelex panopeus:hyleusque:feroxque
Hippasus:& primis etiam nunc nestor in annis.
Et quos hippocoon antiquis misit amyclis:
Penelopesque socer cum parrhasio ancæo:
Ampycidesq; sagax:& adhuc a coniuge tutus
Oeclides:nemorisq; decus tegeæa lycei

Venit atalantes ſchœnei pulcherrima uirgo.
Raſilis huic ſummam mordedat fibula ueſtem.
Crinis erat ſimplex nodum collectus in unum.
Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo
Telorum cuſtos.arcum quoq; læua tenebat.
Talis erat cultu.facies quam dicere uere
Virgineam in puero.puerilem in uirgine poſſes.
Hanc pariter uidit pariter calydonius heros
Optauit renuente deo:flammaſq; latentes
Hauſit.& o fœlix ſi quem dignabitur inquit
Iſta uirum.nec plura ſinit tempuſque pudorq;
Dicere.maius opus magni certaminis urget.
Silua frequens trabibus:quã nulla ceciderat ætas:
Incipit a plano:deuexaq; proſpicit arua.
Q uo poſtquam uenere uiri: pars retia tendunt.
Vincula pars adimũt canibus.pars preſſa ſequũt
Signa pedum: capiũtq; ſuum reperire periclum.
Concaua uallis erat:quo ſe demittere riui
Aſſuerant pluuialis aquæ:tenet ima lacunæ
Lenta ſalix:uluæq; leues:iuncique paluſtres:
Viminaq;:& longæ parua ſub arundine cannæ.
Hinc aper excitus medios uiolentus in hoſtes
Fertur:ut excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur in curſu nemus:& propulſa fragorem
Silua dat.exclamant iuuenes:protentaq; forti
Tæla tenent dextra lato uibrantia ferro.
Ille ruit:ſpargitque canes ut quiſque furenti
Obſtat:& obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis echionio primum contorta lacerto
Vana fuit:truncoq; dedit leue uulnus acerno.
Proxima ſi nimiis mittentis uiribus uſa
Non foret:in tergo uiſa eſt hæſura petito.
Longius it.auctor tæli pagaſeius iaſon.
Phœbe ait ampycides:ſi te coluique coloq;:
Da mihi quod petitur certo contingere tælo.
Q uã potuit precibus deus annuit.ictus ab illo ẽ:
Sed ſine uulnere aper:ferrumq; diana uolanti
Abſtulerat iaculo:lignum ſine acumine uenit.
Ira feri mota eſt:nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex oculis:ſpirat quoq; pectore flãmas.
Vtque uolat moles adducto concita neruo
Cum petit aut muros aut plenas milite turres:
In iuuenes certo ſic impete uulnificus ſus
Fertur: & eupalamon pelagonaq; dextra tuentes
Cornua proſternit.ſocii rapuere iacentes.
At non letiferos effugit enæſimus ictus

Venit Atalantis cænei.Sic quidem legi/tur.ſed atalãte & ſchœnei mihi recte a græcis legi uidetur. Nam Atalanta Schœnei filia fuit formoſiſſima:ex qua Meleager Parthenopeum ſuſcepit.altera fuit Atalãta iaſii filii Abantis argiuorum regis filia. Raſilis fibula.raſum cingulum. A parte enirã totum intelligitur. Telorum cuſtos. Pharetræ periphraſis. Et longæ parua ſub arundine cannæ.hoc eſt Lõgæ cannæ cum breui calamo.præpoſitio enim pro præpoſitione poſita eſt.

cõpã de atalãte/.

Hippocõte ſatus.trepidantem & terga parantem
Vertere ſucciſo liquerunt poplite nerui.
Forſitan & pilius citra troiana periſſet
Tempora.ſed ſumpto poſita conamine ab haſta
Arboris inſiluit:quæ ſtabat proxima:ramis:
Deſpexitq; loco tutus:quem fugerat hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis|
Imminet exitio.fidenſq; recentibus armis
Orytiæ magni roſtro femur hauſit adunco.
At gemini nondum cæleſtia ſydera fratres
Ambo conſpicui.niue candidioribus ambo
Vectabantur equis.ambo uibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent:niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet nec equo loca peruia ſiluas.
Perſequitur telamon:ſtudioq; incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc peleus:celerem tegeæa ſagittam
Impoſuit neruo:ſinuatoq; expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſũmum diſtrinxit arundo
Corpus:& exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus
Q uam meleager erat.primus uidiſſe putatur:
Et primus ſociis uiſum oſtendiſſe cruorem:
Et meritum dixiſſe feres uirtutis honorem.
Erubuere uiri:ſeq; exhortantur:& addunt
Cum clamore animos: iaciuntq; ſine ordine tæla.
Turba nocet iactis:& quos petit impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer arcas
Diſcite fœmineis quid tæla uirilia præſtent
O iuuenes:operiq; meo concedite dixit.
Ipſa ſuis licet hunc latonia protegat armis:
Inuita tamen hunc perimet mea dextra diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore:
Ancipitemq; manu tollens utraq; ſecurim
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem:quaq; eſt uia proxima leto:
Summa ferus geminos direxit ad inguina dẽtes.
Concidit ancæus:glomerataq; ſanguine multo
Viſcera lapſa fluunt:madefactaq; terra cruore ẽ.
Ibat in aduerſum proles ixionis hoſtem
Pirithous ualida quatiens uenabula dextra:
Cui procul ægides.o me mihi carior inquit
Pars animæ conſiſte meæ.licet eminus eſſe
Fortibus.ancæo nocuit temeraria uirtus.
Dixit:& ærata torſit graue cuſpide cornu:

Forſitan & pylius.Neſtor a Pylo urbe Meſſeniæ cui imperauit. Hauſit.aperuit percuſſit. Nõdum cæleſtia ſidera. Gemini qui unum ex Zodiaci ſignis conſtituunt: caſtor ac pollux eſſe dicuntur. Diſtrinxit. Vulnerauit. Bipennifer arcas. Ancæus arcadicus bipennem ferens. Ancipitem ſecurim. ex utraq; parte incidentem. Vtrinq; acutam.

Cui bene librato:uoticq; potente futuro.
Obstitit æsculea frondosus ab arbore ramus.
Misit & æsonides iaculū:quod casus ab illo
Vertit:& in mentum figit latrantis:& inter
Ilia coniectum tellure per ilia fixum est.
At manus oenide uariat:missilisq; duabus
Hasta prior terra.medio stetit altera tergo.
Nec mora:dum sæuit.dum corpora uersat i orbē:
Stridentemq; nouo spumā cum sanguine fundit:
Vulneris auctor adest:hostemq; irritat ad iram.
Splendidaq; aduersos uenabula condit ī armos.
Gaudia testantur socii clamore secundo:
Victricemq; petunt dextræ coniungere dextrā.
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes spectant:neq; adhuc contingere tutum
Esse putant.sed tela tamen sua quisq; cruentat.
Ipse pede imposito caput exitiabile pressit.
Atq; ita.sume mei spolium nonacria iuris
Dixit:& in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia setis
Terga dat:& magnis insignia dentibus ora.
Illi lætitiæ est cum munere muneris auctor.
Inuidere alii:totoq; erat agmine murmur:
E quibus ingenti tendentes brachia uoce
Pone age:nec titulos intercipe fœmina nostros:
Thestiadæ clamant:nec te fiducia formæ
Decipiat:ne sit longe tibi captus amore
Auctor:& huic adimunt munus.ius muneris illi.
Non tulit:& tumida frendens mauortius ira
Discite raptores alieni dixit honoris:
Facta minis quantum distent.hausitq; nefando
Pectora plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea quid faciat dubium pariterq; uolentem
Vlcisci fratrem:fraternaq; fata timentem
Haud patitur dubitare diu:calidumq; prioris
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.
Dona deum templis nato uictore ferebat:
Cum uidet extinctos fratres althæa referri:
Quæ plangore dato mœstis clamoribus urbem
Implet:& auratas mutauit uestibus atris:
At simul est auctor necis editus:excidit omnis
Luctus:& a lachrymis in pœnæ uersus amorē ē.
Stipes erat:quem cum partus enixa iaceret
Thestias:in flammam triplices posuere sorores.
Staminaq; impresso fatalia pollice nentes
Tempora dixerunt eadem lignoq; tibiq;

Nonacria.Atalanta.a nonacri urbe Arcadiæ dicta. Terga dat.tergora & pellē apri. Thestiadæ.Plexippus & Toxeus Thestii filii. Ne sit longe tibi muneris auctor.id est.ne interficiaris:sicq; lōge ab amatore tuo separeris. Mauortius.bellicosus.marti similis. Frendens.stridēs dentibus. Nefando ferro.nefario.impio.Nam plexippus Meleagri auunculus erat. Toxea quid faciat.Ordo est.Haud patitur dubitare diu Meleager Toxeum dubium: quid faciat: uolentemq; & fratrem ulcisci & timentem fraterna fata.

Consorti sanguine.fraterno. Triplices sorores tres parcæ.Clotho.lachesis & atropos. Stamina fatalia.fatum ac sortem unius cuiusq; continentia.

Pugnat materq; sororq;. Hoc est affectus matris sororisq; in animo Althææ inter se contendunt. Pœnarumq; deæ triplices. Furias infernales: quæ tres dicũtur esse Tisiphone. Alecto. & megæra: althæa testatur se per nefandum scelus fratrum cædem ulcisci. Tuo merito. Tuo delicto. Facti. peccati: ac sceleris tui. Stipite rapto. ex igne erepto torre.

O modo nate damus. quo postquam carmine dicto
Excessere deæ: flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum: sparsitq; liquentibus undis:
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.
Seruatusque tuos iuuenis seruauerat annos.
Protulit hunc genitrix: tædasq; fragmina poni
Imperat. & positis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum:
Cœpta quater tenuit: pugnat materq; sororq;:
Et diuersa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri.
Sæpe suum feruens oculis dabat ira ruborem.
Et modo nescio quid similis crudele minanti
Vultus erat. modo quem misereri credere posses.
Cumq; ferus lachrymas animi siccauerat ardor:
Inueniebantur lachrymæ tamen: utq; carina:
Q uam uentus uentoq; rapit contrarius æstus
Vim geminam sentit: paretq; incerta duobus.
Thestias haud aliter dubiis affectibus errat.
Inque uices ponit: positamq; resuscitat iram.
Incipit esse tamen melior germana parente.
Et consanguineas ut sanguine leniat umbras
Impietate pia est. nam postquam pestifer ignis
Conualuit: rogus iste cremet mea uiscera dixit.
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat:
Ante sepulchrales infelix astitit aras:
Pœnarumq; deæ triplices furialibus inquit
Eumenides sacris uultus aduertite uestros.
Vlciscor. facioq; nefas: mors morte pianda est.
In scelus addendum scelus est. in funera funus.
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An fœlix œneus nato uictore fruetur?
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes animæq; recentes
Officium sentite meum. magnoq; paratas
Accipite inferias uteri mala pignora nostri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoscite matri.
Deficiunt ad cœpta manus. meruisse fatemur
Illum cur pereat. mortis mihi displicet auctor.
Ergo impune feret uiuusq; & uictor & ipso
Successu tumidus regnum calydonis habebit?
Vos cinis exiguus gelidæq; iacebitis umbræ?
Haud equidem patiar. pereat sceleratus. & ille
Spemq; patris regnumq; trahat patriæq; ruinam.
Mens ubi materna est? ubi sunt pia uota parentum?
Et quos sustinui bis menses quinq; labores?

O utinam primis arsisses ignibus infans:
Idque ego passa forem.uixisti munere nostro.
Nunc merito moriere tuo. cape præmia facti.
Bisq; datam primum partu.mox stipite rapto
Redde animam.uel me fraternis adde sepulchris.
Et cupio:& nequeo.quid agam? mō uulnera fratrum
Ante oculos mihi sunt:& tantæ cædis imago.
Nunc animum pietas maternaq; nomina frangunt.
Me miseram.male uincetis:sed uincite fratres:
Dummodo quæ dedero uobis solatia:uosq;
Ipsa sequar.dixit.dextraque auersa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit:aut uisus gemitus est ille dedisse
Stipes:& inuitis correptus ab ignibus arsit.
Insçius atq; absens flamma meleagrus ab illa
Vritur:& cæcis torreri uiscera sentit
Ignibus:ac magnos superat uirtute dolores.
Quod tamen ignauo cadat & sine sanguine leto
Mæret.& ancæi felicia uulnera dicit.
Grandæuumq; patrem:fratresq; piasq; sorores
Cum gemitu:sociamq; tori uocat ore supremo:
Forsitan & matrem.crescunt ignisq; dolorq;
Lāguescūtq; iterum.simul ē extictus uterq;.
Inq; leues abiit paulatim spiritus auras:
Paulatim cana prunam uelante fauilla.
Alta iacet calydon.lugēt iuuenesq; senesq;:
Et uulgus procereſq; gemunt:scissæq; capillos
Plāgunt ora simul matres calydonides heu heu.
Puluere caniciem genitor uultusq; seniles
Fœdat humi fusus:spatiosūq; icrepat æuum.
Nam de matre manus diri sibi cōscia facti
Exegit pœnas acto per uiscera ferro.
Non mihi si cētum deus ora sonantia linguis
Ingeniumq; capax:totumq; helicona dedisset:
Tristia persequerer miseraq; uota sororum.
Immemores decoris liuentia pectora tūdūt.
Dūq; manet corpus:corpus refouentq; fouentq;.
Oscula dant.ipsi posito dant oscula lecto.
Post cinerem:cineres haustos ad pectora pressāt:
Affusæq; iacent tumulo:signataq; saxo
Noia cōplexæ lachrymas ī nomina fundūt.
Quas post oeniæ tādem latonia clade
Exatiata domus:præter Gorgenq; nurumq;
Nobilis alcmenæ:natis ī corpora pennis
Alleuat:& lōgas per brachia porrigit alas.
Corneaq; ora facit:uersasq; per aera mittit.

Et cupio. fratres ulciſci ſubintelligatur.
Me miſeram. ibi eſt diſtinguēdum. Eſt enī exclamatio: qua Althæa ſe oſtēdit inuitam in filii perniciem armari. Male. In malum & calamitatem meam. Dummodo quæ dedero. De conſciſcēda ſibi quoq; morte iam cogitat Althæa. Et iuitis ignibus. Rei inanimate dat ſēſum poeta perinde atq; ſi ignes ipſi meleagri miſererentur.
Cæcis ignibus. occultis: quorū cauſa latebat. Langueſcuntq;. decreſcunt atq; diminuunt. Alta iacet calydon. Si alta quo modo iacet? An merore ex morte meleagri cōcepto cecidiſſe ac iacere uidebatur: quæ paulo ante uirtute ipſius meleagri alta potenſque erat? Heu heu. mimiſis & imitatio eſt gemitus emittentium. Acto per uiſcera ferro. ſic quidem Ouidius. Diodorus uero ſcribit Althæam laqueo uitam finiſſe. Totum helicona. omnium muſarum fauorem. Liuentia pectora tundūt. Percutiunt pectora ac liuentia reddunt: & ſubnigra. Poſt cinerem. poſteaq̄ meleagri cadauer in cinerem fuit reſolutū. Hauſtos. Acceptos manibus. Preſſant. Aſtringunt. Eleganter autē ea omnia effingit poeta: q̄ in funeribus fratrum a ſororibus fieri conſueuere. Affuſæq;. Incumbentes.
Poſt. Poſtea. Latōia. Diana latonæ filia.
Nurūq; nobilis alcmenæ. Deianirā Herculis uxorē. Verſaſq;. In aues cōmutatas.

Interea Theſeus. Mira phãtaſia q̃nq; Na
iadũ trãſmutatione in iſulas cũ ſupioꝝ poe
ta connectit. Interfecto nanq; Calydonio
apro Theſeus cũ athenas rediret: ſorte ache
lous fluuius Aetoliam ab acarnania diſter
minãs ſic itumuerat: ut tutus trãſitus non
uideret. Inuitatus igit theſeus a fluminis
deo Acheloo domum illius itrauit: tantiſp
illic futurus: dũ tuto tranſire poſſet. Cũ ue/
ro poſt cœnã Theſeus i mare ꝓſpiciẽs uidiſ
ſet inſulas quaſdã: Acheloũ rogauit: quot il
læ iſulæ eſſent: ac quo noie appellarẽtur: cui
Achelous reſpõdit Naiades quinq; fuiſſe il
loꝝ locorũ accolas: q̃ cũ aliis diis ſe ſpreto
ſacrificaſſent: eas cũ locis ſuis i mare ab ſe i/
dignato fuiſſe ꝓuolutas: aci iſulas quinq;
noie echinadas & ſuis & fluctibus marinis
fuiſſe diſcretas. Sociati laboris. cõmunica
ti ſibi cũ multis aliis. Erichtheas tritoni
dos arces. Periphraſis ẽ athenaꝝ: q̃ & in pal
ladis tutela ſunt: & ab erichtheo rege erich
theæ dicuntur. Fecitq; moras Achelous
eunti. Achelous oceani & tethios filius fuiſ
ſe ab Heſiodo ſcribit. Is cũ peteret Deiani/
rã Oenei calydoniæ regis filiã: Herculẽ in ſe
cõuertit: a quo ſupatus: i fluuio iuxta caly/
doniã labens ſe occultauit: nomenq; flumi
ni ipoſuit: quod q̃dẽ a pindo theſſaliæ mõ/
te oritur: Aetoliãq; ab acarnania diſtinguit.
Sane apud ãtiquos: aq̃ ut macrobius ſerui/
uſq; ſcribũt: generaliter Achelous dicebat.
Vnde Vergilius i geor. primo. Poculaq; iuẽ
tis acheloia miſcuit uuis. Turbineo uorti
ce. In modũ turbinis ſe uoluẽte. Vortex. n.
ꝓprie dicit cõtorta i ſe aq̃. Tutior eſt re/
ges. ſecurior eſt mora. Nec leuibus. aſpis
ipolitis. Deſcribit aũt poeta ſpelũcã flumis
deo cõueniẽte. Sũma lacunabãt. Supiores
inqt ſpelũcæ ꝓtes i lacunaria diſtinguebant
cõchæ alternis muricibus. Nã lacunare ẽ la
cus ac lacunaria facere. Hypione. Sole.

Hac ixionides. Pirithous ixiõis filius ꝓpe
tuus Theſei comes. Nudæ ueſtigia nym
phæ. Pedes nudos habẽtes nymphæ. eſt. n.
ſynecdoche. In gẽma. In gẽmatis poculis.

Spatiũ diſcrimia fallit. Breuitas inqt ſpa
tii diſcrimina atq; ſepatiões inſulaꝝ cõfun
dit. Spretæ. contemptæ. Cũ plurimus
unq̃. maximus. Diduxit. diuiſit. Medi/
is quot cernis echinadas undis. Echinades
q̃ & echinæ dicũtur iſulæ ſunt ad hoſtium
acheloi Aetoliæ fluuii: q limũ aſſiduæ iue/
hẽdo illas effeciſſe uidet. Dictæ ſũt aũt echi
nades uel ab echinis q̃bus abundant: uel ut
ſcribit Apollodorus: ab echino quodã ua/
te. Vt tamẽ ipe uides. Perimede hippoda
mãtis filia ab Acheloo uim paſſa e ſaxo a
patre in mare fuit ꝓcipitata. achelous uero
de amicæ ſalute admodũ ſollicitus Neptu
nũ rogauit: ne eã ſubmergi pateret: ſed ei
aut locũ ꝓberet aut ipam locũ efficeret. pre/
cibus igitur acheloi motus Neptunus eã in

Interea Theſeus ſociati parte laboris
Functus: erichtheas tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter: fecitq; moras Achelous eunti
Hymbre tumens. ſuccede meis ait inclyte tectis
Cæcropide: nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabes ſolidas obliquaque uoluere magno
Murmure ſaxa ſolent. uidi contermina ripæ
Cum gregibus ſtabula alta trahi. nec fortibus illic
Profuit armentis. nec equis uelocibus eſſe.
Multa quoq; hic torrens niuibus de monte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia uortice merſit.
Tutior eſt requies: ſolito dum flumina currant
Limite. dum tenues captet ſuus alueus undas.
Annuit Aegides. utorq; Acheloe domoq;
Conſilioq; tuo reſpondit. & uſus utroq; eſt.
Pumice multicauo nec leuibus atria toſis
Structa ſubit. molli tellus erat humida muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iamque duas lucis partes hyperione menſo
Diſcubuere toris theſeus comiteſq; laborum.
Hac ixionides. illa trœzenius heros
Parte lelex raris iam ſparſus tempora canis:
Q uoſq; alios parili fuerat dignatus honore
Amnis acarnanum lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ ueſtigia nymphæ
Inſtruxere epulis menſas: dapibuſq; remotis
In gemma poſuere merum. tum maximus heros
Aequora proſpiciens oculis ſubiecta: quis inquit
Ille locus: digitoq; oſtendit: & inſula nomen
Q uod gerit illa doce: quanq̃ non una uidetur.
Amnis ad hæc: non eſt inquit: quod cernimus unum.
Q uinq; iacent terræ. ſpatium diſcrimina fallit.
Q uoq; minus ſpretæ factum mirere dianæ:
Naiades hæ fuerant: quæ cum bis quinq; iuuencos
Mactaſſent: ruriſq; deos ad ſacra uocaſſent:
Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui: q̃tuſq; feror cum plurimus unquam:
Tantus eram: pariterq; animis immanis & undis
Aſiluis ſiluas & ab aruis arua reuulſi.
Cumque loco nymphas memores tum denique noſtri
In freta prouolui. fluctus noſterque mariſque
Continuam diduxit humum: pariterque reuellit
In totidem mediis: quot cernis: echinadas undis.
Vt tamen ipſe uides: procul en procul una receſſit
Inſula grata mihi. perimelen nauita dicit.
Huic ego uirgineum dilectæ nomen ademi:

Quod pater hippodamas ægre tulit: iq; ꝑfūdū
Propulit e ſcopulo perituræ corpora natæ.
Excepi.nantemque ferens. o proxima terræ
Regna uage dixi ſortite tridentifer undæ:
In quo deſinimus.quo ſacri currimus amnes:
Huc ades: atque audi placidus neptune precātem.
Huic ego: quam porto nocui.ſis mitis & æquus.
Si pater hippodamas: aut ſi minus impius eſſet:
Debuit illius miſereri: & ignoſcere nobis:
Cui quondam tellus clauſa eſt feritate paterna:
Affer opem: merſæque precor feritate paterna
Da neptune locum: uel ſit locus ipſa licebit.
Hūc quoque cōplectar. mouit caput æquoreus rex:
Concuſſitque ſuis omnes aſſenſibus undas.
Extimuit nymphe.nabat tamen.ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu.
Dumque ea contrecto: totum dureſcere ſenſi
Corpus: & inducta: condi præcordia terra.
Dum loquor: amplexa eſt artus noua terra natātes:
Et grauis increuit mutatis inſula membris.
Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
Mouerat. irridet credentes: utque deorum
Spretor erat mentiſque ferox ixione natus:
Ficta refers: nimiumque putas acheloe potentes
Eſſe deos dixit: ſi dant adimuntque figuras.
Obſtupuere omnes: nec talia dicta probarunt.
Ante omneſque lelex animo maturus & æuo
Sic ait. immenſa eſt: finemque potentia cæli
Non habet: & quicquid ſuperi uoluere peractū ē.
Quoque minus dubites: tiliæ contermina quercus
Collibus eſt phrygiis medio circundata muro:
Ipſe locum uidi.nam me pelopeia pittheus
Miſit in arua ſuo quondam regnata parenti:
Haud procul hinc ſtagnum ē. tellus habitabilis olī.
Nūc celebres mergis fulicisque paluſtribus undæ.
Iupiter huc ſpecie mortalis cūque parente
Venit athlantiades poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere locum requiēque petentes.
Mille domos clauſere ſeræ. tamen una recepit
Parua quidem ſtipulis & canna tecta paluſtri.
Sed pia baucis anus parilique ætate philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus. illa
Conſenuere caſa: paupertatemque ferendo
Effecere leuem: nec iniqua mente ferendam.
Nec refert dominos illic famulos ne requiras.
Tota domus duo ſunt. iidem parētque iubentque

inſulam haud longe ab Echinadibus diſtantē commutauit. Virgineum nomen ademi. uirginitatem eripui. Propulit. proiecit. In profundum. In mare altum. Sacri amnes. Omnes fluuii numen habere dicūtur. Vnde & ſacri nūcupantur. Amnis ab his tacuit. Hæc ad connectendas quæ ſubiiciuntur metamorphoſis dicunt. narraturus. n. eſt poeta quēadmodum iupiter atq; mercurius in hominū figuras cōuerſi phrygiam peragrarunt: ut hominum benignitatem experirentur. Cum uero nemo ex oppidanis ipſos ſuſciperet hoſpitio: caſam Phylemonis ruſticiatq; pauperis ſubiere: a quo benigne accepti cum ſe deos eſſe idicaſſent: & anſerē quē unicum habebat occidere uetuerunt: & ut ſecū collem aſcēderet cum Baucide uxore admonuerunt. Profecti igitur domo cum eſſent: ecce oppidum illud in lacum uident cōuerſum: omneſq; domus ſubmerſas præter unicam ſuam caſam: quæ & ipſa in magnificētiſſimum templū cum fuiſſet mutata: hortantibus diis: ut quicquid uellent: peterent: philemon reſpondit ſe uelle eē illius templi ſacerdotes ea conditione: ut nec ipſe uxoris nec uxor uiri mortem unq; uideret. Id uero facile impetrarunt. Nam una & eadem hora cum ad extremam peruenīſſent ſenectutem: in arbores alter quercum: alter atiliam tranſmutati fuerūt. Hæc aūt adeo perſpicue a poeta deſcribuntur: ut nihil expoſitionis indigere uideātur.

Nam me pelopeia pitheus miſit in arua. Pitheus lelegis pater fuit & Aethræ Theſei matris. Pelopeia autem arua non peloponeſum: ut qdā putant: ſed phrygiam dicit. Nam pelops Tantali phrygiæ regis filius fuit: indeq; in peloponeſum uenit.

De tergore.de tergo. frequẽter autem utrũq; pro altero ponitur. Alueus fagineus.Dolium ex fago confectum. Artus fouendos. Pedes lauandos.Nam hoſpitibus etiãnum quo die accipiuntur. Pedes lauari ſolent. In medio lecto. Sic quidem legitur: ſed tecto forſitan pro lecto Ouidius ſcriptum reliquit:ut intelligamus i media caſa torũ & lectum fuiſſe. non ex plumis:ſed ex uluis paluſtribus herbis confectum. Saligni.ex ſalice factis. Non dignãda. Non indigna reputanda. Lecto ſaligno.ex ſalice uili:ac uulgari arbore confecto. Cliuum.inequalitatem menſæ cliuum appellat. Exterſere. emunda/ uere. Corna autumnalia. Autumno mature/ ſcentia. Et lactis maſſa coacti.Periphraſis ẽ caſei. Eodem argento.Quo & fictilia.facete aũt innuit craterem quoq; fictilem fuiſſe. Illita. intecta. Paulum ſeducta.ſepoſita & remota: Hauſtum cratera,euacuatum urceum.

Ergo ubi cælicolæ paruos tetigere penates:
Summiſſoq; humiles intrarunt uertice poſtes:
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſuper iniecit textum rude ſedula baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimouit:& ignes
Suſcitat heſternos:foliiſq; & cortice ſicco
Nutrit:& ad flammas anima perducit anili.
Multifidaſq; faces ramaliaq; arida tecto
Detulit:& minuit:paruoq; admouit aheno.
Quodq; ſuus coniunx riguo collegerat horto:
Truncat holus foliis.furca leuat ille bicorni.
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno:
Seruatoq; diu reſecat de tergore partem
Exiguam:ſectamq; domat feruentibus undis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas.
Sentiriq; moram probibent.erat alueus illic
Fagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis:artuſq; fouendos
Accipit.in medio torus eſt de mollibus uluis
Impoſitis lecto ſponda pedibuſq; ſalignis
Veſtibus hunc uelant: quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant:ſed & hæc uiliſq; uetuſq;
Veſtis erat lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere dei. menſam ſuccincta tremenſq;
Ponit anus.menſæ ſed erat pes tertius impar:
Teſta parem fecit:quæ poſtq̃ ſubdita cliuum
Suſtulit:æquatam menta exterſere uirenti:
Ponitur hic bicolor ſincæræ bacca mineruæ:
Conditaq; in liquida corna autumnalia fæce:
Intybaque & radix:& lactis maſſa coacti:
Ouaque non acri leuiter uerſata fauilla.
Omnia fictilibus:poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater:fabricataque fago
Pocula:quæ caua ſunt flauẽtibus illita cæris.
Parua mora eſt:epulaſq; foci miſere calentes:
Nec longæ rurſus referuntur uina ſenectæ.
mensa secunda
Dantq; locum menſis paulum ſeducta ſecundis.
Hic nux.hic mixta eſt rugoſis carica palmis:
Prunaque & in patulis redolentia mala caniſtris:
Et de purpureis collectæ uitibus uuæ.
Candidus in medio fauus eſt.ſuper omnia uultus.
Acceſſere boni:nec iners pauperque uoluntas.
Interea quotiens auſtum cratera repleri
Sponte ſua:per ſeque uident ſuccreſcere uina:
Attoniti nouitate pauent:manibuſque ſupinis
Concipiunt bauciſque preces timiduſq; philemon.

Et ueniam dapibñs nullisque paratibus orant.
Vnicus anser erat minimæ custodia uillæ:
Quem diis hospitibus domini mactare parabant:
Ille celer penna tardos ætate fatigat:
Eluditque diu:tandemq; est uisus ad ipsos
Confugisse deos.superi uetuere necari.
Diiq; sumus:meritasque luet uicinia pœnas
Impia dixerunt.uobis immunibus huius
Esse mali dabitur.modo uestra reliquite tecta.
Ac nostros comitate gradus:& in ardua montis
Ite simul.parent.& diis præeuntibus ambo
Membra leuant baculis:tardisq; senilibus annis
Nituntur longo uestigia ponere cliuo.
Tantum aberant sũmo:quãtum semel ire sagitta
Missa potest.flexere oculos:& mersa palude
Cætera prospiciunt:tantum sua tecta manere.
Dumq; ea mirantur.dum deflent fata suorum:
Mersa uident:quæruntq; suæ pia culmina uillæ.
Sola loco stabant:dum deflent fata suorum:
Illa uetus dominis & iam casa parua duobus
Vertitur in templum.furcas subiere columnæ.
Stramina flauescunt: aurataque tecta uidentur:
Cælataq; fores: adopertaq; marmore tellus.
Concipiunt baucisq; preces timidusq; philemon:
Talia cum placido saturnius edidit ore.
Dicite iuste senex & fœmina coniuge iusto
Digna quid optetis.cum baucide pauca locutus
Iudicium superis aperit commune philemon.
Esse sacerdotes delubraq; uestra tueri
Poscimus.& quoniam concordes egimus annos:
Auferat hora duos eadem.nec coniugis unquam
Busta meæ uideam.neu sim tumulandus ab illa.
Vota fides sequitur.templi tutela fuere:
Donec uita data est.annisæuoq; soluti
Ante gradus sacros cum starent forte lociq;
Narrarent casus:frondere philemona baucis:
Baucida conspexit senior frondere philemon.
Iamque super geminos crescente cacumine uultus:
Mutua dum licuit reddebant dicta:ualeq;
O coniunx dixere simul:simul abdita texit
Ora frutex.ostendit adhuc thyneius illic
Incola de gemino uicinos corpore truncos.
Hæc mihi non uani.neq; erat cur fallere uellent:
Narrauere senes.equidem pendentia uidi
Serta super ramos:ponensq; recentia dixi
Cura deum dii sint:& qui coluere colantur.

Illé celer pẽna tardos. Pulchro antitheto exornatur hoc carmen. Modo. Solum. Comitate.antique dixit pro comitamini. Ite simul. uenite nobiscum. Nitũtur longo.hoc est longum & arduum cliuum ascendere conantur. Furcas subiere columnæ.Furcæ in columnas fuerũt cõmutatæ.In magnificum uero templum philemonis casam conuersam fuisse scribit. Iudiciũ cõmune.uotum. Busta.Funera. Vota fides sequitur.nã iupiter ut pollicitus fuerat: id quod petierant concessit. Thyneius incola. Thynia regio est contermina phrygiæ. Vnde thyneius declinari uidetur. Cura deum dii sint.hoc est. qui curam suscepere deorum:dii efficiantur.

In hoc renouamine. in hac renouatione. Vt tibi cõplexi terram maris incola proteu. Proteus oceani & thetyos fuit filius: ut i theogonia Hesiodus scribit. Hic habuit patriã Pallenen: q̃ relicta in carpatho ĩsula regnauit. Fuit aũt uates clarissimus. q̃ se i uarias mutabat figuras: de quo Vergilius q̃rto georgicoꝝ sic scribit. Est in carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus proteus: magnũ qui piscibus æquor: Et iuncto bipedum curru metitur equoꝝ. Hic nũc Emathiæ portus patriãq; reuisit Pallenen. hũc & nymphæ uenerãtur & ipe Grãdæuus nereus: nouit nãq; oĩa uates: Quæ sint: quæ fuerint: q̃ mox uentura trahãtur. & paulo post. Tũ uariæ eludẽt species atq; ora feraꝝ. Fiet. n. subito sus horridus. atraq; tygris. Squamoso sq; draco: & fulua cerui/ce leæna. Aut acrẽ flãmæ sonitũ dabit: atq; ita uinclis Excidet. aut in aquas tenuis dilapsus abibit. & quæ sequunt. Maris cõplexi terrã. Nã terra infima ẽ omniũ elemẽtoꝝ: quã ita oceanus complectit: ut aer oceanum. aerem æther. æthere cælum. Nec minus autolyci coniunx. Autolycus ut in odyssea scribit Homerus: pater fuit matris ulyssis furandi: ac peierãdi scia a Mercurio donatus. Erysichthone nata. Erysichthon thessalus fuit deoꝝ cõtẽptor: q cũ cereri nemus cõsecratũ ac in eo quercũ in qua nympha habitabat: succidisset: hamadryades illoꝝ mõtiũ icolæ ad cererẽ cõuenerũt p̃cantes: ut tãtã ĩpietatẽ ulciscereꝰ. Ea uero & sua & hamadryadũ cã mota numinũ cõtemptorẽ erysichthonẽ nouo pœnæ genere assidua fame cruciare decreuit. Vnã igitur e nymphis ad Famẽ in ultimã scythiã misit: q̃ noie suo ĩpam oraret: ut erysichthonẽ ita stimularet: ut nullis cibis satiari posset. Cum uero hoc p̃fecisset fames: erysichthon posteaq̃ totũ patrimoniũ uẽtri ĩpendit: unicã quoq; filiam noie taopeida forma ita p̃stantẽ: ut a Neptuno fuerit rapta: uẽdere coactus est. Ea uero ne serua fieret: cũ Neptunũ cui sciebat se gratã esse: rogasset: ut sui miseretur: ilico in piscatorẽ uetulũ eam cõmutauit: cõcessitq;: ut in quascũq; uellet formas se conuertere posset. Sed cũ sæpius emptores p̃cio fraudasset. iãq; doli omnes cõsumpti essent: erysichthõ membra ppria cũ lacerare cœpisset: dignũ ĩpietate sua exitum ẽ sortitus. Et nullos aris adoleret honores Nullis diis uictimas ĩmolaret. Vna nemus. Magnitudinẽ quercus innuit: quæ tanta erat: ut sola nemus efficere posset. Memores tabellæ. memoriam eoꝝ cõtinẽtes: qui ope illius nymphæ: cõpotes uoti facti fuissent. Nec non & cætera tãtũ. Tanto inquit maior reliqua sylua erat ea quercus: quãto arbores herbis sunt altiores. Dryopeius. erysichthon. Dryopes populi sunt Thessaliæ a Dryope rege dicti: unde & Thessalia Dryopis fuit appellata. Illi. ab illa. Sacrũ robur. sacram quercũ. Decidua. quæ decidebatur. Discusso cortice. fracto aperto. Abrupta ceruice. abscisso collo. Profundi. effundi. pfluere. Deterrere. Terrore dissuadere. Sæuã bipẽnem. quæ cedebat quercum gementem.

Varia transfiguratio Prothej

Desierat. cunctosque & res & mouerat auctor:
Thesea præcipue: quem facta audire uolentem
Mira deum nixus cubito calydonius amnis
Talibus alloquitur. sunt o fortissime: quorum
Forma semel mota est: & in hoc renouamine mãsit.
Sunt quibus in plures ius est transire figuras:
Vt tibi complexi terram maris incola proteu. var
Nam modo te iuuenem. modo te uidere leonem:
Nunc uiolẽtus aper: nũc quem tetigisse timerent:
Anguis eras. modo te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras. arbor sæpe quoq; uideri.
Interdum faciem liquidaꝝ imitatus aquarum
Flumen eras. interdum undis contrarius ignis.
Nec minus autolyci coniunx erysichthone nata
Iuris habet. pater huius erat: qui numina diuum
Sperneret: & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam cereale nemus uiolasse securi
Dicitur: & lucos ferro temerasse uetustos.
Stabat in his ingens annoso robore quercus
Vna nemus. uittæ mediam memoresq; tabellæ:
Sertaq; cingebant uoti argumenta potentis.
Sæpe sub hac dryades festas duxere choreas.
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circũiere modum: mensuraque roboris ulnas
Q uinque ter implebat: nec non & cætera tantum
Silua sub hac omnis: quantum fuit hærba sub illa.
Non tamen iccirco ferrum dryopeius illa
Abstinuit: famulosque iubet succidere sacrum
Robur: & ut iussos cunctari uidit: ab uno
Edidit hæc rapta sceleratus uerba securi.
Non dilecta deæ solum: sed & ipsa licebit
Sit dea: iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit: & obliquos dum tælum librat in ictus:
Contremuit: gemitumque dedit decidua quercus.
Et pariter frondes. pariter pallescere glandes
Cœpere: ac longi pallorem ducere rami.
Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus
Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis:
Q uam solet: ante aras ingens ubi uictima taurus
Concidit: abrupta cruor e ceruice profundi.
Obstupuere omnes: aliquisque ex omnibus audet
Deterrere nefas: sæuãque inhibere bipennem.
Aspicit hunc: mentisque piæ cape præmia dixit

Theſſalus:inq; uirum conuertit ab arbore ferrum.
Detruncatq; caput:repetitaque robora cædit.
Editus e medio ſonus eſt de robore talis.
Nympha ſub hoc ego ſum cereri gratiſſima ligno:
Q uæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens noſtri ſolatia leti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaque tandem
Ictibus innumeris adductaq; funibus arbor
Corruit:& multam proſtrauit pondere ſiluam.
Attonitæ dryades damno nemorumq; ſuoque
Omnes germanæ cererem cum ueſtibus atris
Mœrentes adeunt:pœnamq; eryſichthonis orant.
Annuit his:capitiſq; ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros.
Moliturq; genus pœnæ miſerabile:ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis
Peſtifera lacerare fame:quæ quatenus ipſi
Non adeunda deæ (neq;.n.cereremq; famemq;
Fata coire ſinunt) montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat oreada dictis.
Eſt locus extremis ſcythiæ glacialis in oris
Triſte ſolum:ſterilis:ſine fruge. ſine arbore tellus.
Frigus iners illic habitant: pallorque tremorq;:
Et ieiuna fames.ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube.nec copia rerum
Vincat eam:ſuperetque meas certamine uires.
Neue uiæ ſpatium te terreat:accipe currus
Accipe quos frænis alte moderere dracones.
Et dedit.illa dato ſubuecta per aera curru
Deuenit in ſcythiam:rigidique cacumina montis
(Caucaſon appellant) ſerpentum colla leuauit:
Q uæſitamque famem lapidoſo uidit in agro
Vnguibus & raris uellentem dentibus hærbas.
Hirtus erat crinis.caua lumina.pallor in ore.
Labra incana ſitu:ſcabrique rubigine dentes.
Dura cutis:per quam ſpectari uiſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro uentre locus.pendere putares
Pectus:& a ſpinæ tantum modo crate teneri.
Auxerat articulos macies:genuumque tumebat
Orbis:& in modico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut uidit (neque eni eſt accedere iuxta
Auſa) refert mandata deæ:paulumque moratam:
Q uanq̃ aberat longe.quanq̃ mõ uenerat illuc:
Viſa tamen ſenſiſſe famem.retroque dracones
Egit in hæmoniam uerſis ſublimis habenis.

Theſſalus.Eryſichthon. Editus e medio de robore.Altera hag; ꝓpoſitionum redũdat:tãtũq; uerſui: nõ etiã ſenſui neceſſaria uidet. Perſequitur.peragit. Adducta. attracta Proſtrauit. i terram deiecit. Veſtibus atris. Pullis ac nigris luctui cõueniẽtibus. Lacerare.cruciare. Quatinus.quoniam. Coire. conuenire. contraria nãq; ſimul eſſe non poſſunt. Oreada.nymphã mõtanam.oreades nãq; montiũ ſunt nymphæ απο του ορους. hoc eſt a mõte cognominatæ.

Eſt locus extremis. Topographia & loci maxime fami conuenientis deſcriptio: ut q perpetuis frigoribus ſit ſteriliſſimus, Scythiæ glacialis. frigidiſſimæ ubi ſunt perpetuæ niues.ſcythia autem a ſcytho iouis filio:qui primus arcum & ſagittas inueniſſe ſcribitur:fuit denominata. Frigus iners.pigrum:ab effectu quod pigros faciat: & inertes. Pallorq; tremorq;.hi ſunt perpetui frigoris comites. Sacrilegi.Eryſichthonis. Moderere dracones.regas atq; gubernes.Currus autem cereris a draconibus trahi fingitur. Caucaſon appellant. Caucaſus mons eſt ſcythiæ oium altiſſimus.° Quæſitãq; famem. Ita famẽ deſcribit poeta:ac ſi corpus haberet:fœminaq; eſſet famelica. Labra incana. Valde pallida. Scabri. aſperi. Extabant. eminebant. Ventris erat pro uentre locus.Nihil uentris habebat. Articulos.nodos. Immodico tubeꝛ.Magno tumore. Neq;.n.eſt accedere iuxta auſa.Nympha ne fameſcere inciperet: non eſt auſa ad famem accedere. Refert mandata deæ. Cereris mandata exponit. In hæmoniam. theſſaliã:quæ ſæpius nomina mutauit. Nam & pelaſgicum argos. & Hellas & Dryopis.& græcia & hellenis a regibus fuit cognominata. Sublimis. alta. per aerem nanq; uolabat.

Quãuis cõtraria ſemp. Neq; n. ubi ſũt fruges: quæ ſunt opera cereris: ibi fames põt eſſe. Ad iuſſam domum. Eryſichthonis. Fœcundum orbem. frugiferum. Oraq; uana mouet. Sibi enĩ mandere uidebatur. Immẽſa uiſcera. Inexplebilia. Ardor edendi. Dira fames. Nec mora. ſubito. Queritur ieiunia. Conqueritur ſe ieiunũ eſſe. Pluſq; cupit. quanto plura comedebat: tanto plura appetebat eryſichthon. Vtq; fretum. Duplici ſimilitudine poeta elegãter oſtẽdit: q̃ inſatiabilis eſſet eryſichthonis auiditas edẽdi. Petit. Appetit. Quo. n. plura igni ligna ipo nuntur: eo plura abſumuntur. Semperq; locus fit inanis edendo. Venter edendo non impletur: ſed euacuari potius uidetur. Attenuarat. Tenues ac paruas effecerat. Flamma gulæ. Ardor edendi auiditas. Demiſſo in uiſcera cenſu. Cõſumpto patrimonio. Non illo digna parente. Cũ. n. ipſe maxie ipius eſſet: ea fuit tãta pietate: ut nũq; parentẽ deſerere ſuſtinuerit: quinimo quibuſcũq; potuit modis aluerit. Dominum generoſa recuſat. cauſa cur dominũ recuſaret: generoſitas erat. Raptæ uirginitatis. ereptæ. lã enĩ neptunus eam uitiarat. Hæc neptunus habebat. Exponit poeta id quod puella tacuerat: Eã a neptuno fuiſſe raptam. Qui prece non ſpreta. exauditis precibus. Modo. paulo ante. Hero. Domino cui a patre eryſichthone fuerat uendita. Pendentia æra. Hamos exære cõfectos. eſt enim metonymia. Sic mare compoſitum. optandi eſt aduerbium ſic hoc loco. His eſt reſecuta rogantem. his uerbis ſe iterroganti reſpõdit. Oneratus. ſollicitus. Inhæſi. itentus fui.

Dicta fames cereris: q̃uis contraria ſemper
Illius eſt operi: peragit: perque aera uento
Ad iuſſam delata domum eſt. & protinus intrat
Sacrilegi thalamos: altoque ſopore ſolutum
(Noctis enim tempus) geminis amplectitur ulnis.
Seque uiro inſpirat. fauceſque & pectus & ora
Afflat: & in uacuis peragit ieiunia uenis.
Functaque mandato fœcundum deſerit orbem.
Inque domos inopes aſſuetaque uertitur antra.
Lenis adhuc ſomnus placidis eryſichthona pennis
Mulcebat. petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oraque uana mouet. dentemque in dẽte fatigat
Exercetque cibo deluſum guttur inani:
Proque epulis tenues nequicq̃ deuorat auras.
Vt uero eſt expulſa quies: furit ardor edendi.
Perque auidas fauces immenſaque uiſcera regnat.
Nec mora: quod pontus. qd̃ terra. quod educat aer:
Poſcit: & appoſitis queritur ieiunia menſis.
Inq; epulis epulas quærit. quodq; urbibus eſſe:
Quodq; ſatis poterat populo: non ſufficit uni.
Pluſq; cupit: quo plura ſuam demittit in aluum.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra:
Nec ſatiatur aquis: peregrinoſq; ebibit amnes:
Vtque rapax ignis non unq̃ alimenta recuſat:
Innumeraſq; faces cremat: & quo copia maior
Eſt data: plura petit: turbaque uoracior ipſa eſt.
Sic epulas omnes eryſichthonis ora prophani
Accipiunt: poſcuntq; ſimul. cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt: ſempque locus fit inanis edendo.
Iamque fame patrias altique uoragine uentris
Attenuarat opes: ſed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames: implacataq; uigebat
Flamma gulæ. tandem demiſſo in uiſcera cenſu:
Filia reſtabat non illo digna parente.
Hanc quoq; uendit iops. dominũ generoſa recuſat:
Et uicina ſuas tendens ſuper æquora palmas
Eripe me domino: qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes ait. hæc neptunus habebat:
Qui prece non ſpreta: q̃uis modo uiſa ſequenti
Eſſet hero: formamq; nouat: uultumq; uirilem
Induit: & uultus piſces capientibus aptos:
Hanc dominus ſpectans. o qui pendentia paruo
Aera cibo celas moderator harundinis inquit:
Sic mare compoſitum. ſic ſit tibi piſcis in unda
Credulus: & nullos niſi fixus ſentiat hamos:
Quæ modo cum uili turbatis ueſte capillis
Littore in hoc ſteterat (nam ſtantem in littore uidi)

Sic has deus æquoris artes. Ambigue dictum. & artem piscandi nãq; & fraudes: quibus utebatur: intelligere possumus. Et uerso dominus pede pressit harenam. Retrocessit. Sua forma. Virginis ppria. Suam. Filiam subaudiamus. Transformia. Quæ possint transformari in uarias figuras. Non iusta. Iniusta utpote per fraudes & dolos quæsita. Vis tamen illa mali. Illa morbi uiolentia. Noua pabula. nouissimos & ultimos cibos. Externis. alienis transformationibus. O iuuenes. Theseum & lelega alloquitur Achelous. Numero finita potestas. In tres. n. solum uarias figuras se conuertere poterat Achelous. in hominẽ. i anguem. in taurũ.

Dic ubi sit. neque enim uestigia longius extant.
Illa dei munus bene cedere sensit: & a se
Se quæri gaudens his est resecuta rogantem.
Quisquis es ignoscas. in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi: studioq; oneratus inhæsi.
Quoq; minus dubites: sic has deus æquoris artes
Adiuuet: ut nemo iam dudum littore in isto:
Me tamen excepto: nec fœmina constitit ulla.
Credidit: & uerso dominus pede pressit harenam:
Eluisusq; abiit. illi sua reddita forma est.
Ast ubi habere suam transformia corpora sensit
Sæpe pater dominis dryopeida tradit: at illa
Nunc equa. nũc ales. modo bos. mõ ceruus abibat.
Præbebatq; auido non iusta alimenta parẽti.
Vis tamen illa mali postquam cõsumpserat omnẽ
Materiam: dederatque graui noua pabula morbo:
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit: & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi sæpe nouandi
Corporis o iuuenes numero finita potestas.
Nam mõ qui nunc sum uideor. mõ flector i anguẽ:
Armenti modo dux uires in cornua sumo:
Cornua dum sumpsi: nunc pars caret altera tælo
Frontis: ut ipse uides. gemitus sunt uerba secuti.

Tælo. cornu. quo ab Hercule: ut in sequẽti uolumine narrabit: fuit priuatus. Gemitus. suspiria quibus significat se ualde effracto cornu dolere.

P. Ouidii nasonis metamorphoseos liber nonus

Væ gemitus trũcæq; deo neptunius heros
Causa rogat frõtis. cũ sic calydonius amnis
Cœpit inornatos redimitus harundine crines:
Triste petis munus. quis enim sua prælia uictus
Cõmemorare uelit? referam tamen ordine. nec tã
Turpe fuit uinci: q̃ contendisse decorum:

Raphaelis Regii in nonũ metamorphoseos Ouidii librum enarrationes.

QVæ gemitus. Herculis luctam cũ Acheloo in huius uoluminis initio ita describit poeta: ut & librũ libro & fabulã fabulæ elegãter cõnectat: uariasq; Acheloi trãsfigurationes inter luctandum exponat. Cũ. n. Deianiram oenei calydoniæ regis filiã cum multis aliis Hercules Achelousq; petiissent uirginis pater decreuit. ut is illa potiretur. q i luctæ certamine superior esset. Cum igitur alii cessissent: Hercules atq; Achelous ineunt luctam: i qua cum alter uirtute supior esset: Achelous ad notas artes decurrit: ac cũ se & in anguem & in taurũ frustra mutasset uictus alteroq; cornu mutilatus pudore se in suum fluuiũ coniecit. Nymphæ uero cornu illud suscipientes omni fructuum genere repleuerunt cornuq; copiæ appellarunt. Hoc uero inde fictum esse Strabo est auctor: quod cũ Achelous limo quem ducit limites semp cõfunderet: bella inter Aetolos & acarnanes uicinos ciebat. Cũq; arbitri nulli essent: armis nõ iudicio decertabant. Victoria uero reportabant: qui plus uiribus ualebant. Quare cũ Hercules fluuium damnose labentem aggeribus & fossis intra alueum cohibuisset tanq̃ debellasset Acheloum uictoriæ præmiũ reportauit oenei filiæ Deianiræ nuptias. Eam quidem Sophocles tragicus hoc modo loquentem inducit. Procus sane mihi amnis fuerat Achelous: qui tribus me formis a patre petiit manifestus incessit taurus: alias tortus uarias per notas draco aliquãdo mole ualida bouis præ se ferens frontem. Addũt nõ nulli Amaltheæ cornu capræ id eẽ quod hercules ab Acheloi fronte effractũ oeneo dono dedit. Ex quo qdẽ pleriq; talẽ educunt historiã. Acheloũ. n. sicut flumina reliqua tauro comparãt ob sonos ipos & alueoz circũflexiões: quas cornua uocãt. Draconi quoq; ppter obliquatã ipsius magnitudinẽ. Herculẽ quoq; oibus alioq mortalibus beneficiũ oeneo affinitate cõiũctũ aggeribus & fossis fluuiũ pperã & dãnose labentẽ coercuisse aiũt: eãq; regionẽ fertilissimã reddidisse. hocq; Amaltheæ cornu eẽ. Hoc uero idẽ & Diodorus i qnto bibliotheces scribit. Hercules inquit i calydonioz gratiã fluuiũ Acheloũ i aliũ cursũ diuertẽs plurimos agros ex aq̃ irrigatione fertiles pstitit: cuius rei & poetæ qdã memineř scribẽtes cũ Acheloo herculẽ sub tauri spẽ certasse q cũ i cõgressu tauri alterz cornu fregisset: Aetolis illud quod amaltheæ cornu uocãt dono dedit fructuũ oium uuaz. malogz aliorũq; eiusmõi pomorũ copia repletũ. Fingũt uero poetæ acheloi cornu fossã a fluuio ductã. pomis uero: ac malis punicis & racemis monstrari regionis fertilitatẽ quã fluuii humor pstet. Amaltheæ uero cornu durum eẽ aiunt: q̃ ex re operis illius difficultas significat. Neptunius heros. Theseus Neptuni nepos. Trũcæ frõtis. mutilatæ. altero. n. cornu carebat. Redimitus crines. cictos hẽns cries. Arũdie. corõa & arũdinibꝫ cõfecta: qbꝫ seř fluuiogz ripæ abũdãt

Tantus uictor. quantus hercules fuit. Domus est intrata. participium passiuũ contra grãmatices rationem formatum. Soceri petiti. appetiti soceri oenei. Parthaone nate. Oeneus rex oetoliæ Parthaonis fuit filius. Suæ nouercæ. lunonis cuius iussu tot labores adierat. Dominũ me cernis aquarum. Achelous nanq; fluuius est inter acarnaniam oetoliamq; labens. Popularis. ex tuo populo unus. Aliquãdo popularis gratum populo significat. Tantum ne noceat. Solũmõ inquit mihi id non noceat rogo: quod luno deorum regina me nullo odio prosequit̃ neq; mihi ullam irrogat pœnã. Ea uero innuit herculi potius obesse q̃ prodesse debere. Nam quo te iactas. Dilemato colligit Achelous iouem: aut falso herculis patrẽ dici. aut esse ignominiosum: ut qui ex adulterio illum genuerit. Alcmena matre. Alcmena electryonis & lysidices filia fuit uxorq; Amphitryonis: ex qua Iupiter in Amphitryonẽ cõuersus herculẽ suscepit. Varas manus iflexas & curuas. In statiõe. In loco ad resistẽdum apto. Modo. nuper. Magna. superba. Ille cauis hausto. Luctaturi sua inuicem corpora puluere aspergebant: quo se ualidius compræhẽdere possent. Hausto puluere. susceptа harena quæ haphæ uocatur. Captat. capere conatur.

Mea grauitas. meũ pondus. Certi non cedere. qui decreueramus alteri non cedere. eleganter autem ea omnia describit quæ a luctatoribus fieri solẽt. Non aliter uidi. Hac similitudine ostẽdit Achelous quãto impetu cum hercule fuerit congressus. Quem maneat. quem expectet.

Sine profectu. effectu. Adducta brachia. circunducta circundata.

Magnaq; dat nobis tantus solatia uictor.
Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas quondam pulcherrima uirgo:
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum:
Cũ quibus ut soceri domus est intrata petiti:
Accipe me generum dixi parthaone nate.
Dixit & alcides. alii cessere duobus.
Ille iouem socerum dare se: famamq; laborum:
Et superata suæ referebat iussa nouercæ.
Contra ego turpe deum mortali cedere dixi.
Nondum erat ille deus. dominum me cernis aquaꝝ:
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem:
Nec gener externis hospes tibi missus ab oris:
Sed popularis ero: & rerum pars una tuarum.
Tantum ne noceat: q; me nec regia iuno
Odit: & omnis abest iussorum pœna laborum.
Nam quo te iactas alcmena matre creatum:
Iupiter aut falsus pater est: aut crimine uerus.
Matris adulterio patrem petis: elige fictum
Esse iouem malis. an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat: & accensæ non fortiter imperat iræ.
Verbaq; tot reddit. melior mihi dextera lingua ẽ.
Dummodo pugnando superem: tu uince loquẽdo.
Congrediturq; ferox. puduit modo magna locutũ
Cedere. reieci uiridem de corpore uestem.
Brachiaq; opposui: tenuiq; a pectore uaras
In statione manus: & pugnæ membra parauit.
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis:
Inque uicem fuluæ tactu flaueſcit harenæ.
Et modo ceruicem. mõ crura micantia captat:
Aut captare putes: omnique a parte lacessit.
Me mea defendit grauitas. frustraque petebar.
Haud secus ac moles: quã magno murmur̃ fluctus
Oppugnant. manet illa: suoque est pondere tuta.
Digredimur paulum: rursusque ad bella coimus.
Inque gradu stetimus certi non cedere: eratq;
Cum pede pes iunctus. totoq; ego pectore pronus
Et digitos digitis: & frontem fronte premebam.
Non aliter uidi fortes concurrere tauros:
Cum precium pugnæ toto nitidissima saltu
Expetitur coniunx: spectant armenta: pauentque
Nescia quem maneat tanti uictoria regni.
Ter sine profectu uoluit nitentia contra
Reiicere alcides a se mea pectora: quarto
Excutit amplexus: adductaque brachia soluit.

Impulſumque manu (certum eſt mihi uera fateri)
Protinus auertit:tergoque oneroſus inhæſit.
Si qua fides(neque enim ficta mihi gloria uoce
Quæritur) impoſito preſſus mihi monte uidebar:
Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia.uix ſolui duros a corpore nexus.
Inſtat anhelanti:prohibetque reſumere uires.
Et ceruice mea potitur.tum denique tellus
Preſſa genu noſtro ẽ:& harenas ore momordi.
Inferior uirtute meas diuertor ad artes:
Elaborque uiro longum formatus in anguem:
Quiq; poſtq; flexos ſinuaui corpus in orbes:
Cumque fero moui linguam ſtridore biſulcam:
Riſit:& illudens noſtras tirynthius artes:
Cunarum labor eſt angues ſuperare meaꝝ:
Dixit.& ut uincas alios acheloe dracones:
Pars quota lernææ ſerpens eris unus echidnæ:
Vulneribus fœcunda ſuis erat illa:nec ullum
De centum numero caput eſt impune reciſum:
Quin gemino ceruix hærede ualentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis e cæde colubris:
Creſcentemq; malo domui:domitamq; reduxi.
Quid fore te credis? falſum qui uerſus in anguem
Arma aliena moues? quem forma precaria celat?
Dixerat:& ſummo digitorum uincula collo
Iniicit.angebar ceu guttura forcipe preſſus:
Pollicibuſque meas pugnabam euellere fauces.
Sic quoque deuicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis.tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris a leua parte lacertos.
Admiſſumque trahens ſequitur: depreſſaque dura
Cornua figit humo:meque alta ſternit harena.
Nec ſatis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu
Dum tenet:infregit:truncaque a fronte reuellit.
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt:diueſque meo bona copia cornu eſt.
Dixerat:& nymphe ritu ſuccincta dianæ
Vna miniſtarum fuſis utrinque capillis
Inceſſit:totumque tulit prædiuite cornu
Autumnum:& menſas felicia poma ſecundas.
Lux ſubit:& primo feriente cacumina ſole
Diſcedunt iuuenes. neque enim dum flumina pacẽ

Et ceruice mea potitur.Collũ meũ capit. Diuertor.conuertor.Meas artes.mihi ingenitas proprias. Elaborq; uiro.effugio e manibus Herculis uiri fortiſſimi. Cunarum mearum.meæ infantiæ.nam cum in cunis eẽt hercules duos angues a lunone imiſſos manibus præhenſos ſtrangulauit:unde illum græci:ut ſcribit Diodorus:quod opera iunonis gloriã foret adeptus:Heraclea dixere:hoc ẽ lunõis gloriã:cũ antea Alcæus uocareť. nã ηρα luno. κλεοσ gloria dicit. Pars quota. ac ſi diceret minia. Lernææ echidnæ. Hydræ lernææ paludẽ infeſtantis. Nã hercules ſcribit interfeciſſe hydram centum capita habẽtem ea uiuacitate:ut uno reciſo duo q̃ primum ſubnaſcerẽtur.Eam tandẽ hercules domuit igni.Echidna aũt latine uipera dicitur. Ramoſam.multa capita ueluti ramos habẽtẽ. Gemino hærede.duobus ſucceſſoribus.Nã uno capite reciſo duo renaſcebantur.unde etiam excetra a latinis dicta ẽ ut tradit ſeruius:quod uno capite exciſo duo ſuccreſcebant. Creſcentẽq; malo domui.Malo.n. ſuo creſcere uidebať hydra: cum uno capite reciſo duo ſubnaſcerẽtur. Arte aũt eã domuit hercules:ut ſcribit Diodorus.Iolao.n.mãdauit: ut reciſam ceruicem face accẽſa ne efflueret ſanguis:inureret. Forma precaria.aliena: quã prece uideris eſſe cõſecutus.Precarium.n.dicitur quod precibus alicui cõceditur tantiſper dũ is q̃ conceſſit repetat. Pugnabã.contẽdebam. Rebello.bellũ reſumo. Induit.iniicit. Trũcaq; a frõte reuellit.hoc ẽ reuellendo cornu trũcam effecit frõtem. Diueſq; meo bona copia cornu. Acheloi cornu a naiadibus repletũ uariis fructibus copiæ fertilitatis deæ fuit dicatum.Quod idcirco fingitur:ut pauloante diximus quod hercules in calydonioq; gratiã fluuiũ Acheloũ in aliũ curſum diuertens plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles p̃ſtitit. Aetolis autẽ dono dediſſe illũ quod amaltheæ cornu uocant: fingit fructuũ oĩum copia repletũ.In quinto aũt faſtoq; Ouidius aliã de amaltheæ cornu fabulam refert. Nam amaltheam q̃ Ioui lac p̃bebat alteq; e cornibus ĩ arbore fregiſſe ait. quod qdẽ nympha ſuſtulit: cĩxitq; recẽtibus herbis.Et plenũ pomis ad iouis ora tulit. Ille ubi res cæli tenuit: ſolioq; paterno Sedit: & iuicto nil ioue maius erat: Sidera nutricẽ nutricis fertile cornu Fecit:quod dominæ nũc quoq; nomen habet.Diodorus uero de copiæ cornu aliã quoq; narrat hiſtoriã.Hammonẽ ſiqdẽ ſcribit iuxta ceraunios montes ambulãtẽ conſpectã uirginem noĩe Amaltheã forma pulcherrimam adamaſſe: filiãq; ex ea ſuſcepiſſe ſpecie ac robore corporis inſignem. Amaltheã uero ꝓpinque regioni præfeciſſe cornu bouis ſimili:exquo occiduum cornu ſit nominata. Quæ qdẽ cũ uineis aliiſq; frugiferis arboribus cõſita foret:ab Amaltheaq; poſſideretur: Amaltheæ cornu fuit denominata.unde optima quæq; fertiliſſimaq; terra copiæ cornu appellari conſueuit. hoc eſt. κερασ ἀυαλθειασ. Prædiuite. pleniſſimo. Totũ autũnum.Omnes autumni fructus. Secũdas menſas. Primæ menſæ carnium erant.Secundæ pomorum. Fronde ſaligna.ſalicis.

At te neſſe ferox. Expoſiturus poeta lychæ miniſtri herculis mutationē in ſaxum: neſſi centauri cædem Deianiræq; zelotypian deſcribit. Nā Hercules deianira potitus cum uino calefactus Eurynomū pueꝝ Architeliī filiū miniſtrantē: paruoq; errore lapſum inter cœnādum pugno ictum occidiſſet: inuitus ex calydonia dolore perculſus una cū uxore hylloq; filio diſceſſit ī patriā feſtinans. forte aūt euenit ut euenū fluuiū: q maxīe excreuerat: tuto tranſire poſſe non uiderentur: niſi neſſus centaurus: qui precio uiatores tranſmittebat: ſe Deianiram tranſuecturum eſſe pollicitus foret. Eam igitur Hercules cum neſſo cōmiſiſſet: intrepide fluuiū tranauit. At neſſus puelle pulchritudine captus cū eam aſportaret: ab Hercule ſagitta hydræ ſanguine tincta trāſfixus cum moreretur: Deianiræ pſuaſit tunicæ ſuæ uim amatoriam ineſſe: quæ herculē ab amore aliaꝝ mulieꝝ auocaret: ſi eam īdueret. Cū aūt Deianira accepiſſet herculē amore loles Euryti filiæ eſſe captū: tunicā a neſſo dono datā lychæ famulo tradidit domino pferendam: eam uero cum ſacrificaturus induiſſet hercules: maximis cruciatibus affectus ī furoremq; conuerſus lycham ex oeta monte: ubi ſacrificabat: in euboicū mare coniecit: qui deorum miſeratione in ſcopulum corpori humano, ſimilē fuit cōmutatus. Ipſe uero hercules arcu ſagittiſq; philoctetæ traditis in pyra ſe compoſuit: hominēq; depoſito in deoꝝ ſedes fuit trāſlatus. Euenī. Euenus fluuius eſt oetoliæ in corynthiacū ſinum labens ab eueno: qui ſe in illum præcipitauit cognominatus. nā antea lycornas appellabat.

Scituſq; uadoꝝ. peritus locoꝝ trāſitus p̄ſtantium. Siſtet. collocabit. Aonius. Thebanus Hercules. Aonia. n. cū boetia eadē ē. Pauidā calydonida. Timidā Deianirā calydoniam. Ip̄m. neſſum. Cētaurus. n. erat. Miſerat. iecerat. Fallere depoſitum. Fraudare Herculem depoſito & Deianira illi cōmiſſa. Depoſitum. n. dicitur quicquid alicui tradit̄ cuſtodiēdū. Orbes paterni. Rotæ ixionis patris tui: qbus aſſidue apud iferos uertitur ꝓpter interpellatam de ſtupro lunonē.

Ope equina. uelocitate equi. Centauri. n. equinos habēt pedes. Extabat ferrum de pectore aduncū. extra ſtabat. Significat aūt tergum cum pectore fuiſſe tranſfixū. Quod ſimul euulſū ē. Quod poſtq̄ fuit extractū. Per utrūq; foramē. & tergi & pectoris. Tabe. ſanguine. Et calido uelamina tincta cruore. Sic quidē Ouidius. Diodorus uero ſiquit Neſſum morituꝝ cū iā Deianirā cognouiſſet: pollicitum ei fuiſſe ſe amoris medicamētū traditurū: quo nullā præter ſe mulierē aliā hercules appeteret. Iuſſit igitur ſemine quod ex ſe defluxerat cū oleo & ſanguine e ſagitta fluente imixto herculis tunicā tingere. Quo dato cōſilio cū expiraſſet: illa īſcio hercule quod mādatum erat peregit. Irritamen. Prouocationem: ac ſtimulationem. Longa mora. longum interuallum. Victor ab oechalia. Hercules ut ſcribit Diodorus: in oechaliam cōtra euryti liberos ob Iolen uxorem ſibi denegatam exercitum duxit: urbeq; capta euryti filios toxeū. Molionē: & Pitium occidit: ac iolen captiuam ſecum duxit. Ex euboea uero in montem nomie cenæum profectus: ut ioui ſacrificaret: lycham ſeruū ad uxorem Deianiram in trachinam miſit: ut ſibi ueſtem qua in ſacris uti conſueuerat afferret. ea cum a lycha de ioles amore cōperiſſet: cupiēs ſe maxīe oīum aliarū ab hercule amari: tunicā

Et placidos habeant lapſus: totæque reſidant:
Operiuntur aquæ. uultus achelous agreſtes
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris:
Cætera ſoſpes habet: capitis quoque fronde ſaligna
Aut ſuperimpoſita celatur harundine damnum.
At te neſſe ferox eiuſdem uirginis ardor
Perdiderat uolucri traiectum terga ſagitta.
Nanq; noua repetens patrios cum coniuge muros
Venerat eueni rapidas ioue natus ad undas.
Vberior ſolito nimbis hyemalibus auctus:
Vorticibuſq; frequēs erat: atque imperuius amnis.
Intrepidum pro ſe. curam de coniuge agentem
Neſſus adit: membriſq; ualens ſcituſq; uadorum:
Officioque meo ripa ſiſtetur in illa.
Hæc ait alcide. tu uiribus utere nando.
Tradidit aonius pauidam calydonida neſſo:
Pallentemq; metu fluuiumq; ipſumque timentem.
Mox ut erat pharetraque grauis ſpolioque leonis
(Nam clauam & curuos trans ripā miſerat arcus)
Q uandoquidem cœpi: ſuperentur flumina dixit:
Nec dubitat: nec qua ſit clæmētiſſimus amnis
Q uærit: & obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iamque tenens ripam miſſos cum tolleret arcus:
Coniugis agnouit uocem. neſſoque paranti
Fallere depoſitum: quo te fiducia clamat
Vana pedum uiolente rapit? tibi neſſe biformis
Dicimus. exaudi. nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit. at orbes
Concubitus uetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies: q̄uis ope fidis equina.
Vulnere non pedibus te conſequar. ultima dicta
Re probat: & miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit. extabat ferrum de pectore aduncum:
Q uod ſimul euulſū eſt: ſanguis p utrunq; foramē
Emicuit mixtus lernæi tabe ueneni.
Excipit hunc neſſus. neque. n. moriemur inulti
Secum ait. & calido uelamina tincta cruore
Dar munus raptæ uelut irritamen amoris.
Longa fuit medii mora temporis: actaq; magni
Herculis implerant terras: odiumque nouercæ.
Victor ab oechalia cenæo ſacra parabat

Vota ioui:cum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas:quæ ueris addere falſa
Gaudet:& e minimo ſua per mendacia creſcit:
Amphitryoniaden ioles ardore teneri.
Credit amans: Veneriſque nouæ perterrita fama
Induſit primo lachrymis:flendoque dolorem
Diffudit miſeranda ſuum.mox deinde quid autem
Flemus ait? pellex lachrymis lætabitur iſtis:
Quæ quoniã aduenier: ꝓpãdũ aliq̃dq; nouãdũ ẽ:
Dũ licet:& thalamos nõdum tenet altera noſtros.
Conquerar an ſileam? repetã calydona: morerne:
Excedam tectis:an ſic nihil amplius obſtem?
Quid ſi me meleagre tuam memorẽ eſſe ſororem?
Forte paro facinus: quantumq; iniuria poſſit
Fœmineuſque dolor uulgata pellice teſtor.
In curſus animus uarios abit.omnibus illis
Prætulit imbutam neſſeo ſanguine ueſtem
Mittere: quæ uires defecto reddat amori.
Ignaroque lichæ quid tradat neſcia:luctus
Ipſa ſuos tradit:blandiſque miſerrima uerbis
Dona det illa uiro mandat.capit inſcius heros.
Induiturque humeris lernææ uirus echidnæ.
Thura dabat primis & uerba precantia flammis:
Vinaque marmoreas patera fundebat in aras.
Incaluit uis illa mali:reſolutaque flammis
Herculeos abiit late diffuſa per artus.
Dum potuit:ſolita gemitum uirtute repreſſit.
Victa malis poſtquam ẽ patientia:reppulit aras:
Impleuitque ſuis nemoroſam uocibus oeten.
Nec mora.letiferam conatur ſcindere ueſtem.
Qua trahitur:trahit illa cutem.fœdumque relatu:
Aut hæret membris fruſtra temptata reuelli:
Aut laceros artus & grandia detegit oſſa
Ipſe cruor:gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu ſtridet:coquiturque ardente ueneno.
Nec modus eſt. ſorbent auidæ præcordia flammæ:
Cæruleuſque fluit toto de corpore ſudor:
Ambuſtique ſonant nerui:cæcaque medullis
Tabe liquefactis.tollens ad ſydera palmas
Cladibus exclamat ſaturnia paſcere noſtris.
Paſcere:& hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto.
Corque ferum ſatia.uel ſi miſerandus & hoſti:
(Hoſtis enim tibi ſum) diris crucitatibus ægram
Inuiſamque animam natamq; laboribus auſer.
Mors mihi munus erit.decet hæc dare dõa nouercã

ex centauri conſilio tinxit quam a lycha rei iſcio allatam Hercules indutus ueneni ui paulatim ĩualeſcente torqueri maximis doloribus cepit. Quare lychã qui ueſtem attulerat: interfecit: ac dimiſſo exercitu ĩ trachinã uenit: morboq; ĩ dies magis inualeſcente delphos lycimniũ ac Iolaũ miſit Apollinẽ morbi remedia ſciſcitaturos. Interim Deianira calamitate Herculis ſtupefacta cũ tanti malí cauſam a ſe profectam ſciret: laqueo uitam finiuit. Apollo autem iuſſit herculem cũ apparatu bellico in oetam deduci: ibiq; maximã ſtrui pyram. de reliquis ioui curam fore. Hercules igitur deſperata ſalute: in pyram cum aſcendiſſet: rogaretq; aſtantes: ut ignem ſubiicerent: ſolus Philoctetes in gratiam ſagittarum ſibi ab ipſo relictarum pyram ſuccẽdit: quæ ſubito ſulminibus circuncadẽtibus exuſta eſt. oechalia uero euryti patria ĩ euboea fuit: q̃ ab hercule fertur deleta. Nã ſunt ẽt aliæ oechaliæ una ĩ ætolia: alia ĩ meſſenia. alia ĩ arcadia. Alia ĩ trachiæ. Cenæo ioui. Iupiter cenæus a cenæo ꝓmontorio boetiæ eſt dictus: ubi ab oechaliæ expugnatione hercules reuerſus ioui aram extruxit. Principale autẽ pro deriuatiuo poſuit poeta. Ioles ardore. Iole Euryti filia quã hyllo filio hercules tradidit uxorem. Forte facinus. Magnum factum. De ulciſcenda nãq; pellice cogitat. In curſus uarios. In diuerſas cogitationes. Sunt autem poetæ uerba. Defecto amori. Deficienti: ac potius qui iam defecerat. Inſcius heros. Ignarus hercules ueſtem illam hydræ ueneno fuiſſe infectã. Lernææ uirus echidnæ: id eſt tunicam ueneno hydræ infectam. Dum potuit. Donec ualuit.

Oetẽ. oete mons eſt theſſaliæ morte rogo & ſepulchro herculis clarus. Lamina cãdens. ignita. Ardente ueneno. cõburente. Sorbent. opprimunt. abſumunt. Ambuſtiq; ſonant nerui. combuſtiq; ſtrident nerui. Cæca tabe. occulta corruptione. Saturnia paſcere. Hac oratione hercules ſe maximo odio Iunoni eſſe oſtendit eamq; in maximam inuidiam adducit. Laboribus. ad labores. Ergo ego fœdantem. Indignationi ſeruit hæc dictio ergo. Indignatur enĩ hercules quod cum ſæuiſſima domuerit monſtra: ipſe tamẽ dira peſte dometur. cõmemorat autem decem & octo præclara certamina: quæ Euryſthei iuſſu cõfecit.



Busirim domui. Busiris Neptuni fuit filius ex libya susceptus: qui cū in Aegypto tyrānidē exerceret hospites ad ꝓuocandā nili inūdationē: inter quos thrasiū: a quo id fuerat edoctus: imolaret: ab Hercule aris impositus fuit iugulatus. ¶ Sæuo antæo. Antæus libyæ fuit gigas: qui oēs ꝓuocabat ad luctā: uictosq; interficiebat. At hercules cū eo cōgressus aiaduertit: eū quotiens sterneret: ualētiorem surgere. terra. n. cuius erat filius: uires subministrabat. Eū igitur Hercules altius sublatū emittere spiritū coegit. Parentis. terræ matris. Pastoris hiberi. geryonen dicit: qui tria habuisse corpora dicitur ī ultimaq; hispāia regnasse: ac armētis ab hercule fuisse priuatus. Vos ne mānus. Taurus quē Pasiphe amauit: e creta ī peloponesū ad eurystheū fuit adductus. Vestrū opus Elis habet. Nā hercules ab expugnatiōe troiæ reuersus ī peloponesū: ut scribit in quinto Diodorus: Eurytū q augeæ regis dux erat: iuxta cleonas: ubi nūc ē Herculis templum necauit. Deinde bello aduersus Elim moto occisoq; augea rege atq; urbe uicapta phileo augeæ filio regnum tradidit: fuerat .n. hic ātea a patre pulsus: quoniā arbiter itereū & herculē factus præmiū herculi dādū censuisset. Stymphalides undæ. Stymphalis palus ē Achaiæ. ex qua erasinus fluit. Circa eam aues fuerūt mirādæ magnitudinis: similes harpyiis q̄ cū uicios agros uastarēt: ab hercule partim sagittis cōfixæ partim maxīo tabulæ æreæ sonitu fuerunt expulsæ. Partheniūq; nemus Parthenius mons est arcadiæ a parthenis: hoc est uirginibus illis uenātibus cognominatus: ubi ceruā eximiæ uelocitatis aureis cornibus Hercules cæpit. Relatus baltheus. Hercules ab eurystheo iussus ut aureū cingulū hippolytæ Amazonū regiæ ad se afferret amazonas īpas iuxta Themodoontem fluuiū habitātes una cū Theseo debellauit: indeq; reginæ aureū cingulū reportauit. Thermodoontiaco auro. Thermodoon fluuius ē Colchoq; iuxta quem olim Amazones habitarunt. Pomaq; ab īsōni. Poma hesperidū ait: q̄ cum essent aurea: a puigili dracone custodiebātur. Ea quoq; eurysthei iussu dracone interfecto hercules rapuisse fertur ad eurystheūq; retulisse. M. Varro aurea mala hesperidū capras & oues interpretat: quod & Diodorus ī qnto ait. Oues. n. græci mala uocant. Ea uero a puigili dracone custodita finguntur: quod ut Plynius scribit: Hesperidū horti cincti fuerunt flexuoso maris meatu: q uisentibus ꝑcul draconis præbent effigiem. Nec mihi cētauri. Hercules centauros Thessaliæ populos: q ex parte anteriori uiri ex posteriori equi uidebātur a pholo susceptus hospitio debellauit. Cū. n. Pholus cētaurus uini dolium olim a Baccho donatū ea cōditiōe: ut tūc uinū ꝑferret. cū hercules adesset: in honorē herculis ipsius releuisset: forte odore illius uetustissimi uini ꝑpinqui centauri ebrii effecti in ædes pholi īpetū fecerunt: quo ꝑterrefacto solus hercules nō illis modo restitit: ueꝝ multos quoq; ipsoꝝ interfecit: ut apte in quinto bibliotheces scribit Diodorus. Nec mi archadiæ uastator aper. Syneresis est duaꝝ uocaliū in unā. Mi. n. ꝑ mihi positū est. Maximus aūt aper arcadiā uastans ab hercule uiuus ad Eurystheum fuit allatus: quo uiso rex timore ꝑculsus in æreo se uase scribitur abscondisse. Nec ꝑfuit hydræ crescere per dānū. Nā recisō uno capite duo renascebantur. Quid cū thracis equos. Diomedes rex thraciæ qui hospites equis suis lacerādos obiiciebat: ab hercule & uita & equis ipsis fuit spoliatus. Eos uero ad se adductos eurystheus Iunoni sacrauit: quoꝝ ꝓgenies usq; ad Alexandrū macedonē durasse fertur. Thracis. Diomedis thraciæ regis. Moles nemeæa. Leo nemeæ syluæ: q cum maximus esset: ac neq; ferro. neq; æræ neq; lapide uulnerari posset: ut scribit Diodorus: manibus necessario erat occidendus. Is in nemea sylua maxime uersabatur iuxta montem: quem a casu tri tonem dixerunt: in cuius radicibus erat spelunca: ad quam bellua diuertebat. Hercules igitur cum ad locum accessisset: refugientem in speluncam īsecutus feram: altero aditus ore opturato: manibus leonē compræhēsum suffocauit: detractamq; pellem corpori suo munimentum ad futura pericula circundedit. Elisa. suffocata.

Ergo ego sœdantem peregrino templa cruore
Busirim domui. sæuo alimenta parentis
Antæo eripui. nec me pastoris hiberi
Forma triplex: nō forma triplex tua cerbere mouit
Vos ne manus ualidi pressistis cornua tauri?
Vestrum opus Elis habet. uestrū stymphalides ūdæ
Partheniumq; nemus. uestra uirtute relatus
Thermodoontiaco cælatus baltheus auro.
Pomaq; ab insomni non custodita dracone.
Nec mihi centauri potuere resistere: nec mi
Arcadiæ uastator aper: nec profuit hydræ
Crescere per damnum: geminasq; resumere uires.
Quid? cū thracis equos humano sanguine pingues
Plenaq; corporibus laceris præsepia uidi.
Visaq; deieci: dominumq; ipsosq; peremi?
His elisa iacet moles nemeæa lacertis:
His Cacus horrendum tiberino gurgite monstrum:
Hac cælum ceruice tuli. defessa iubendo est
Sæua iouis coniunx. ego sum indefessus agendo.
Sed noua pestis adest: cui nec uirtute resisti:
Nec tælis armisq; potest. pulmonibus errat
Ignis edax imis: perq; omnis pascitur artus.

Moles nemeæa. Magnitudinem leonis Nemeæi innuit: cuius interempti pelle pro ueste Hercules utebatur. Nemea autem sylua est inter argos & cleonas clara non solum ob leonem ab hercule superatū: sed etiā ob certamen annuū in honorem archemori īstitutū. His cacus. Carmine uergiliāo notissimus est & cacus & eius cedes. Tiberino gurgite, iuxta fluuium Tyberim. Hac cælum ceruice tuli, Hercules cum ad Athlantem.

Mauritaniæ regẽ: q humeris ſuis cælũ fingit ſuſtinere: pueniſſet: ab eo ſuſceptus ẽ hoſpitio: rogatuſq; ut dum ipſe alterũ humeꝝ cælo ſubiiceret: tantiſper ipe oneri ſuccederet: libenter eſt obſecutus. Quod quidẽ idcirco factũ ẽ: quod Hercules ab Atlante Mauritaniæ rege & hoſpitio ſuſceptus fuit: & aſtrologiã doctus. Nã Atlas cũ ſphærã excogitaſſet: cælũ ſuis humeris geſtare putatus ẽ: ut latius ſcribit Diodorus.

At ualet Euryſtheus. & ſunt qui credere poſſint
Eſſe deos. dixit: perque altam ſaucius Oeten
Haud aliter graditur: q̃ ſi uenabula taurus
Corpore fixa gerat: factique refugeret auctor.
Sæpe illum gemitus edentem: ſæpe trementem:
Sæpe retemptantem totas infringere ueſtes:
Sternentemque trabes iraſcentemque uideres:
Montibus aut patrio tendentem brachia cælo.
Ecce licham trepidum & latitantem rupe cauata
Aſpicit: utque dolor rabiem collegerat omnem:
Tu ne licha dixit feralia dona dediſti:
Tu ne meæ necis auctor eris: tremit ille pauetque
Pallidus: & timide uerba excuſãtia dicit.
Dicẽtem genibuſq; manus adhibere parãtem
Corripit Alcides: & terque quaterque rotatum
Mittit i euboicas tormento fortius undas.
Ille per aereas pendens induruit auras.
Vtque ferunt imbres gelidis cõcreſcere uentis:
Inde niues fieri. niuibus quoque mole rotatis
Aſtringi: & ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum ualidis iactum per inane lacertis:
Exanguẽque metu: nec quicq̃ humoris habentem
In rigidos uerſum ſilices prior edidit ætas.
Nũc quoque i euboico ſcopulus breuis emĩet alte
Grugite: & humanæ ſeruat ueſtigia formæ.
Q uẽ quaſi ſenſuꝝ nautæ calcare uerentur.
Appellantque lichan. at tu iouis inclyta proles
Arboribus cæſis: quas ardua geſſerat Oete
Inque pyrã ſtructis: arcũ pharetrãque capacem
Regnaque uiſuras iteꝝ troiana ſagittas
Ferre iubes pœante ſatum: quo flamma miniſtro
Subdita. dumque auidis cõprenditur ignibus agger:
Cõgeriẽ ſiluæ nemeæo uellere ſummam
Sternis. & ĩpoſita clauæ ceruice recumbis:
Haud alio uultu: q̃ ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iamque ualens & i omne latus diffuſa ſonabat:
Securoſque artus contemptoremque petebat
Flamma ſuum. timuere dei pro uindice terræ.
Q uos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Iupiter alloquitur. noſtra eſt timor iſte uoluptas
O ſuperi: totoque libens mihi pectore grator:
Q uod memoris populi dicor rectorque paterque:

At ualet euryſtheus. Hic fuit ſtheneli mycenaꝝ regis filius: q ĩpellente iunone Herculẽ uaria ꝑicula adire iubebat. Hec aũt cũ maxima iactãtur ĩdignatione. Ac ſi diceret hercules. ego q uirtute mea uniuerſũ terraꝝ orbẽ monſtris purgaui tãtis conficior cruciatibus. Euryſtheus uero oĩum iniqſſimus nullaq; uirtute ꝑditus bene hẽt. Nã ut ſcribit Diodorus: Euryſtheus habẽs argis regnum nota Herculis fama eũ ad ꝑficiẽda certamina arceſſit. Renuentẽ iuſſit iupiter euryſtheo optemperare. Is uero delphos adiẽs cõſulto ſup his Apollinis oraculo reſpõſũ accepit a diis mandatũ eſſe: ut Euryſthei iuſſu duodecĩ certamia ꝑficeret: q̃bus cõfectis ĩmortalitate potiret.

Et ſunt. idignatiõi hoc loco ſeruit illa & copula. Auctor facti. auctor uulneꝝ: qui uenabulis taurũ cõfixit. Feralia dona. peſtifera Genibuſq; manus abhibere parãtẽ. hoc ẽ ſupplicare parantẽ. Nã genua miſericordiæ idcirco dicata dicunt quod ea ſupplicãtes tangere cõſueuerũt. Tormento fortius. ualidius q̃ machĩa bellica. ẽ aũt tormẽtũ iſtrumẽtum bellicũ a torquẽdis ſaxis hoc ẽ cũ ĩpetu mittẽdis appellatũ. In euboicas undas. ĩ mare euboicũ. Nã ceneũ ꝑmõtoriũ: ubi hercules ſacrificaturus peſte correptus ẽ: iminet euboico mari. Induruit. durus ẽ factus. nã i ſaxũ fuit cõuerſus.

Vtq; ferũt ĩbres. ut ſcribit ĩ meteoris ariſtoteles: niues ac grãdines frigidioribus uẽtis ex aq̃ generant. Cõcreſcer. ſimul creſcere. & i unũ cogi. Spiſſa grãdine. ĩ dẽſã grãdinẽ. Gurgite. mari. ꝑ tapinoſin. At tu iouis iclyta ꝓles. Herculis metamorphoſin ĩ deũ exponit poeta. Sagittas iteꝝ uiſuras. Primũ q̃dẽ ſagittæ herculis troiana regna uidere: cũ ĩpe una cũ Telamõe & argonautis troiã expugnauit: deinde cũ ob Helenæ raptũ duce Agamẽnone fuit deleta. Nã cũ oraculũ accepiſſent græci ſine ſagittis Herculis Troiã capinõ poſſe: miſſus ẽ ulyſſes: q̃ Philocteten una cũ ſagittis illis ad exercitũ græcoꝝ adduceret. ſed uulneꝝ ſagittæ q̃ ĩ pedẽ cecidit ĩpeditus Philoctetes in lẽnodiu ſubſtitit. tãdẽ uero græcis rogãtibus ad exercitũ iliũ obſidẽtẽ ſagittas Herculis apportauit. Ferre. hẽre. Pœante ſatũ. Philocteten Pœãtis filiũ. Agger. lignoꝝ ſtrues: q̃uis agger ꝓprie terre accumulatio dicat. Sũmã cõgeriẽ ſyluæ. hocẽ ſũmitatẽ pyræ.

Nemeæo uellẽ. pelle nemeæi leõis. Iãq; ualẽs. uehemẽs ualida & magna. Securos artus. Mẽbra q̃ ſecura ac ſine ulla erãt cura.

Pro uindice. ꝓ ſalute uindicis: ac liberatoris terræ totius. Grator. gratulor. Quod memoris populi. hoc eſt grati. Ille. n. eſt gratus qui beneficiorum eſt memor.

Et mea ꝓgenies. Quod ſub ītelligaſ. Lætatur. n. iupiter quod dii ſint ſolliciti de Herculis filii ſui ſa'ute. Im manibus actis. Maximis ipſius geſtis. Obligor ipſe tamē. Ego tamen me uobis debere fateor. Materna par te. Ex parte corporis: quod a matre ſumpſit. Defunctū terra. liberatum a terra. Cæleſtibus oris. In cælum. Nam ut refert Diodorus. poſt exuſtum Herculis rogum accedente Iolao ut oſſa colligeret: cū nullum prorſus repertum foret: crediderūt herculem ſecūdum oraculū in deos tranſlatū: illiq; ut Heroi ſacra q̄dam fecerunt. Athenienſes aūt græcorum primi herculē ut deum ſacrificiis coluerūt: ſuæq; pietatis erga illum præbentes reliquis exemplum uniuerſam primum græciam: deinde cæte ras gentes ad eius cultum conuertere. Læ tabile. lætum gratum ac iucundum. Si quis tamen hercule ſiquis. Iunonem taxat iupiter quæ ſemper herculem odio fuerat proſecuta. Sed meruiſſe dari ſciet. hoc eſt intelliget. meruiſſe herculem ut ipſi præ mia darentur cæleſtia atq; in numer̄ deo/ rum reciperetur. Populabile. corrupti/ bile. Mulciber. Vulcanus. ignis. Iouis ueſtigia. ſimilitudinem Iouis. Nā ut iupi/ ter: deus ē effectus hercules. Parte ſui me liore. Animi īmortalitate. Auguſta gra/ uitate. Sacra ac diuina. Nā auguſtū dicit̄ au gurio conſecratum. Quadriiugo curru. triumphali. Innuit. n. Herculem cum maxi ma gloria triumphātum more in cælū fuiſ ſe ſublatū. Senſit atlas pondus. Herculis in cælum recepti. ē aūt emphaſis: qua īnuit̄ herculis magnitudo. Stheneleius eury/ ſtheus. Stheneli filius. Ad id uero alludit poeta quod ī quinto ſcribit Diodorus. Cū enī Euryſtheus cognouiſſet hyllū herculis filiū ac quoſdā e fratribus uiros euaſiſſe: ue ritus ne ſi omnes ad eam peruenirent æta tem: mycenarum imperio ſe priuarent: Ceyci trachinæ regi: ad quē poſt patris mor tem confugerant bellū indixit: niſi hercu/ lis & Iycimni filios & Iolaū ac oēs arcades qui cum hercule militaſſent: expelleret. Ipi uero Euryſthei uiribus impares: ſpōte tra chinam relinquētes: ab Atheniēſibus adiu ti: ducibus Iolao. Theſeo. Hylloq; conſtitu tis: Euryſthei exercitum ꝓfligarunt: ipſeq; euriſtheus curru fugiens ab hyllo fuit īter fectus. In prole. Nā odio proſeq̄bat̄ hyllū & reliquos herculis filios. Hæc aūt a poeta referunt̄: ut facilius cōnectat cū ſupioribus galāthidis miniſtræ alcmenæ mutationē ī muſtelā. Nā alcmena cū parere nō poſſet: lu cinā deā q̄ parientibus præeſſe dicitur: iuo/ cauit. Ac ea quidē uenit Iunonis iuſſu par/ tū ipeditura. Cū igit̄ ī uetulæ figurā cōuer/ ſa āte ianuā Alcmenæ ita ſederet: ut manu um digitis cācellatim iūctis genua teneret: forte galāthis miniſtra ſuſpicata eā illo ge/ ſtu dominæ: quo minus pareret: eſſe ipedi/ mēto: falſo ei nunciauit Alcmenam partu ſolutam. Quod cū dea accepiſſet: ſurrexit ſtatimq; alcmena herculē peperit. Cæterum dea īdignata ſe a galāthi de illuſam: q̄ primū illam in muſtelam ea conditione conuertit: ut pareret ore: quo fuerat ementita. Atrox. Crudelis qui nil meritos herculis filios perſequebat̄. Argolis alcmene. argolica: quæ poſt mortē herculis the/ bas profecta illicq; mortua diuinos meruit honores. Queſtus aniles. Querimonias uetulæ conuenientes. Teſtatos labores. celebrata atq; confeſſa certamina. Hyllus. Herculis ex Deianira fuit filius. Corripiatq;

Et mea progenies ueſtro quoque tuta fauore eſt.
Nam quanq̄ ipſius datis hoc immanibus actis
Obligor ipſe tamen. ſed enim ne pectora uano
Fida metu paueant: Oetæas ſpernite flāmas.
Omnia qui uicit: uicet quos cernitis ignes.
Nec niſi materna uulcanum parte potētē
Sentiet. æternum eſt a me quod traxit: & expers
Atque immune necis: nullaque domabile flāma.
Idque ego defunctum terra cæleſtibus oris
Accipiam: cunctiſque meum lætabile factum
Diis fore confido. ſi quis tamen hercule. ſiquis
Forte deo doliturus erit: data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet: inuituſque probabit.
Aſſenſere dei. coniunx quoque regia uiſa eſt
Cætera non duro: duro tamen ultima uultu
Dicta tuliſſe iouis: ſeque indoluiſſe notatam.
Interea quodcūque fuit populabile flāmæ
Mulciber abſtulerat. nec cognoſcenda remāſit
Herculis effigies: nec quicq̄ ab imagine ductū
Matris habet: tantūque iouis ueſtigia ſeruat.
Vtque nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta
Luxuriare ſolet: ſquāmaque nitere recenti:
Sic ubi mortales Tirynthius exuit artus
Parte ſui meliore uiget: maiorque uideri
Cœpit: & auguſta fieri grauitate uerendus.
Q uē pater omnipotens inter caua nubila raptū
Q uadriiugo curru radiantibus intulit aſtris.
Senſit atlas pondus. neque adhuc ſtheneleius iras
Soluerat Euryſtheus: odiumque in prole paternū
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis alcmene queſtus ubi ponat aniles.
Cui referat nati teſtatos orbe labores:
Cuiue ſuos caſus iolen habet. Herculis illam
Imperio thalamoque aīoque receperat hyllus:
Impleratque uter̄ generoſo ſemine: cū ſic
Incipit alcmene. faueant tibi numina ſaltem:
Corripiantque moras tunc: cū matura uocabis

Præpoſitam timidis parientibus ilithyian:
Q uam mihi difficilem iunonis gratia fecit.
Nanque labor feri cum iam natalis adeſſet
Herculis:& decimũ premeretur ſidere ſignum:
Tendebat grauitas uteꝛ mihi:quodque ferebam
Tantum erat:ut poſſes auctorem dicere tanti
Põderis eſſe iouem.nec iam tolerare labores
Vlterius poterã.quin nũc quoque frigidus artus
Dũ loquor:horror hẽt:parſq; ẽ meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes totidem cruciata diebus
Feſſa malis: tẽdenſque ad cælum brachia:magno
Lucinam ad nexos partus clamore uocabam.
Illa quidem uenit.ſed præcorrupta:meumque
Q uæ donare caput iunoni uellet iniquæ.
Vtque meos audit gemitus:ſubſedit in illa
Ante fores ara: dextroque eſt poplite leuum
Preſſa genu:digitiſque inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus.tacita quoque carmina uoce
Dixit:& inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor:& ingrato facio conuicia demens
Vana iouit:cupioque mori:moturaque duros
Verba queror ſilices.matres cadmeides adſunt.
Votaque ſuſcipiunt: exhortanturque dolentem.
Vna miniſtrarum media de plebe galanthis
Flaua comas aderat faciendis ſtrenua iuſſis:
Officiis dilecta ſuis.ea ſenſit iniqua
Neſcio quid iunone geri:dũque exit & intrat
Sæpe fores:diuam reſidentem uidit in ara.
Brachiaque ĩ genibus digitis connixa tenentem.
Et quæcunque es ait:dominæ gratare.leuata eſt
Argolis alcmene:potiturque puerpera uoto.
Exiliit:iunctaſque manus pauefacta remiſit
Diua potens uteri.uinclis leuor ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe galanthida fama eſt.
Ridentem prenſamq; ipſis dea ſæua capillis
Traxit:& e terra corpus releuare uolentem
Arcuit:inq; pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet.nec terga colorem
Amiſere ſuum:forma eſt diuerſa priori.
Q uæ quia mendaci parientem iuuerat ore:
Ore parit:noſtraſq; domos ut & ante frequentat.
Dixit:& admonitu ueteris commota miniſtræ
Ingemuit:quam ſic nurus eſt affata loquentem.
Te tamen o genitrix aliena a ſanguine ueſtro
Rapta mouet facies.quid ſi tibi mira ſororis
Fata meæ referam: q̃q̃ lachrymæq; dolorque

moras.abbreuient atq; auferãt. Ilithyiam. Ilithyia dea eſt quæ parientibus præeſſe dicitur:quã noſtri lucinã appellant:quod in lucem naſcentes ꝓducat. Quã mihi difficilẽ. Aduerſam. Iunonis gratia.Potentia iunonis:quæ tantum gratia apud ilithyiam ualuit: ut quæ mihi adeſſe debebat:obfuerit.Iouẽ nãq; appropinquãte partus tẽpore diis pſentibus dixiſſe ferunt:pueꝛ qui ea die naſceretur:ſe regem eſſe factuꝛ.Quibus uerbis cõmota iuno lucinã filiã iuſſit comprimere Alcmenæ partum:ac Euryſtheum ante tempus in lucẽ educere.Iupiter uero licet cõſilio fruſtratus: quod ꝓdixerat tamen ratum:& herculis famam clarã eẽ uolẽs dixiſſe Iunoni fertur: ſe qdẽ permittere Euryſtheum : ut prædixerat regem eſſe: herculẽq; ei ſubiici uelle. duodecimq; certamina ab illo perfici:q̃ Euryſtheus mãdaſſet:quibus conſumatis fieret ĩmortalis. Feri. duri ac laborum patientis. Et decimũ ſignũ.hoc ẽ. cũ iam decimus ageretur menſis. Duodecim enim ſunt zodiaci ſigna:quibus duodecim menſes diſtinguuntur. Sidere.ſole κατεχοχην. Nexos partus.impeditos:qui ſolui non poterant. Sed præcorrupta.Ante a Iunone corrupta. Meum caput.meam uitã. Dextroq; eſt poplite leuum preſſa genu.Synecdoche poetica. Tali autẽ geſtu impediri partus etiam Plynius in naturali hyſtoria ſcribit his quidem uerbis. Aſſidere grauidis uel cum remedium alicui adhibeatur digitis pectinatim inter ſeſe amplexis ueneficiũ ẽ. idq; cõpertum tradũt.Alcmena herculem pariente.pedius ſi circa unum amboue genua. Item poplites alternis genibus imponi. ideoq; hæc in conſiliis ducum poteſtatũue fieri uetuere maiores uelut oẽm actum impedientia:uetuerẽ uero etiã ſacris uotiſue ſimili modo intereſſe. Pectine.pectinatim ac cancellatim iunctis digitis. Suſtinuit. remorata eſt.retardauit. Carmina.incantationes. Nitor.enitor ut pariã. Proprie aũt niti pariẽtes dicũtur. Vana cõuicia. nihil profutura. Verba q̃ror.Figurate dictum ẽ. Verbis.n. q̃ri cõqueriq; ẽ i uſu. Cadmeides.Thebanæ. Diuam.Ilithyiam. Gratare,gratulare. Leuata eſt.ſoluta ẽ partu & liberata. Potiturq; puerpera uoto.Adepta eſt id quod cupiebat. Pepit nãq; ut optabat.puerpera aũt dicitur q̃ nuper pepit.

Pauefacta.ſtupefacta. Diua potẽs uteri.Periphraſis eſt ilithyiæ. Vinclis remiſſis.Digitis:q pectinatim iuncti mihi ut uincula erant impedimento: reſolutis. Arcuit. uetuit e terra ſurgere galanthida: cum uellet. Strenuitas. agilitas. Vt & ante. quẽadmodum etiam ante : cũ puella eſſet. Frequentar.celebrat. Nam muſtelæ fere in domibus uerſantur. Admonitu. recordatione. Quam ſic nurus. iole Hylli herculis filii uxor. Rapta. erepta.ablata. Facies.figura.

Impediunt:prohibentq; loqui. fuit unica matri.
(Me pater ex alia genuit) notissima forma
Oechalidum dryope: quam uirginitate carentem;
Vimq; dei passam delphos delonq; tenentis
Excipit andræmon:& habetur coniuge felix.
Est lacus accliuis deuexo margine formam
Littoris efficiens. summum myrteta coronant.
Venerat huc dryope fatorum nescia:quoque
Indignere magis:nymphis latura coronas.
Inq; sinu puerum: qui nondū impleuerat annum
Dulce ferebat onus:tepidiq; ope lactis alebat.
Haud procul a stagno tyrios imitata colores
In spem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpserat hinc dryope:quos oblectamina nato
Porrigeret flores:& idem factura uidebar.
(Nanq; aderam) uidi guttas e flore cruentas
Decidere:& tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet ut referunt tardi nunc deniq; agrestes:
Lotos i hanc nymphe fugiens obscœna priapi
Contulerat uersos seruato nomine uultus.
Nescierat soror hoc:quæ cum perterrita retro
Iret:& oratis uellet discedere nymphis:
Hæserunt radice pedes. conuellere pugnat:
Nec quicq̄ nisi summa mouet. succrescit ab imo:
Totaq; paulatim lētus premit inguina cortex.
Vt uidit:conata manu laniare capillos:
Fronde manum ipleuit. frōdes caput omne tegebāt
At puer amphisus (nāq; hoc auus eurytus illi
Addiderat nomen) materna rigescere sensit
Vbera. nec sequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis:opemq;
Non poteram tibi ferre soror:quantūq; ualebā
Crescentem truncū:ramosq; amplexa morabar.
Et fateor uolui sub eodem cortice condi.
Ecce uir andræmon genitorq; miserrimus adsunt:
Et quærunt dryopen:dryopen quærētibus illis
Ostendi loton. tepido dant oscula ligno.
Affusiq; suæ radicibus arboris hærent.
Nil nisi iam faciem:quod nō foret arbor:habebat
Cara soror. lachrymæ misero de corpore factis
Irrorant foliis:& dum licet:oraq; præstant
Vocis iter:tales effundit in aera questus.
Si qua fides miseris:hoc me per numina iuro
Non meruisse nefas. patior sine crimine pœnam.
Vximus innocuæ. si mentior:arida perdam
Quas habeo frondes:& cæsa securibus urar.

Notissima forma oechalidum dryope. Dryope euryti filia:quæ pulchritudine Apollinem in suos amplexus pellexit: cum ex andræmōe uiro iam filiam peperisset:ad lacum quendam:ut coronas nymphis dicaret:peruenit:ubi cum ex loto arbore florentes ramos:quos puero daret:decerpsisset: ecce guttas sanguinis ex arbore stillantes aspexit. qua re territa cum refugere uellet: in arborem sensit se transfigurari. Oechalidum. oechaliæ uirginum. Dei tenentis delon. Periphrasis est Apollinis: qui & delphos & delon in potestate sua habet. Sūmum. summitatē marginis. Myrteta Myrtus est arbor ueneri dicata. unde myrtetum locus myrtis consitus dicitur.

Tyrios. purpureos. In spem baccarum. Nā baccæ ex floribus nascuntur. Aquatica lotos. iuxta aquas nascens. Fuit aūt lotos nympha: quā cū insequeretur priapus: ut eam comprimeret: miseratiōe deorum in arborem sui nominis cōuersa ē: quæ ut scribit Herodotus baccas fert dactilis suauiores: ex quibus uiuunt uinūq; ét cōficiunt populi libyæ qui inde lotophagi uocātur.

Tardi agrestes. feri ut qui id ante amissam sororē nō admonuerūt. alias tardi tardo ingenio p̄diti dicunt. Nunc deniq;. nunc tādem post factā sororis iacturā. Obscœna priapi. Inguina priapi. Priapus autem bacchi & ueneris filius fuit: q ob eximiam fœcūditatem hortoq; deus fuit existimatus Frequenter autem pro pudendis uirorum ponitur priapus. Nam ut in quinto scribit Diodorus: cum prisci inguina uirorum occultius nominare uellent: priapum dicebant. Iret. ire uellet. Neq;. n. ire poterat. Oratis. Placatis nymphis. Pugnat. nititur conatur. Lētus cortex. flexibilis. Addiderat nomen. parēthesis ē. indiderat autem rectius legeretur hoc est imposuerat. Nam indi nomina ꝓprie dicuntur. Ducentem. trahentem sugentem ubera. Lacteus humor. periphrasis lactis. Fati. mortis. hæc autem lachrymans iole cōmemorabat. Morabar. retinebam. Genitorq;. Eurytus. Tepido ligno. Adhuc tepido ut in quod paulo ante Dryope fuerat transmutata. Affusiq;. amplexi. Cara soror. Apostrophe qua iole significat se casu sororis uehementer dolere. Irrorant. roris modo stillant in folia. Dum licet. Donec potest.

Questus. querelas. Hoc nefas. hoc suppliciū. pro eo quod sequitur id quod antecedit: positū est. nefas nāq; & scelus præcedit: sequitur supplicīū. Sine crimine. sine culpa. Innocuæ: inocētes.

Demite.Deripite.detrahite. Hoc in ſtipite.In hoc trunco. Et frutices oēs. Arbuſculas oēs. Eſt.n. frutex medius inter arbores & herbas.nā neq; ad arboris magnitudinem peruenit:neq; per hyemē ut herba areſcit.

Dearū.nympharum. Incumbere.inclinare. Mollis liber. Cortex. unde & libri ſunt dicti:quod in libris hoc eſt arborū corticibus antiqui ſcribebant. Sine munere ueſtro.officio.Nā morientū oculi a proximis cō ſanguineis cludebantur. Simul eſſe.mulier ſubaudiatur.nam arbor eſſe non deſierat. Eurytidos.ioles eu ryti filiæ. Nā limine conſtitit alto.iolaus ut ſcribit ſolinus:Iphicli herculis fratris fuit filius:qui cū ad decrepi tā pueniſſet ætatem herculis precibus ab hebe iuuenili ætati fuit reſtitutus. Dubia lanugine.quæ uix uideba tur ob tenuitatē. Iunonia hebe. Iunonis filia quæ herculi in cælum tranſlato nupſit. Nam fe runt iouem iunoni perſuaſiſſe ut herculē ſe fin/ geret genuiſſe matriſq; erga eū deinceps beniuo/ lentiam oſtenderet:cū igitur iuno lectū aſcēdiſ/ ſet:ſumptū iuxta corpus herculem p ueſtes infe/ rius in terrā demiſit uerū partū imitata ſicut etiā nunc in filiorū adoptione obſeruant barbari.Iu/ nonis igitur opa poſt hunc partum hebe herculi nupſit. Viri.mariti Herculis.nam hercules in numerū deoq; relatus uel iunone conſentiente il lam duxit uxorem. Talia bona.ut quenq; iu/ uenili ætati reſtituat. Themis.Dea eſt iuſticiæ Themis & diuinādi & religionis:quæ nihil ſcele ris impunitū eſſe permittit. Nam iam diſcor/ dia thebæ bella mouēt. Amphiaraus oiclei filius uates clariſſimus cum ſe a bello Thebano non re uerſurū præuidiſſet:a Polynice nullis precibus adduci poterat ut illi intereſſet. quare polynices aureum illud monile a uenerē hermionæ dono datum:Eripylæ Amphiarai uxori:quo belli ſo/ cietatē uiro pſuaderet:largitus eſt.Cū uero eo tē pore Amphiaraus adraſtuſq; de regno diſſenti/ rent:ad Eripyles Amphiarai uxoris adraſtiq; ſo/ roris iudiciū oīum diſſenſionū detulerunt. Illa uero pro amphiarao quidem ſententiā tulit:ſed ut belli thebis inferendi ſocius adiutorq; eēt.Cæ terū Amphiaraus exiſtimans ſe ab uxore ꝓditū Alcmæoni filio mādauit: ut poſt ſuū obitū Eri/ pylen necaret. Cum uero amphiaraus quo die primū thebas peruenit una cum curru & eqs ter ræ hiatu fuiſſet abſorptus: Alcmæon patris mā dati memor matrē interfecit. quo quidē facino/ re ī inſaniam uerſus ac furiis agitatus ad phegeū Alpheſibœæ patrē cupiens purgari confugit. Al pheſibœæ uero cum monile maternū dono de/ diſſet eam uxorem duxit.ad acheloū deinde pro fectus eius filiā callirhoen adamauit a qua cū mo nile illud efflagitaretur: ad alpheſibœam rediit ipſum monile repetiturus. cæterum a themeno & Axione alpheſibœæ fratribus fuit iterfectus: quos poſtea alpheſibœa ipſa ut maritū ulciſcere tur interemit: id quod aperte ſcribit propertius cum inquit.Alpheſibœa ſuos ulta eſt pro cōiuge frarres. San/ guinis & cari uincula rupit amor.Callirhoe aūt Alcmæonis uxor Iouē rogauit ut filios adhuc impuberes iuue nes efficeret:quo de patre ultionē ſuſcipere poſſent.quod cū lupiter conceſſiſſet repente e pueris uiri effecti fue/ runt. Diſcordia bella.Epitheton belli ē ꝓprium.Bellum aūt thebanū ab Eteocle & Polynice fratribus ſuſce ptum uel carmine papinii notiſſimū eſt.Nam ut ſcribit Diodotus:Eteocles ac polynices œdipi filii cum ad ui/ rilem pueniſſent ætatem:cognouiſſentq; laium priorem iocaſtæ matris maritum ab œdipo filio ab Apollinis oraculo reuertentem interfectum:ac iocaſtā matrē ab œdipo filio uxorem ductā:ſeq; ex tām funeſtis ortos nu/ ptiis:ut eius eſſent filii: cuius fratres quoq; merito uocarentur:œdipum qdem ipm domo egredi ꝓpter dede/ cus non pmiſerunt.regnum uero inter ſe eo fœdere diuiſerūt: ut alternis annis imperarent. primuſq; imperii annus eteocli natu maiori cederet.cæteq; is acto āno cū regnū repoſcēti fratri nō traderet:polynices ad adraſtū regē cōfugit:cuius filiā noīe argiā cū uxorē accepiſſet:tādē a ſocero:undiq; cōtractis auxiliis inſtructus ad oppu gn ādas Thebas cū ſex aliis ducibus adraſto.Tydeo.Amphiarao.Capaneo.Hippomedōte & Parthenopæo ꝓfe ctus eſt. Capaneuſq; niſi ab ioue uinci.Capaneus unus fuit ex ſeptē ducibus:q Thebas obſederūt: q cū deorū

Hunc tamen infantem maternis demite ramis:
Et date nutrici:noſtraq; ſub arbore ſæpe
Lac facitote bibat:noſtraq; ſub arbore ludat:
Cumq; loqui poterit:matrem facitote ſalutet.
Et triſtis dicat.latet hoc in ſtipite mater.
Stagna tamen timeat.nec carpat ab arbore flores.
Et frutices omnes corpus putet eſſe deæ.
Care uale coniunx:& tu germana paterq;:
Q ui ſi qua eſt pietas:ab acutæ uulnere falcis.
Apecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad uos incūbere non eſt:
Erigite huc artus:& ad oſcula noſtra uenite:
Dum tangi poſſum:paruūque attollite natū.
Plura loqui nequeo.nam iam per candida mollis
Colla liber ſerpit:ſummoq; cacumine cōdor.
Ex oculis remouete manus .ſine munere ueſtro
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui:ſimul eſſe:diuque
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert iole factum mirabile:dumq;
Eurytidos lachrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene:flet & ipſa tamen:cōpeſcuit omnem
Res noua triſticiam.nam limine conſtitit alto
Pene puer:dubiaq; tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat iunonia muneris Hebe
Victa uiri precibus:quæ cum iurare pararet
Bona tributuram poſt hunc ſe talia nulli
Non eſt paſſa temis.nam iam diſcordia thebæ
Bella mouent dixit:capaneuſq; niſi ab ioue uinci

contemptor esset: scalisq; thebas oppugnare primus oium cœpisset: tanta mole lapidum a thebanis obrutus ẽ: ut scribit uegetius: ut fulminibus a ioue fingatur extinctus. Fientq; pares in uulnere fratres. Eteocles & polynices oedipi filii: ꝓpter quos bellū illud thebanū fuerat susceptū: mutuis uulneribus conciderunt. Subducta tellure: subtracta terra. Nā hiatu terræ absorptus est Amphiaraus. Vltus erit. ulciscetur. nā amphiaraus se ab uxore ꝓditū cognoscēs Alcmæoni filio mādauit: ut post obitū suū eripylen ꝓimeret: quod quidē cū executus esset: facti conscientia in insaniā conuersus est. Natus: filius Amphiarai Alcmæon: q patrē ulciscendo pius: occidēdo uero matrē impius fuisse iudicatur. Exul mētis. demens atq; furiosus. Domusq;. Nā domo fugiens in acarnaniā puenit: ut paricidium expiaret. Donec eū coniunx. callirhoe Acheloi filia. Fatale aurū. monile ꝓnicioſum: quod qui habebat ifortuniis uexabatur. id aūt Alcmæon ablatum matri iam Alphesibœæ tradiderat. Phegeius ensis. Phegei filioꝝ a quibus Alcmæon fuit interemptus. Hauserit. apuerit. ulnerauerit. Tū demū. Tandē post iterfectū maritū. Acheloia supplex. callirhoe acheloi filia Alcmæonis uxor.

Vltoris. Alcmæonis: qui patrē fuerat ultus.

Dōa priuignæ nurusq;. Hebes: q̄ & priuigna & nurus iouis erat. Nā iunonis filia fuit sine patre & herculis iouis filii uxor. Præcipiet. Ante capiet. Impubibus ānis. puerilibus. Hæc ubi faticano. byblidos i fōtē sui nois metamorphosin descripturus poeta: nō nulla ꝓmittit: quibus eā cōmodius cōnectat. Faticano. fata canēti. Ea dē dona. ut iuuenes fierēt. Pallātias. Aurora pallantis gigātis filia. Sui cōiugis. Tithoni qui tādē i cicadā fuit conuersus. Iasona flaua ceres. sic quidē fere hactenus corrupte lectū ẽ: qđ pq̄mirādū ẽ cū iasona & q̄drisyllabū sit & primā corripiat syllabā. quod sane haud iperiti qdā aīaduertētes Aesona putarūt eē legendū: quo quidē mō nulla uis rōni carminis afferē. sed cū nemo priscorū scribat Aesonē a cerere fuisse amatū: cēsuerim Iasiona qui accusatiuus in quinq; syllabas excurrit. ita eē legendū: ut illud epitheto flaua penitus eradat. Huic aūt lectioni nō uetustissima solum exēplaria: sed historiæ quoq; astipulātur. tradūt enī Iasiū qui & iasion dicit: iouis ex electra filiū adeo a cerere fuisse amatū: ut i eius gratiā ad nuptias hermiones ipsius iasii sororis maximā frumēti ac panis copiā attulerit ac ex eo plutū pepererit qui cultū uitæ instituerit pecuniasq; coacervare ac ī usus custodire oium primus docuit: cū antea parua cōgregādæ seruādæq; pecuniæ fuisset cura. Hæc i sexto bibliotheces libro. neqs me finxisse putet: a Diodoro scribuntur Posciteri chthonio. Erichthonius: ut diximus: ex uulcani semine in terrā a pallade ipm spnēte pedibus dereicto natus ẽ. Et anchisæ ānos. anchisen a uenere amatū Aeneāq; ex ea susceptū carmine Vergilii notius ẽ q̄ ut hoc loco sit exponendū. Cui studeat. faueat. Quo ruitis. quid sine ulla rōne affectatis. oia aūt fatis gubernari iupiter concludit. Vos ét. ordo est. fata regunt etiā uos & me quoq;: ut hoc aio meliore feratis. Nec nostrū curuarēt Aeacon. hoc ẽ icuruum senectute rederēt. Tres aūt filios suos iusticia īsignes Aeacō. Rhadamāthū & minoen diis cōmemorat iupiter: qui oēs iā cōsenuerāt: neq; ꝓ fata iuuenescere poterant. Nec sustinet ullus. q̄ri nec ullus audet cōqueri. Terruerat magnas gētes. Nā minois iperiū late patebat. Tūc erat inualidus. cū ea iupiter dixit. Deionidenq; iuuētæ robore miletū. miletus solis

Haud poterit: fientq; pares ī uulnera fratres.
Subductaq; suos manes tellure uidebit
Viuus adhuc uates: ultusq; parente parentem
Natus erit facto pius & sceleratus eodem.
Attonitusq; malis exul mentisq; domusq;
Vultibus eumenidum matrisq; agitabitur ūbris:
Donec eum coniunx fatale popoſcerit aurum:
Cognatumq; latus phegeius hauserit enſis:
Tum demum magno petet hoc acheloiasupplex
Ab ioue callirhoe: natis infantibus annos
Addat: ne ue necem ſinat esse ultoris inultam.
Iuppiter his motus priuignæ dona nurusque
Præcipiet: facietq; uiros impubibus annis.
Hæc ubi faticano uenturi præscia dixit
Ore themis: uano superi sermone fremebant.
Et cur non aliis eadem dare dona liceret:
Murmur erat. queritur ueteres pallantias annos
Coniugis esse sui. queritur canescere mitem
Iasiona ceres. repetitum mulciber æuum
Poscit erichthonio. uenerem quoq; cura futuri
Tangit: & anchisæ renouare pacisciturannos.
Cui studeat deus omnis habet: crescitq; fauore
Turbida seditio: donec sua iupiter ora
Soluit: & o nostri siqua est reuerentia dixit:
Quo ruitis? tantum ne aliquis sibi posse uidetur:
Fata quoq; ut superet? fatis lolaus in annos
Quos egit: rediit. fatis iuuenescere debent
Callirhoe geniti: non ambitione nec armis.
Vos etiam quoq; hoc animo meliore feratis:
Me quoq; fata regunt: quæ si mutare ualerem:
Nec nostrum seri curuarent æacon anni:
Perpetuumq; æui florem rhadamanthus haberet
Cum minoe meo: qui prpoter amara senectæ
Pondera despicitur: nec quo prius ordine regnant.
Dicta iouis mouere deos. nec sustinet ullus:
Cum uideat fessos rhadamanthon & æacon ānis
Et minoa quæri: qui dum fuit integer æui
Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.
Tunc erat inualidus: deionidenque iuuentæ

Robore miletum phœboque parente ſuperbum
Pertimuit:credenſque ſuis inſurgere regnis:
Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis milete tua:celerique carina
Aegeas metiris aquas:& in aſide terra
Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen.
Hic tibi dum ſequitur patriæ curuamina ripæ:
Filia mæandri totiens redeuntis eodem
Cognita cyanee præſtanti corpore nympha
Byblida cum cauno prolem eſt enixa gemellam.
Byblis in exemplo eſt:ut ament conceſſa puellæ.
Byblis apollinei correpta cupidine fratris:
Non ſoror ut fratrem:nec qua debebat amauit.
Illa quidem primo nullos intelligit ignes.
Nec peccare putat:q; ſæpius oſcula iungat:
Q uod ſua fraterno circūdet brachia collo.
Mendacique diu pietatis fallitur umbra.
Paulatim declinat amor.uiſuraque fratrem
Culta uenit:nimiumque cupit formoſa uideri.
Et ſi qua eſt illic formoſior:inuidet illi.
Sed nondum manifeſta ſibi eſt: nullumque ſub illo
Igne facit uotum.ue; tamen æſtuat intus.
Iam dominum appellat.iam nomina ſāguinis odit.
Byblida iam mauult:q̄ ſe uocet ille ſororem.
Spes tamen obſcœnas animo demittere non eſt
Auſa ſuo uigilans.placida reſoluta quiete
Sæpe uidet quod amat.uiſa eſt quoq; iūgere fratri
Corpus:& erubuit:quamuis ſopita iacebat.
Somnus abit.ſilet illa diu:repetitq; quietis
Ipſa ſuæ ſpeciem:dubiaſque ita mente profatur
Me miſeram.tacitæ quid uult ſibi noctis imago?
Q uam nolim rata ſit.cur hæc ego ſomnia uidi?
Ille quidem eſt oculis q̄uis formoſus iniquis:
Et placet:& poſſim:ſi non ſit frater:amari.
Et me dignus erat.uerum nocet eſſe ſororem.
Dummodo tale nihil uigilans cōmittere temptem.
Sæpe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus.
Teſtis abeſt ſomno.nec abeſt imitata uoluptas.
Proh uenus & tenera uolucer cum matre cupido
Gaudia quanta tuli? q̄ me manifeſta libido
Contigit? ut iacui toti reſolu ta medullis?
Vt meminiſſe iuuat? q̄uis breuis illa uoluptas:
Noxque fuit præceps:& cœptis inuida noſtris.
Oego ſi liceat mutato nomine iungi:
Q uā bene caune tuo poteram nurus eſſe parenti:
Q uā bene caune meo poteras gener eſſe parenti?

fuit,filius ac Paſiphaes minois uxoris frater: qui cum minoē iā ſenio cōfectum regno priuare pararet:a ioue deterritus in aſiam ſponte aufugit: ubi & urbem cōdidit:quam de nomine ſuo miletum appellauit: & cyanen nymphā mæandri fluuii filiam compreſſit:ex qua caunum & byblida liberos ſuſcepit. Sed byblis cum adoleuiſſet ita fratris amore ardere cœpit:ut epiſtola quoq; eum in amplexus ſuos pellicere auſa ſit. Cæterū caunus nefandam ſororis libidinē deteſtatus ex patria aufugit. Byblis uero eum inſecuta cum iā & cariam & lyciam & lelegas peragraſſet:labore ac lachrymis confecta: nympha; miſeratiōe in fontem ſui nominis fuit commutata. Deioni den.deionei filium:ut uulgus putabat. nā apollinis fuiſſe filiū poeta teſtatur. Arcere patriis penatibus.ex creta ac impio ſuo expellere. Aegæas metiris aq̄s.aegeū mare trāſis. In aſide terra. in aſia terra. Patronymicū.n.p poſitiuo poſitū eſt. Mœnia conſtituis. Ouidius quidem ſentit miletum urbem a mileto ſolis filio & conditam & appellatam. Strabo autem ex ephori ſententia ſcribit duas eſſe miletos ueterem & nouā ac ueterem quidem a cretenſibus ſarpedonæ duce ædificatam miletumq; cognominatam a mileto quæ eſt in creta:cum prius leleges eum locū tenerent.nouam uero poſtea aneleo conditam fuiſſe iuxta mare.quatuorq; eam portus habeē.

Filia mæandri. Meander fluuius eſt phrygiæ qui ī ſeipſum redire uidetur. Cognita cianee. Duæ nymphæ hoc nomine a poetis donantur. altera ſicula proſerpinæ.ſocia.altera mæandri filia. Apollinei fratris. formoſi atq; Apollini ſimilis ſiue ab Apolline originem ducentis. Mē daci umbra. fallaci ſpecie. Paulatim declinat amor. Inclinat in nefādam libidinem. Iam nomina ſanguinis odit. fratrem & ſororem. Demittere.immittere.cōcipere. Me miſeram. elegāter uirginis amore captæ cogitatiōes uarioſq; affectus effingit poeta. Tacitæ noctis.in qua oīa tacent animalia. Quāuis iniquis. quantum uis inimicis.magna eſt autem pulchritudo:quæ ab inimicis quoq; approbetur. Imitata.ſimulata. Imaginata. Proh uenus. Hac exclamatione byblis ſe maximam in illo inſomnio ſenſiſſe uoluptatem aperte oſtendit. Tenera.delicata. Vt. poſtq̄. Præceps breuis ac uelociter fugiēs. Mutato nomine.ſororis ſubaudiatur.

Hei mihi. cruciatur byblis: quod caunus ſibi tantum frater non etiam maritus ſit futurus.

Mea uiſa. mea inſomnia. Dii melius. hẽnt faciuntq; q̃ homines: qui ſorores proprias uxores ducunt. Sic ſaturnus opim. opis filia fuit cæli q̃ ſaturno fratri nupta multos ei filios ꝓcreauit. Oceanus tethyn. Tethys cæli & ueſtæ filia oceano fratri nupſit eiq; maximã nympharum multitudinem peperit. Arbitrium. uoluntatem. præſentiam. At non æolide. Machareus æoli filius cum canace ſorore concubuit: ex eaq; filium ſuſcepit: qui cum a nutrice domo efferretur: ſeipſum uagitu prodidit. quare indignatus Aeolus gladium filiæ miſit: quo pro meritis uteretur. Machareus uero aufugit. Ad eleuandum aũt ſcelus byblis plurali numero utitur: cum machareus ſolus ex æolidis cum ſorore coiuerit.

Vnde ſed hos noui. anaſtrophæ eſt: ſed. n. coniunctio primũ in oratione locũ optinet. Quafas eſt. quatenus licet atq; honeſtum eſt. Indulgere. obſequi. Non reiectura. nõ repulſura. Diſtrahitur autẽ byblis in uarias cogitationes hinc ab amore. Illinc a pudore. Coget amor: potero. Si coniunctio ſubaudiẽda eſt. Si coget amor.

Viderit. caunus uiderit quid ſit acturus. cæterum nos ei noſtros amores aperiamus. Hei mihi quo labor. Sic & amore & pudore uexatur byblis: ut quid agat eligere neſciat. Ignem. Ardorem furorem. Meditata. excogitata. Dextra tenet ferrum. Stilum ferreũ: quo in tabulis etiãnum ſcribitur. Vacuam cæram. In qua nihil erat ſcriptum. Et dubitat. puellæ amore exæſtuantis exprimit leuitatem atq; infirmitatem.

Sumptas. tabellas. Placuit delere ſororem. Nam ſoror nomen eſt ſanguinis: eoq; fratrẽ ſuæ turpitudinis admonere putauit. Incidere. inſcribere. Correptis. celeriter raptis. Quãniſi tu dederis. In hac ſcribenda epiſtola ita perſonam puellæ fratrem & amãtis & uerentis ſuſcipit poeta: ut optime ſeruet decorum. Eſt autem adeo facilis ut & a uirgine ſcripta eſſe & nulla expoſitione indigere uideatur. Votorum. cupiditatis. Læſi pectoris. Animi amore capti.

Omnia dii facerent: eſſent communia nobis
Præter auos. tu me uellem generoſior eſſes.
Neſcio quam facies igitur pulcherrime matrem?
Hei mihi: quæ male ſum quos tu ſortita parentes:
Nil niſi frater eris: quod obeſt: id habebimus unũ.
Quid mihi ſignificant ergo mea uiſa? quod autem
Somnia põdus habẽt? an habent & ſomnia põdus?
Dii melius. dii nempe ſuas habuere ſorores.
Sic ſaturnus opim iunctam ſibi ſanguine dixit:
Oceanus tethyn. iunonem rector olympi.
Sunt ſuperis ſua iura. quid ad cæleſtia ritus
Exigere humanos diuerſaq; fœdera tempto?
Aut noſtro uetitus de corde fugabitur ardor:
Aut hoc ſi nequeo: peream precor ipſa: toroque
Mortua componar: poſitæque det oſcula frater.
Et tamen arbitrium quærit res iſta duorum.
Finge placere mihi. ſcelus eſſe uidebitur illi.
At non æolidæ thalamos timuere ſororum.
Vnde ſed hos noui? cur hæc exempla paraui?
Quo feror? obſcœnæ procul hinc diſcedite flãmæ.
Nec niſi qua fas eſt: germanæ frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore:
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem:
Ipſa petam? poteris ne loqui? poteris ne fateri?
Coget amor: potero. uel ſi pudor ora tenebit:
Littera celatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet. hæc dubiam uicit ſententia mentem.
In latus erigitur: cubitoq; innixa ſiniſtro
Viderit inſanos inquit fateamur amores.
Hei mihi quo labor? quẽ mens mea cõcipit ignem?
Et meditata manu componit uerba trementi.
Dextra tenet ferrum. uacuam tenet altera cæram.
Incipit: & dubitat. ſcribit: damnatque tabellas.
Et notat: & delet. mutat: culpatque probatque.
Inque uicem ſumptas ponit: poſitaſque reſumit.
Quid uelit ignorat. quicquid factura uidetur:
Diſplicet. in uultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta ſoror fuerat. uiſum eſt delere ſororem.
Verbaque correptis incidere talia cæris.
Quam niſi tu dederis non eſt habitura ſalutem:
Hanc tibi mittit amãs. pudet ha pudet edere nomẽ.
Et ſi quid cupiam: quæris: ſine nomine uellem
Poſſet agi mea cauſa meo. nec cognita byblis
Ante forem: quam ſpes uotorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem læſi poterat tibi pectoris index

Et color & macies & uultus & humida ſepæ
Lumina:nec cauſa ſuſpiria mota patenti.
Et crebri amplexus:& quæ ſi forte notaſti:
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamen quãuis animi graue uulnus habebam:
Q uãuis intus erat furor igneus:omnia feci.
(Sunt mihi dii teſtes)ut tandem ſanior eſſem:
Pugnauique diu uiolenta cupidinis arma
Effugere infelix:& plus q̃ ferre puellam
Poſſe putes:ego dura tuli.ſuperata fateri
Cogor:opemque tuam timidis expoſcere uotis.
Tu ſeruare potes.tu perdere ſolus amantem.
Elige utrum facias.non hoc inimica precatur.
Sed quæ cum tibi ſit iunctiſſima:iunctior eſſe
Expetit:& uinclo tecum propiore ligari.
Iura ſenes norint:& quid liceatque:nefaſque
Faſque ſit inquirant:legumque examina ſeruent.
Conueniens uenus eſt annis temeraria noſtris.
Q uid liceat neſcimus adhuc:& cuncta licere
Credimus:& ſequimur magnorum exẽpla deorũ.
Nec nos aut durus pater:aut reuerentia famæ:
Aut timor impediet.tantum abſit cauſa timendi.
Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi.
Et damus amplexus:& iungimus oſcula coram.
Q uantum eſt quod deſit:miſerere fatentis amorẽ
Et non faſſuræ:niſi cogeret ultimus ardor.
Ne ue merere meo ſubſcribi cauſa ſepulchro:
Talia nequicquam pãrarantem plena reliquit
Cæra manum: ſummoq; i margine uerſus adhæſit.
Protinus impreſſa ſignat ſua crimina gemma:
Q uam tinxit lachrymis.linguæ defecerat humor.
Deque ſuis unum famulis pudibunda uocauit:
Et paulum blandita.fer has fidiſſime noſtro
Dixit:& adiecit longo poſt tempore fratri.
Cum daret:elapſæ manibus cecidere tabellæ.
Omine turbata eſt.miſit tamen.apta miniſter
Tempora nactus adit:traditq; latentia uerba.
Attonitus ſubita iuuenis mæandrius ira:
Proicit acceptas lecta ſibi parte tabellas.
Vixq; manus retinens trepidantis ab ore miniſtri:
Dum licet o uetitæ ſcelerate libidinis auctor
Effuge ait:qui ſi noſtrum tua fata pudorem
Non traherent tecum: pœnas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pauidus:dominæq; ferocia cauni
Dicta refert.palles audita bybli repulſa.

Sororia.ſorori conuenientia.Hoc enim ſoro-
rium ſignificat.nec unq̃ ſubſtantiuum inueniẽ:
ut uulgus imperitorum putat. Ipſa tamẽ quã-
uis.ſe inuitam quidem.ſed coactam amori ſuc-
cubuiſſe ait. Pugnaui effugere.ut effugerem in
ſoluta dicimus oratione. Violenta arma.uim
afferentia.cum quadam excuſatione autem uio-
lenta dicũtur:quibus uiri quoq; ac dii ipſi ne dũ
puella ſuccumberet. Dura patiens dolorum.

Timidis uotis.hypallage eſt.ego nãq; timida
intelligitur. Iura ſenes norint.ab ætate ſuadet
fratri byblis ut nihil de legibus curet. Legum
examina.æqualitatem legũ ac ſeueritatem. Nec
nos aut durus pater.A commoditate argumen-
tatur. Dulcia furta.ſuauia ſtupra.iucũdos coi-
tus. Secreta.ſecreto.nomen pro aduerbio.

Quantum eſt quod deſit. Ac ſi diceret parũ
admodum deeſt ad explẽdum amorem noſtrũ.
Nam ex quiq; lineis amoris uiſu.alloquio tactu.
oſculo.concubitu:ſolus coitus reſtabat. Cauſa
mortis ſub intelligatur. Perarantem.per ſcri-
bentem. Nequi.quã fruſtra.nihil.n.pfuerunt
preces illæ.quin potius obfuerũt. In ſũmo mar-
gine.in ultima marginis parte. Signat.ſigillat.
Omine.Augurio. Iuuenis mæandrius.Cau-
nus mæandri nepos Trepidantis.timentis.

Tua fata. tua cædes. Noſtrum pudorem.
hoc eſt ſi tua cedes nobis dedecori non eſſet.

Glaciali frigore.timore. Icto aere.percusso. Nam expercussione aeris uox fieri censetur. Et merito. spernor subaudiendū.significat aūt byblida diu attonitā fratris repulsa tacuisse ac tādē in querelas pœnitentiæ plenas erupisse. Vulneris huius.amoris:qui corda hominū uulneribus conficere uidetur. Properatis tabellis. festinanter scriptis ac missis. Ambiguis dictis. Dubiis uerbis:quæ in diuersas trahi sententias possint.

Ne nō seq̄retur.ut seq̄retur:ex duabus.n.negationibus constituitur affirmatio. Parte aliqua ueli. Metaphora a nauigantibus sumpta: q ante q̄ pandant uela solent notare: quales uenti sint flaturi. Qualis foret aura.qualis foret cauni uoluntas. Totoq̄ mari.pro toto legendum esse tuto facile ex sensu ipō apparet:quāuis fere i exēplaribus toto corrupte legatur. Non exploratis uentis. Non intellecta: cauni uolūtate. Est.n. metaphora a nauigantibus sumpta. In scopulos.In maximas anxietates. Nec habent.nescit enim uox emissa reuerti:ut inquit horatius. Nō ne uel illa dies.Se arguit byblis: quod casu tabellæ admonita in alium diem non distulerit litteras cauno mittendas. Et tamē ipsa loqui. hinc quoq̄ colligit byblis se temere ad caunum fratrē litteras dedisse: satiusq̄ fuisse si ipsa coram suos amores confessa fuisset. Affusaq̄.profusa.pro iecta ad pedes cauni:id quod fit cum aliquid ardui uolumus impetrare. Sit. esse possit. Nō adiit apte.decenter opportune.nec legit.elegit.

Credo.ut puto. Animūq̄ uacantē.Aliis curis uacuum. Si facta mihi reuocare liceret.hoc ē si possem efficere: ut facta essent infecta. Cœpta expugnare.Incœpta perficere. Quippe nec ille potest. multis rōnibus colligit byblis melius esse ut in incœpto persistat q̄ ab eo desistat. Relinquam. deponam. Leuiter.leui amore impulsa. Qui plurimus.maximus.grauissimus.

Hoc deo.Cupidine. Deniq̄ iā nequeo. Oino inqt iā nefanda cōmisi. neq̄ innocēs possū existi mari. Vt nihil adiiciā.quāuis nihil iis q̄ iā commisi adiungam. In uota.Ad uota explenda.

Incertæ mentis. instabilis animi. Comittit sæpe repelli.Cōmittit ut sæpe repellatur. Mox ubi finis abest.deinde inquit cū nullus finis imponitur byblidos flagitio: caunus patriam reliquit. Inq̄ peregina.nam in caria urbem ædifi

Et pauet obsessum glaciali frigore corpus.
Mens tamen ut rediit:pariter rediere furores.
Linguaq̄ uix tales icto dedit aere uoces.
Et merito.quid enim temeraria uulneris huius
Indicium feci? quid quæ celanda fuerunt
Tam cito commisi properatis uerba tabellis?
Ante erat ambiguis animi sententia dictis
Prætēptanda mihi.ne non sequeretur euntem.
Parte aliqua ueliqualis foret aura notare
Debueram:tutoq̄ mari decurrere:quæ nunc
Non exploratis impleui lintea uentis.
Nunc feror in scopulos igitur:submersaq̄ toto
Obruor oceano.nec habent mea uela recursus.
Q uid? q̄ & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo? tunc cum mihi ferre iubenti
Excidit:& fecit spes nostras cæra caducas.
Nonne uel illa dies fuerat uel tota uoluptas:
Sed potius mutanda dies? deus ipse monebat.
Signaq̄ certa dabat:si non male sana fuissem.
Et tamen ipsa loqui:nec me committere cæræ
Debueram:præsensq̄ meos aperire furores.
Vidisset lachrymas.uultus uidisset amantis:
Plura loqui poteram q̄ quæ cepere tabellæ.
Inuito potui circundare brachia collo.
Et si reiicerer:potui moritura uideri:
Amplectiq̄ pedes:affusaq̄ poscere uitam?
Omnia feci ssem:quorum si singula duram
Flectere non poterant:potuissent omnia mentem.
Forsitan & missi sit quædam culpa ministri.
Non adiit apte.nec legit idonea credo
Tēpora:nec petiit horamq̄ animumq̄ uacantē:
Hæc nocuere mihi.neq̄ enim de tigride natus
Nec rigidos silices solidum ue in pectore ferrū
Aut adamanta gerit:nec lac bibit ille leænæ.
Vincetur:repetendus erit:nec tædia cœpti
Vlla mei capiam:dum spiritus iste manebit.
Nam primum:si facta mihi reuocare liceret:
Non cœpisse fuit.cœpta expugnare secūdum est.
Q uippe nec ille potest: ut iam mea uota relinquā:
Non tamen ausoq̄ semper memor esse meoq̄.
Et quia desierim:leuiter uoluisse uidebor.
Aut etiam temptasse illum insidiisq̄ petisse.
Vel certe non hoc:qui pluribus urget & urit
Pectora nostra deo:sed uicta libidine credar.
Deniq̄ iam nequeo nil cōmisisse nefandum.
Et scripsi:& petii.temerata est nostra uoluntas.

Vt nihil adiiciam.non possum innoxia dici.
Quod supersit: multum est ī uota. ī crimina pu⁹.
Dixit:& incertæ tanta est discordia mentis:
Cum pigeat temptasse:libet temptare:modū⁹q;
Exit:& infelix cōmittit sæpe repelli:
Mox ubi finis abest:patriam fugit ille ne fasq;
Inq; peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum uero mœstam tota miletida mente
Defecisse ferunt.tum uero a pectore uestem
Diripuit:planxitq; suos furibunda lacertos.
Iamq; palam est demens:incōcessamq; fatetur
Spem ueneris:sine qua patriam inuisosq; penates
Deserit:& profugi sequitur uestigia fratris.
Vtq; tuo motæ proles semeleia thyrso
Ismariæ celebrant repetita triēnia bacchæ:
Byblida non aliter latos ululasse per agros
Bubasides uidere nurus:quibus illa relictis
Caras & armiferos lelegas lyciamq; pererrat.
Iam cragon & lymiren xanthiq; reliquerat undas:
Quoq; chimæra iugū mediis in partibus ignem
Pectus & ora leæ caudam serpentis habebat.
Deficiunt siluæ:cum tu lassata sequendo
Concidis:& dura positis tellure capillis
Bybli iaces:frondesque tuo premis ore caducas.
Sæpe illam nymphæ teneris lelegeides ulnis
Tollere conantur.sæpe ut medeatur amori
Præcipiunt:surdæque adhibent solatia menti.
Muta iacet:uirideque suis tenet unguibus hærbas
Byblis:& humectat lachrymaq; gramina riuo.
Naiadas his uenam quæ nunq̄ arescere posset:
Supposuisse ferunt.qd enim dare maius habebāt?
Protinus ut secto piceæ de cortice guttæ:
Vt ue tenax grauida manat tellure bitumen:
Vtque sub aduentum spirantis lene fauoni
Sole remollescit:quæ frigore constitit unda:
Sic lachrymis comsumpta suis phœbeia byblis
Vertitur in fontem:qui nunc quoq; uallibus illis
Nomen habet dominæ:nigraq; sub ilice manat.
Fama noui centum cretæas forsitan urbes
Implesset monstri:si non miracula nuper
Iphide mutato cretæ propiora tulisset.
Proxima gnossiaco nam quōdam phæstia regno
Progenuit tellus ignotum nomine lyctum
Ingenua de plebe uirum.nec census in illo
Nobilitate sua maior.sed uita fideq;
Inculpata fuit:grauidæ qui coniugis aures
cauit:quam a nomine suo caunum appellauit & æstate & autumno pestiferam. Discedit autē ab hystoria poeta:quo magis uerisimilē fabulā reddat.nam cauni cōditores a Strabone ex creta uenisse scribuntur. Miletida, byblida: mileti filiā.

Planxit.percussit. Sine q̄. qua erepta. Profugi. porro fugatī. Vtq; tuo motæ. Eo furore byblida agitatā fuisse ait poeta: quo bacchæ dū tertio quoq; āno orgia celebrant. Proles semeleia. Apostrophe ad bacchū. Motæ. concitate.

Tuo thyrso. tuis sacris p synecdochen. ē nāq; thyrsus hasta pampinis tecta:q̄ i sacris bacchi iactabat. Ismariæ.thraciæ. Triēnia. trieterica græce dicū. eo qđ tertio quoq; āno celebrarē.

Bubasides nurus. Cariæ.nā bubasus: unde bubasides declinātur:cariæ regio est. Caras. cariæ populos. Et armiferos lelegas. leleges populi sunt cariæ bellicosissimi. Iam cragon. cragus mons est lyciæ: q pmōtoria octo habere scribit ac eiusdē nominis urbem. Et lymiren. limire oppidū ē lyciæ iuxta cragon. Xāthiq;. Xāthus & fluuii lyciæ & urbis maxiæ nomē ē. Quoq; chimæra iugū. chimæra mons ē lyciæ:q ut ætna ī sicilia fumū ac flamaq; globos emittit. id quod poetis cām pbuit ut fingerēt chimerā ee mōstrū ptē anterioē leonis hēns flāmas euomētem medīū ac uētrē capræ. posterioē draconis. unde & Homerus igt. προσθε λεων οπιθε δρακων. μεσσω δε χιμαιρα. Sane chimæra capra interpraē.

Quid.n.dare maius habebāt? i.poterāt ac si diceret nihil. Protinus ut secto. quo mō in fontē fuerit resoluta byblis triplici similitudine poeta exponit. Piceæ de cortice. picea arbor est ex cuius trūco si icidaē:resina fluit. Vt ue tenax bitumen. Bitumen genus est picis ex terra nascēs.

Spirātis lene.leniter nomen p aduerbio. Remollescit.iteq; mollis ac liqda fit.liq̄scit. Cōsistit.cōgelata fuit. Phœbeia byblis.phœbi neptis.

Fama noui centū. lyctus qdā de plebe telethusā duxit uxorem:cui grauidæ mādauit:ut si marem qdem pareret educaret.sin fœminā exponeret.sollicitæ igit ac mœstæ ppter uiri māndata telethusæ ipis dea ī sōnis apparuit:eāq; hortata est: ut qcquid pareret:educare nihil dubitaret. se enī auxilio cū opus esset:futurā.q̄re telethusa cū puellā pepisset:marē esse mentita est marito: qui ei nomen aui imposuit iphimq; appellauit atq; ut masculū educauit:sed cū ad tertiū & decimū ætatis ānū pueniisset:ei pater ianthen telestæ cuiusdā uicini filiā despōsauit.cū uero dies nuptiaq; adesset:telethusa una cū iphide templum ysidis adiit illiusq; iplorato qđ pollicita erat:auxilio iphis in marem cōuersus ianthæ quā frustra ab se amari crediderat:potitus est. Cretæas urbes. cretenses. est aūt creta insula centū urbiū fama nobilis a creta nympha Hesperidis filia cognominata: ut dosiades scripsit:ut anaximāder a rege curetum. Hæc aeria primū.deinde curetis tum macaros a temperie cæli fuit apellata.hæc plynius. Phæstia tellus.phæstus urbs fuit cretæ a minoe ædificata & a gortyniis deleta. Gnossiaco regno. gnosos una fuit ex p̄stantibus cretæ urbibus.

Chimera

Quæ uoueã. optem cupiã. Vt releuere. ut parias. Onerosior altera sors est. Fœminina. nã non solũ educare: sed ét dotẽ parare oportet. Quod abominor. Quod omen dii auertant. Vsq; semp. cõtinue. In arcto. in angusto. ut bene speret deos. n. nõ defuturos. Inachis. io ina chi filia: quæ i uaccã conuersa cũ pristinæ figuræ foret restituta ab ægyptiis ꝓ dea fuit culta isisq; appellata. huius aũt deæ & ornatũ & comites describit poeta. Lunaria cornua. cũ cornibus nãq; pingebaẽ isis: ut q̃ eadẽ cũ lũa eẽ dicaẽ. nã primi homines ægypto geniti hũc mundi ornatũ aspiciẽtes admirãtesq; uniuersoꝝ naturã duos eẽ deos & qdẽ æternos sũt arbitrati solẽ & lunã. & illũ qdem osiridẽ. hãc uero isidẽ appellarũt: ut Diodorus scribit. luna aũt primis diebus cũ crescit cornua habeẽ uideẽ. Bos quoq; ei ab ægyptiis sacrificaẽ. Et regale decus. diadema. Cũ q̃ latrator anubis. Mercurius ab ægyptiis coliẽ sub canis figura significãtibus eũ fuisse custodẽ osiridis & isidis anubisq; appellatur. Sãctaq; bubastis. Comes isidis uideẽ fuisse bubastis. Sed ꝓ ipa quoq; iside accipi solet a bubasto urbe cognomi nata. hoc uero exiis q̃ in colũna eius sacris litteris scripta fuisse tradũtur ꝓcipi põt. Ego isis sũ ægypti regina a mercurio erudita. q̃ ego legibus statui: nullus soluet. ego sum osiridis. ego sum pria frugũ inuentrix. ego sũ ori regis mater. ego sum in astro canis refulgẽs. mihi bubasta urbs cõdita est. gaude. gaude ægypte q̃ me nutristi. Hæc Diodorus. Variisq; coloribus apis. apis bos uarias habẽs maculas in ægypto colebatur ĩ ppetuã memoriã osiridis frugũ frumẽtiq; repertoris: q̃q̃ boues ruffi imolari ꝓmitterẽtur: quod calor typhoni: q osiridẽ necauit: similes uiderẽtur. Quiq; põmit uocem. harpocratẽ significat: q cum digito ad os apposito pingebatur. Sistraq; erãt. Timpana. Nũquãq; satis quæsitus osiris. Deus est ægyptioꝝ isidis maritus: quẽ singulis ꝗbusq; annis ægyptii & amissum maxio cũ mœrore q̃rũt: & inuentũ maxima cũ lætitia prosequuntur: ut Diodorus aliiq; auctores scribunt. Plenaq; sõniferis. in põpa sacroꝝ isidis gestabatur etiã serpẽs: quæ dormire uidebatur. Excussam. excitatã. Dea sum auxiliaris. ad id alludit: quod ut scribit Diodorus: Aegyptii asserũt: isidẽ pluriũ i uẽtricẽ ad morbos medicamẽtoꝝ: & medicinæ arti admodũ contulisse: quã imortalitate quoq; potitã gaudere hominũ cultu: inq; eoꝝ ualitudine ꝓcipuæ uersari: quinetiã in sõnis palã eis opitulari: quos censuerit dignos. signa aũt hoꝝ esse nõ græcas fabellas: sed opera certa. totũ. n. ferme orbẽ hanc deã colere ꝓpter manifestas morboꝝ curas. siquidẽ i sõnis illã nõ recte ualẽtibus auxilia põbere: & q̃ eius monitis optẽperent põter opinionẽ curari ẽt quoꝝ medici salutẽ desperarint.

Cressa. cretẽsis telethusa. Seq; ipm põdus ĩ auras expulit. hoc ẽ. postq̃ pepit. põdusq; uteri in lucẽ extulit. Fidẽq; res habuit. res credita fuit. Quod cõ. so. Puero & puellæ. nã iphis tã fœmina q̃ mas appellari põt. Inde cepta mẽdacia. Nõ ꝓcepta. nõ cognita nõ ĩtellecta. Imꝓcepta ãt. ĩdeprensaue rectius forsitan legeretur. hoc est. nõ deꝓhensa nõ animaduersa. Dictæo telestę. cretẽsi. a dicte mõte.

Vocibus his monuit: cum iam ꝓpe partus adesset.
Quæ uoueam duo sũt: minimo ut releuere dolore:
Vtq; marem parias. onerosior altera sors est:
Et uires fortuna negat. quod abominor: ergo
Edita forte tuo fuerit si fœmina partu:
Inuitus mando. pietas ignoscę. necetur.
Dixerat: & lachrymis uultum lauere profusis
Tam qui mandabat: q̃ cui mandata dabantur.
Sed tamen usq; suum uanis telethusa maritum
Sollicitat precibus: ne spem sibi ponat in arcto.
Certa sua est lycto sententia. iamq; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere uentrem:
Cum medio noctis spatio sub imagine somni
Inachis ante thorum pompa comitata sacrorum
Aut stetit: aut uisa est. inerant lunaria fronti
Cornua cum spicis nitido flauẽtibus auro:
Et regale decus: cum qua latrator anubis:
Sanctaq; bubastis: uariisq; coloribus apis.
Quiq; premit uocem: digitoq; silentia suadet.
Sistraq; erant. nunq̃q; satis quæsitus osiris.
Plenaque sõniferis serpens peregrina uenenis.
Tum uelut excussam sõno & manifesta uidentem
Sic affata dea est. pars o telethusa mearum
Pone graues curas: mandataque falle mariti.
Nec dubita: cum te partu lucina leuarit:
Tollere quicquid erit. dea sum auxiliaris opemque
Exorata fero. nec te coluisse quereris
Ingratum numen. monuit: thalamoq; recessit.
Læta toro surgit: puraque ad sydera supplex
Cressa manus tollens: rata sint sua uisa: precatur.
Vt dolor increuit: seque ipsũ pondus in auras
Expulit: & nata est ignaro fœmina patri.
Iussit ali mater puerum mentita: fidemq; Res habuit. neq; erat facti nisi conscia nutrix.
Vota pater soluit: nomenq; imponit auitum.
Iphis auus fuerat. gauisa est nomine mater:
Quod cõmune foret: nec quenq̃ falleret illo.
Impercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri. facies quam siue puellæ
Siue dares puero: fieret formosus uterq;.
Tertius interea decimo successerat annus:
Cum pater iphi tibi flauam despondet ianthen:
Inter phæstiadas quæ laudatissima formæ
Dote fuit uirgo dictæo nata teleste.
Par ætas. par forma fuit. primaq; magistris
Accepere artes elementa ætatis ab iisdem.

Hinc amor ambos tetigit rude pectus: & æquum
Vulnus utrique dedit, sed erat fiducia dispar.
Coniugium pactæque expectant tempora tædæ:
Quæque uir, putat esse suum fore credit ianthe:
Iphis amat quo posse frui desperat: & auget
Hoc ipsum flammas: ardetque in uirgine uirgo.
Vixque tenet lachrymas, quis me manet exitus inquit?
Cognita quã nulli: quam prodigiosa: nouæque
Cura tenet ueneris? si dii mihi parcere uellent:
Perdere debuerant: si non & perdere uellent:
Naturale malum saltem & de more dedissent.
Nec uaccam uaccæ, nec equas amor urit equarum.
Vrit oues aries, sequitur sua fœmina ceruum.
Sic & aues coeũt: interque animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
Vellem nulla forem, ne non tamen omina cretæ
Monstra ferat: taurum dilexit filia solis.
Fœmina nempe marem, meus ẽ furiosior illo.
Si uerum profitemur: amor, tamen illa secuta est
Spem ueneris, tamen illa dolis & imagine uaccæ
Passa bouem est, & erat qui deciperetur adulter.
Huc licet ex toto sollertia confluat orbe:
Ipse licet reuolet cæratis dædalus alis:
Quid faciet? num me puerum de uirgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit ianthe?
Quin animum firmas? teque ipsa recolligis iphi?
Consiliique inopes & stultos excutis ignes?
Quid sis nata uides: nisi te quoque decipis ipsam:
Et pete quod fas est: & ama quod fœmina debes.
Spes est quæ capiat, spes ẽ quæ pascat amorem,
Hanc tibi res adimit, non te custodia caro
Arcet ab amplexu, nec cauti cura mariti.
Non patris asperitas, nec se negat ipsa roganti.
Nec tamen est potiẽda tibi, nec ut omnia fiant:
Esse potes felix, ut diique hominesque laborent:
Nunc quoque uotoque pars nulla est una meorum.
Diique mihi faciles quicqd ualuere dederunt.
Quodque ego: uult gẽitor: socer & uult ipse futurus.
At non uult natura potentior omnibus istis:
Quæ mihi sola nocet, uenit ecce optabile tempus,
Luxque iugalis adest: & iam mea fiet ianthe:
Nec mihi continget, mediis sitiemus in undis.
Pronuba quid iuno? qd ad hæc hymenæe uenitis
Sacra? q̃bus q ducat abest? ubi nubimus ambæ?
Pressit ab his uocem, nec lenius altera uirgo
Aestuat, utque celer uenias hymenæe precatur.

Sed erat fidutia dispar. Nam iphis diffidebat se uiri officio fungi posse. Ianthe uero pulchre fi debat se munera mulieris optimæ obituram.

Pactæ. tedæ pactarũ nuptiarum. Vellẽ nul la forem, hoc est, uellem non esse. Taurum di lexit filia solis. Pasiphae: cuius fabula sæpies iam est enarrata. Quin animum firmas, cur nõ. se ipsam autem alloquitur Iphis. Hanc tibi res adimit. Necessitas & sexus qualitas tibi hanc eri/ pit. Nec tamen est potienda tibi, nec tamen il/ la potes potiri. Nulla est, non est. Nec mihi continget, quia illa potiri non potero. Ad hæc sacra, nuptiarum, nam in nuptiis & Iuno pronu ba & Hymeneus inuocabantur. Pressit ab his uocem. Post hæc inquit siluit. Causatur. Ex cusat ac causam esse ait. Ficti, fingendi. Isi parætonium, oppida Aegypti ubi potissimum colitur isis: commemorat telethusa. Nam pare/ toniũ Aegypti oppidũ est & portus ingens qua/ draginta fere stadioque: ut strabo scribit. Mareo ticaque arua, mareotis lacus ẽ Aegypti iuxta alexã driã qui antea arapotes nominabatur. Pharõque.

Pharos insula est alexandriæ adiacens turris alti
tudine insignis quã eodẽ noie: quo insula: mul/
tis tabulatis excelsam & albo lapide mirifice stru
ctam sostratus gnidius Aegypti regũ amicus ob
nauigantiũ salutẽ exædificauit:ut hoc epigrãma
in ea scriptũ declarat sostratus gnidius Dexipha
nis filius diis seruatoribꝫ ꝓ nanigãtibꝫ.nã cũ ora
importuosa & humilis esset & cautes & breuia
mare haberet:signũ aliquod necessarium fuit al/
tum & claꝝ:quo nauigãtes ad portus ingressum
dirigerẽtur.Inde factũ ẽ ut huiusmodi signa ad
portus collocata phari dicantur. In septẽ cor/
nua hostia,nã nilus septẽ hostiis egreditur i ma/
re. Tuaq; hæc insignia uidi,in ara nãq; isidis ea
omnia simulacra erant q̃ ꝓ sõnũ uiderat telethu
sa. Sonitũ comitesq; facesq;. ordo ẽ. Sonitum
Sistrorum.

Raphaelis Regii in decimũ metamorphose/
os Ouidii librum enarrationes.

INde ꝓ immẽsũ. Totũ hũc librũ
undecimiq; partẽ Orphei gestis
carminibus ita dicauit poeta ut
ab instituto nõ discedat:uariasq;
trãsfiguratiões exponat. Nã Or/
pheus Apollinis uel ut alii oea/
gri fluuii & Calliopes musæ filius scientia ac can
tus suauitate mortales oẽs dicitur supasse:citha/
rãq; ad similitudinẽ testudinis a mercurio cõfe/
ctæ donoq; apollini datæ a patre accepisse.cuius
modulatiõe nõ homines solũ: sed feras syluasq;
ac saxa mota fuisse.Is,n,ut scribit Diodorus:do/
ctrinæ deditus cũ theologiæ operã impendisset
in ægyptũ trãsiit plurimarũq; ibi reꝝ ꝓcepta sciẽ
tia:græcoꝝ doctissimus tũ in deoꝝ cerimoniis.
tũ i theologia,tũ in poematis cãtuq; ẽ habitus.na
uigauit insup cum argonautis obq; uxoris amo
rẽ ad inferos cũ descẽdisset: a ꝓserpina suauitate
cãtus allecta impetrauit:ut defũctã uxorẽ ab infe
ris excitaret.Nã eurydice quã infausto omine si/
bi copularat:dũ ꝓ prata simul cũ aliis nymphis
uagaretur a serpẽte ꝓcussa interiit:tãtoq; dolore
moriens affecit maritũ:ut nõ satis eẽ duxerit lu/
gere:sed ad inferos quoq; ad eã repetẽdã descẽde
re nihil dubitarit.eo igitur cũ pueniisset: tãtũ car
minis suauitate effecit:ut uxorẽ a Plutone ea acci
pet cõditiõe:ne illã prius q̃ ad supos reuersus eẽt
respiceret : sed orpheus ueritus ne se uxor seq̃ret
cũ iã fere ad supos ꝓueniisset: eã respexit: q̃ illico
ad iferos retracta orpheũ i maximis cruciatibus
reliqt:qui cũ desparet se itez ea potiri posse: oẽs
aspnatus mulieres dẽ primusq; apd̃ thraces pue/
roꝝ amoribꝫ idulsisse,Id uero ægre ferẽtes thra
ciæ mulieres sacra bacchi celebrãtes illũ cithara
canẽtẽ feraq; mulcẽtẽ discerpserũt: cuius caput
una cũ cithara in œagriũ ꝓiectũ:cũ lesbũ usq; ꝓ/
uenisset:idq; serpẽs laniaꝝ uellet:in saxũ ab Apol
line dicitur fuisse trãsformatũ. Ad oras ciconũ.
cicones populi sũt thraciæ iuxta hebrũ fluuiũ ha
bitãtes. Et orphea uoce.adiectiuũ ẽ orphea.Vn
de etiã penultimam producit:quæ a græcis p.ει.
scribitur. Nequicq̃.frustra. Neq;.n. felices illæ
nuptiæ.fuerũt. Sed nec solẽnia uerba.q̃lia hæc
eẽnt.faustæ feliceq; hæ sint nuptiæ. Vsq;.Sẽp.

Q uod petit hæc telethusa timẽs mõ tẽpora differt
Nunc ficto langore moram trahit.omina sæpe
Visaque causatur.sed iam cõsumpserat omnem
Materiam ficti.dilata que tempora tædæ
Institerant:unusque dies restabat.at illa
Crinalem capiti uittam natæque sibique
Detrahit:& passis aram complexa capillis
Isi parætonium mareoticaque arua pharonque
Q uæ colis & septem digestum in cornua nilum:
Fer precor inquit opẽ.nostroque medere timori.
Te dea.te quondam:tuaque hæc insignia uidi:
Cunctaque cognoui : sonitum comitesque : faceſq;
Sistroꝝ:memorique animo tua iussa notaui:
Q uod uidet hæc lucem.q; non ego punior ipsa:
Consilium monitumque tuũ ẽ.miserere duaꝝ.
Auxilioque iuua.lachrymæ sunt uerba secutæ:
Visa dea est mouisse suas:& mouerat aras:
Et templi tremuere fores:imitataque lunam
Cornua fulserunt:crepuitque sonabile sistrum.
Non secura quidem:fausto tamẽ omine læta
Mater abit tẽplo.seqtur comes iphis euntem:
Q uam solita est maiore gradu.nec candor in ore
Permanet:& uires augentur:& acrior ipse est
Vlutus.& incõptis breuior mensura capillis.
Plusq; uigoris adest habuit q̃ fœmina. nã quæ
Eœmina nuper eras:puer es.date munera templis
Nec timida gaudete fide:dãt munera templis.
Addũt & titulũ.titulus breue carmen habebat.
Vota puer soluit:quæ fœmina uouerat iphis.
Postera lux radiis totum patefecerat orbem:
Cum uenus & iuno sociusq; hymenæus ad ignes
Conueniũt:potiturq; sua puer iphis ianthe.

P.Ouidii nasonis metamorphoseos liber.X.

INde per immensum cro/
ceo uelatus amictu
Aethera digredit:ciconũ/
q; hymenæus ad oras
Tendit: & orpheia neq;q̃
uoce uocatur.
Affuit ille q̃dem : sed nec
solennia uerba:
Nec lætos uultus: nec fe/
lix attulit omen.
Fax quoq; quã tenuit lachrymoso stridula fumo
Vsque fuit:nulloque inuenit motibus ignes.
Exitus auspicio grauior.nam nupta per hærbas

Dum noua naiadum turba comitata uagatur:
Occidit in talum serpentis dente recepto.
Quam satis ad superas postq̃ rhodopeius auras
Defleuit uates:ne non temptaret & umbras:
Ad styga tænaria est ausus descendere porta:
Perque leues populos: simulacraq; functa sepulcro
Persephonen adiit:in amœnaq; regna tenentem
Vmbrarũ dominum:pulsisq; ad carmina neruis:
Sic ait.o positi sub terra numina mundi:
In quem decidimus qcquid mortale creamur:
Si licet.& falsi positis ambagibus oris
Vera loqui sinitis:non huc ut opaca uiderem
Tartara:descendi:nec uti uillosa colubris
Terna medusæi uincirem guttura monstri.
Causa uiæ est cõiunx:in quam calcata uenenum
Vipera diffudit:crescentesq; abstulit annos.
Posse pati uolui:nec me temptasse negabo
Vicit amor.supera deus hic bene notus in ora est
An sit & hic dubito.sed & hic tamen auguror esse.
Famaque si ueteris non est mentita rapinæ:
Vos quoq; iũxit amor. p ego hæc loca plena tioris.
Per chaos hoc ingens uastique silentia regni:
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur uobis:paulumque morati
Serius aut citius sedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes. hæc ẽ domus ultima:uosq;
Humani generis longissima regna tenetis.
Hæc quoque cum iustos matura peregerit annos:
Iuris erit uestri.pro munere poscimus usum.
Quod si fata negant ueniam pro cõiunge: certum
Nolle redire mihi.leto gaudete duorum.
Talia dicentem neruosq; ad uerba mouentem
Exangues flebant animæ:nec tantalus undam
Captauit refugam:stupuitq; ixionis orbis
Nec carpsere iecur uolucres:urnisq; uacarunt
Belides:inq; tuo sedisti sisyphe saxo.
Tũc primũ lachrymis uictarum carmine fama est
Eumenidũ maduisse genas.nec regia coniunx
Sustinet oranti:nec qui regit ima:negare.
Eurydicenq; uocant.umbras erat illa recentes
Inter:& incessit passu de uulnere tardo.
Hãc simul & legem rhodopeius accipit orpheus:
Ne flectat retro sua lumina:donec auernas
Exierit ualles:aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta silentia trames
Arduus.obscurus.caligine densus opaca.

Rhodopeius uates.Orpheus poeta thracius: cuius hymni i pleroscq; deoq; etiã num extãt:rhodope aũt mons est thraciæ altissimus. Tænaria porta.Tænarus laconiæ promontoriũ est: in quo specus esse dicitur: per quẽ ad iferos descenditur. Percq; leues populos. corporibus carẽtes.

Persephonen.proserpinam. Vmbrarũ dominum.plutonem. Medusæi mõstri.cerberi canis inferorũ tricipitis: qui ut medea pro capillis: ita pro pilis colubres ac serpentes habet. Merito autem se excusat orpheus:ne ut hercules: credat ad extrahendum cerberum illuc descendisse.

Veteris rapinæ.Nã pluto proserpinæ amore captus eam rapuit. Retexite. resoluite:ut ad uitam possit redire. Neruosq;.citharæ chordas pulsantem. Nec tantalus undam captauit refugam. Tantalus paphlagoniæ rex fuit regionis fertilitate ditissimus: qui mensa deorũ dignatus iouis arcana ꝓdidit mortalibus.Quare ad iferos detrusus & inter aquas ori allabentes sitit: nec pendẽtibus pomis famẽ expellere potest. cũ eni ea captare uult a uento: ut scribit Homerus dissipantur. Captauit. capere curauit. Stupuitq; ixionis orbis.Ixion phlegiæ: uel ut q̃dam scribunt. Antionis & melanthus filius cũ iunonẽ de stupro interpellasset. siue ut Homerus ait latonã:ad inferos dãnatus rota assidue circũagitur. Stupuit immobilis permansit: ut orphei carmina audiret. Orbis. rota. Nec carpsere iecur uolucres. titii subaudiatur. nã titius iouis filius & helaræ qui terre alũnus dicitur: quoniã a matre sub specu metu iunonis fuit educatus: cũ latonã uiolare temptasset: i nouẽ iugera distẽtus iecore suo uultures assidue pascere narratur.

Vrniscq uacarũt belides. beli neptes. hæ uero Danai filiæ fuere quinquaginta: quæ totidẽ patrueles eosdemq; maritos Aegypti filios iussu Danai patris suum quæq; præter unã hyperme stram:quæ linceo pepercit:prima nocte itereme runt.unde ad inferos detrusæ cribris aquã haurire finguntur. Hac aũt fabula lucretius amore captos significari putat:qui in re leuissima diu laborent. Vacarunt.cessarunt ab urnis gestãdis.

Inq; tuo sedisti sisyphe saxo.sisyphus Aeoli filius cum isthmum infestaret: ad inferos trusus saxum in montis cacumen subuoluere cogitur: quod semper in uallem deuoluitur: quo ambitiosi significantur: qui q̃uis ferant repulsam: ab ambiendis tamen magistratibus non desistunt.

Eumenidũ.furiarũ. Nec regia coniũx. ꝓserpina. Vmbras inter.anastrophe est. Carpit acliuis.per tramitem arduum orpheus ab inferis ad superos ascendit.

Nec procul.nec longe. Margine.extremita/
te. Sūmæ telluris.ſupernæ terræ. Hic ne de
ficeret metuēs. tunc inqt timens orpheus ne Eu
rydice ſedeſereret:ad eā oculos cōuertit. Quā
tria qui timidus.quis nā hic fuerit:nuſq̄ me legiſ
ſe memini.Quiſquis aūt fuit:cū cerberū ab her/
cule ad ſuperos attractū uidiſſet:tanto affectus ē
tremore : ut in ſaxū fuerit conuerſus. Medio.
collo ſubaudiatur.Nā e tribus cerberi ceruicibus
media cathenis fuerat ligata. Quiq̄ ī ſe traxit
crimen.Olenus qdā letheam duxit uxorē eximia
pulchritudine adeo ſuperbam : ut ſe deabus præ
ferret.Cæterū deæ iratæ cū de lethea ſupplicium
ſumere uellent: olenus in ſe culpā uxoris tranſ/
ferre auſus una cum illa in lapidē fuit conuerſus
Humida ide.fontibus abundans.Nā ida phry
gia multis fontibus irrigatur. In ripa ſtygis pa
ludis. Cereris ſine munere.ſine ullo cibo. Pul
ſumq̄ aquilonibus Hemū.Mons ē thraciæ He
mus Boreæ obnoxius. Annū piſcibus æquo/
reis ĩcluſum. hoc ē piſcibus terminatū. nā piſces
Zodiaci ultimū optinēt locū annūq̄ terminant.
Significat igit̄ tres annos tranſiuiſſe poſt eurydi
ces mortem: qbus orpheus nullā tetigerat mu/
lierem. Auctor trāſferre. Cōſtructio ē græca.
Tranſferēdi.n.latine diceret. Collis erat.locū
deſcribit ubi canēs orpheus a Bacchis fuit diſcer
ptus. Diis genitus uates. orpheus apollinis &
calliopes muſæ filius. Loco.in locū. Vergilius
It clamor cælo. Chaōis arbor.quercū dicit. Nā
quercus arbor ē glādifera q̄ in chaonia epiri re/
gione a chaone dicta copioſe puenit.unde ī prio
georgicon Vergi. Si ueſtro munere tellus Chao
niā pingui glandē mutauit ariſta. Chaon aūt fra
ter fuiſſe heleni ſcribitur:quē cū helenus ipſe per
imprudētiā occidiſſet: regionē cui īperabat:cha/
oniā ab illius noīe uocauit:cum ātea moloſſia ap
pellaret̄.Vnde uergilius. Morte neoptolemi re/
gnoq̄ reddita ceſſit:Pars heleno:q chaonios co/
gnomine cāpos.Chaoniāq̄ oēm troiano a chao/
ne dixit.Plynius aūt chaoniā a chaonibus popu/
lis denominatā eſſe ſcribit. Non nemus helia
dum.Populi in quas ſorores Phaethōtis conuer
ſas uidimus. Heliadum.ſolis filiaq̄.Helios.n.
ſol dicitur. Aeſculus arbor eſt glandifera ioui
dicata. Et innuba laurus.Virgo.daphne.n.quā
in laurum cōuerſam legimus nunq̄ nubere uol/
uit. Enodis abies. ſine nodis. Et platanus ge/
nialis.genio ac uoluptati dicata.foliis.n.æſtate ſo
lem auertit.hyeme uero admittit. Acerq̄.acer
arbor eſt uariis diſtincta coloribus. unde acer/
næ menſæ poſt citreas in precio apud priſcos fu
iſſe ſcribuntur.

Nec procul abfuerant telluris margine ſummæ.
Hic ne deficeret metuens auiduſque uidendi
Flexit amans oculos:& protinus illa relapſa eſt:
Brachiaq̄ intendens prendiq̄ & prendere captans
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.
Iamq̄ iterq̄ moriens non eſt de coiunge quicq̄
Queſta ſuo.quid.n.niſi ſe quereretur amatā?
Suppremumq̄ uale:quod iam uix auribus ille
Acciperet dixit:reuolutaq̄ rurſus eodem eſt.
Nō aliter ſtupuit gemina nece coniugis orpheus:
Quam tria qui timidus medio portante cathenas
Colla canis uidit:quem non pauor ante reliquit:
Quam natura prior:ſaxo per corpus oborto.
Quiq̄ in ſe traxit crimen:uoluitq̄ uideri
Olenus eſſe nocens.tuq̄ confiſa figura
Infelix lethæa tua:iūctiſſima quondam
Corpora.nunc lapides quos humida ſuſtinet ide.
Orantem:fruſtraq̄ iterq̄ tranſire uolentem
Portitor arguerat.ſeptem tamen ille diebus
Squalidus in ripa cereris ſine munere ſedit:
Cura dolorq̄ animi lachrymæq̄ alimenta fuere.
Eſſe deos herebi crudeles queſtus in altam
Se recipit rhodopen:pulſūq̄ aquilonibus hemū.
Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat titan:omnemq̄ refugerat orpheus
Fœmineam uenerem:ſeu q̄ male ceſſerat illi:
Siue fidem dederat.multas tamē ardor habebat
Iungere ſe uati.multæ doluere repulſæ.
Ille etiam thracum populis fuit auctor amorem
In teneros trāſferre mares:citraq̄ iuuentam
Aetatis breue uer & primos carpere flores.
Collis erat:collemq̄ ſuper planiſſima campi
Area:quā uiridem faciebant graminis herbæ.
Vmbra loco deerat:qua poſtq̄ parte reſedit
Diis genitus uates:& fila ſonantia mouit:
Vmbra loco uenit.non chaonis abfuit arbor.
Nō nemus heliadū.non frōdibus æſculus altis:
Nec tiliæ molles:nec fagus:& innuba laurus:
Et corili fragiles:& fraxinus utilis haſtis:
Enodiſq̄ abies:curuataq̄ glandibus ilex:
Et platanus genialis:acerq̄ coloribus impar:
Amnicolæq̄ ſimul ſalices:& aquatica lotos.
Perpetuoq̄ uirens buxus:tenueſq̄ myricæ
Et bicolor myrtus:& baccis cærula ficus.
Vos quoque flexipedes hederæ ueniſtis:& una
Pampineæ uites:& amictæ uitibus ulmi:

Orniq; & piceæ: pomoq; onerata rubenti
Arbutus: & lentæ uictoris præmia palmæ:
Et succincta comas hirsutaq; uertice pinus
Grata deum matri: siquidem cybeleius atys
Exuit hac hominem: truncoque induruit illo.
Affuit huic turbæ metas imitata cupressus:
Nunc arbor. puer ante deo dilectus ab illo:
Qui citharam neruis: & neruis temperat arcum.
Nãque sacer nymphis carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat: lateque patentibus altas
Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras.
Cornua fulgebãt auro: demissaque in harmos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur: parilique ætate nitebant
Auribus e geminis circum caua tempora baccæ.
Isque metu uacuus: naturalique pauore
Depositо: celebrare domos: mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus præbere solebat.
Sed tamen ante alios cæ pulcherrime gentis
Gratus erat cypariſſe tibi. tu pabula ceruum
Ad noua. tu liquidi ducebas fontis ad undas.
Tu mõ texebas uarios per cornua flores.
Nunc eques in tergo residens huc lætus & illuc
Mollia purpureis frænabas ora capistris.
Aestus erat: mediusque dies: solisque uapore
Concaua littorei feruebant brachia cancri.
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
Ceruus: & arborea frigus ducebat ab umbra.
Hunc puer imprudens iaculo cypariſſus acuto
Fixit: & ut sæuo morientem uulnere uidit:
Velle mori statuit. quæ non solatia phœbus
Dixit? & ut leuiter pro materiaque doloret
Admonuit. gemit ille tamẽ: munusque supremũ
Hoc petit a superis: ut tempore lugeat omni.
Iamque per immensos egesto sanguine fletus
In uiridem uerti cœperunt membra colorem.
Et mõ qui niuea pendebant fronte capilli:
Horrida cæsaries fieri: sumptoque rigore
Sydereũ gracili spectare cacumine cælum.
Ingemuit: tristisque deus lugebere nobis:
Lugebisque alios: aderisque dolentibus inquit:
Tale nemus uates attraxerat: inq; ferarum
Concilio medius turba uolucrumq; sedebat.
Vt satis impulsas temptauit pollice chordas:
Et sensit uarios: q̃uis diuersa sonarent:

Et lentæ palmæ. Flexibiles. Victoris præmia. idcirco palmæ uictoris præmia dicuntur: quod nunq̃ oneri cedunt: ut qui uincunt: hostibus cedere non uidentur. Grata deum matri. Cybeli. Siquidem cybeleius atys. Atym eximia pulchritudine pueꝝ deoꝝ mater: ut ĩ fastis scribit poeta: casto sibi deuinxit amore. iussitq; ut castus uiueret suaq; templa tueretur. At ille mandatorum immemor cum sagarithide nympha coiuit. quare in furias actus se ipse primum castrauit: deinde cum se interficere uellet: in pinum arborem fuit commutatus. Affuit huic turbæ. Cypariſſus puer fuit formosiſſimus: qui cum ceruam quã in deliciis habebat: imprudens occidisset: tanto est affectus dolore: ut cum mori omnino uellet: in arborem cupressum fuerit cõmutatus. Metas imitata. Metarũ similis: quæ ut cupressi: in acutum tendunt. Ab illo deo. ab Apolline. nam Apollo cũ cithara & arcu pingebatur. Carthæa arua. Sic quidem scribitur: sed carthæa cum th aspirato legendum uidetur. Nã Carthæa una est ex quatuor urbibus Co insulæ. in qua natus est cypariſſus. Principale autẽ pro deriuatiuo positum est. Gemmata monilia. Torques gemmis ornati. Baccæ. margaritæ uniones. Cæ gẽtis. Cæa insula est aægæi: quæ etiam cos dicitur. Vnde cæus deriuatur. Quãlibet ignotis. Quantũlibet incognitis. Solisq; uapore. significat solem in cancro fuisse: quo tẽpore maximi excitantur æstus. Frigus ducebat. Trahebat. capiebat. Pro materiaq;. pro qualitate rei perditæ doleret. Sumptoq; rigore. Acceptа duricie. Lugebisq; alios. Hoc ex romana cõ suetudine dictum est. Nam ut seruius scribit: cu pressi rami ante fores domus in qua esset cadauer: ponebantur: neq; per iprudentiam ingrediens polluеretur. unde illam inferis fuisse cõsecratam dicũt: hoc ẽ lachrymis & luctibus: uel quod cæsa nunq̃ reuiresci. Dolentibus. Morte propinquorum.

Varios modos. Varios ſonos: ex quibus conſtat harmonia. Ab ioue muſa parens. Callio/pen muſam ſibi matrem inuocat orpheus. Gigantes. gigantomachian. hoc eſt gigantum pugnam. Phlegræis campis. ubi fulminibus gigãtes fuere cõfecti. Phlegræi uero campi & i Thracia & in campania & in Theſſalia fuiſſe ſcribuntur. Inconceſſis ignibus. Nefandis amoribus. Ea autem orpheus canit in mulierum odiũ atq; contemptum. Phrygii ganymedis. Troiani. Nam ganymedes trois Dardanorum regis fuit filius: qui admiranda pulchritudine louem i ſui amorem pellexit: a quo i aquilã mutato raptus: ac ſibi menſæ miniſter adhibitus perhibetur.

Niſi quæ portat ſua fulmina terræ. Periphraſis eſt aquilæ: quæ fulmia ioui ſubminiſtrare dicitur. Hoc autem idcirco fingitur: quod ſola ex auibus aquila fulmine non tangitur. Iliaden. ili nepotẽ. Te quoq; amyclide. Hyacithus puer fuit formoſiſſimus ab apolline amatus: a quo cum forte diſco in aerem iacto ſic percuſſus eẽt: ut uiuere nõ poſſet: in florem ſui nomis fuit cõuerſus: in quem etiam aiax commutatus dicitur fuiſſe. Amyclide. pro amiclæe. Patronymicũ poſuit pro poſſeſſiuo. Nam amyclae urbs eſt Laconiæ. In medio orbe. Delphi urbs eſt phocidis apollinis oraculo clariſſima: quæ a geographis in medio terrarum orbe eſſe perhibetur.

Eurotan. Fluuius eſt laconiæ eurotas. Immunitã ſparten. Sine muris. Virtute. n. nõ muris lacedæmonii urbes ſuas tutabantur. Immemor ipſe ſui. ſuæ diuinitatis. Aſſuetudine. Cõſuetudine. Iãq; fere medius titan. Meridiẽ fuiſſe ſignificat. Lati diſci. Nã diſcus & latus eſt & rotundus lapis: quem in aerem iacientes ſe exercebant. Et exhibuit. oſtẽdit. Artem. Nã ita emittebatur: ut in gyrum ſe uoluẽs caderet i terram. Tænarides. tenarius Hyacinthus lacon. a tænaro laconiæ promontorio. Subiecit. Surſum iecit. Aeq;. tantum.

Concordare modos: hoc uocem carmine mouit.
Ab ioue muſa parens (cedũt iouis omnia regno)
Carmina noſtra moue. iouis eſt mihi ſæpe poteſtas
Dicta. prius cecini plectro grauiore gigantes:
Sparſaq; phlegræis uictricia fulmina campis.
Nũc opus eſt leuiore lyra: pueroſq; canamus
Dilectos ſuperis: inconceſſiſq; puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine pœnam.
Rex ſupeq; phrygii quõdam ganymedis amore
Arſit: & inuentum eſt aliquid quod iupiter eſſe:
Q uã quod erat mallet. nulla tamen alite uerti
Dignatur: niſi quæ portat ſua fulmia terræ.
Nec mora. percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit iliaden: q̃ nũc quoque pocula miſcet:
Inuitaque ioui nectar iunone miniſtrat.
Te quoq; amyclide poſuiſſet i æthere phœbus:
Triſtia ſi ſpatium ponendi fata dediſſent.
Q ua licet æternus tamen es: quotienſq; repellit
Ver hyemem: piſciq; aries ſuccedit aquoſo:
Tu totiens oreris: uiridiq; in ceſpite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit: & orbe
In medio poſiti caruerunt præſide delphi:
Dum deus eurotan: immunitamq; frequentat
Sparten. nec citharæ: nec ſunt i honore ſagittæ.
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat.
Nõ tenuiſſe canes. non per iuga mõtis iniqui
Ire comes: longaq; alit aſſuetudine flammas.
Iamq; fere medius titan uenientis: & actæ
Noctis erat: ſpatioq; pari diſtabat utrinque:
Corpora ueſte leuant: & ſucco pinguis oliuæ
Splendeſcũt: latique ineunt certamina diſci.
Q uẽ prius aerias libratum phœbus in auras
Miſit: & oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus: & exhibuit iunctã cum uiribus artem.
Protinus imprudens actuſque cupidine luſus
Tollere tænarides orbem ꝓperabat. at illum
Dura repercuſſo ſubiecit in aere tellus
In uultus hyacinthe tuos. expalluit æque
Q uã puer: ipſe deus: collapſoſque excipit artus:
Et modo te refouet. mõ triſtia uulnera ſiccat.
Nunc animã admotis fugiẽtem ſuſtinet herbis.
Nil ꝓſunt artes. erat imedicabile uulnus.
Vt ſi quis uiolas riguoque papauera in horto:
Liliaque infringat fuluis hærentia uirgis:
Marcida demittant ſubito caput illa grauatum:

Nec se sustineant: spectentque cacumine teram:
Sic uultus moriens iacet: & defecta uigore
Ipsa sibi est oneri ceruix: humeroque recumbit.
Laberis oebalide prima fraudate iuuenta:
Phoebus ait: uideoque tuũ mea crimina uulnus.
Tu dolor es facinusque meum. mea dextera leto
Inscribenda tuo est, ego sũ tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? nisi si lusisse uocari
Culpa põt? nisi culpa potest & amasse uocari?
Atque utinam pro te uitam tecumque liceret
Reddere: quod quoniam fatali lege tenemur:
Semper eris mecum: memorique hærebis in ore.
Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabũt:
Flosque nouus scripto gemitus imitabere nostros.
Tempus & illud erit: quo se fortissimus heros
Addat in hunc florem: folioque legatur eodem.
Talia dum uero memorantur apollinis ore:
Ecce cruor qui fusus humi signauerat herbas:
Desinit esse cruor: tyrioque nitentior ostro
Flos oritur: formamque capit quam lilia: si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis.
Non satis hoc phoebo ẽ (is. n. fuit auctor honoris)
Ipse suos gemitus foliis inscribit: & αι. αι.
Flos habet inscriptũ: funestaque littera ducta est.
Nec genuisse pudet spartem hyacinthon: honorq; ꝫ
Durat in hoc æui, celebrandaq; more prioꝝ
Annua prælata redeũt hyacinthia pompa.
At si forte roges fœcundã amathunta metallis:
An genuisse uelit propetidas: annuat æque
Atq; illos: gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat: unde etiam nomẽ traxere cerastæ.
Ante fores hoꝝ stabat iouis hospitis ara
Lugubris sceleris: quã si quis sanguine tinctam
Aduena uidisset: mactatos crederet illic
Lactentes uitulos amathusiacaq; bidentes.
Hospes erat cæsus, sacris offensa nefandis
Ipsa suas urbes ophiusiaq; arua parabat
Deserere alma uenus, sed qd loca grata? qd urbes
Peccauere meæ? quod dixit crimen in illis?
Exilio pœnam potius gens impia pẽdat
Vel nece: uel si quid medium est mortisq; fugæq;.
Idque quid esse põt: nisi uersæ pœna figuræ?
Dum dubitat: quo mutet eos: ad cornua uultum
Flexit: & admonita est hæc illis posse relinqui:
Grãdiaq; in toruos transformat membra iuuẽcos.
Sunt tamen obscœnæ uenerem propetides ausæ

Defecta, derelicta. Oebalide, hic quoq; patronymicũ pro possessiuo positũ ẽ, nam oebalia urbs est laconiæ ab oebalo conditore appellata.

Quod quoniã fatali lege tenemur. Nisi subaudiatur, efficere nõ possum: impfectus erit hic sensus. Dii aũt cũ natura sint immortales: nulla ratione uitam deponere possunt. Scripto, litteris, nã in hyacintho flore, αι, syllaba gemitũ significans bis inscripta uidet. Tametsi quidã aliter sẽtientes putãtesq; hya syllabas i hyacitho floꝛ eẽ inscriptas: manifeste decipiant. Fortissimus heros, aiax telamonius ut in tertiodecio poeta narrat: in hyacinthũ fuit cõuersus. Folioq; legatur eodẽ, nam in hyacinthi foliis: ut dixi: prima syllaba huius nomis. αιαϛ: inscripta uidet. Ethia, sic quidem fere legitur. Sicq; legendum esse qdã pcipiunt: sed aperte falluntur: cũ hia litteræ nullum gemitum præ se ferant, αι αι: uero quæ uox est aperte gemitus significatiua legẽdum esse facile contenderim: q̃uis omnia quæ quidem mihi uidere contigit exemplaria refragent. Funestaq; littera, luctuosæ litteræ qbus in funeribus utuntur. Ducta est, scripta est. Nam litteræ dũ scribuntur: duci proprie dicuntur. Hinc aũt apte etiã colligitur. αι αι, legẽdum esse. Hæc. n. ẽ uox: qua etiãnũ in funeribus & fletibus uti solemus.

Hyacinthia, festa in honorem hyacinthi pueri instituta. At si forte roges, Per compationẽ ostẽdit Orpheus pueros formosos & diis placuisse: & maximo ornamẽto suis fuisse ciuitatibus, puellas uero contra & diis p q̃ displicuisse & maximo suas urbes dedecore affecisse, nam propetides quædã uenerem deam esse negare ausæ non minore sunt odio ciuibus suis: q̃ cerastæ quidã: qui in ara hospites imolabant: quos ut uenus in iuuencos conuertit: ita propetidas & sua corpora primas prostituere coegit: & in saxa commutauit. Fœcundam amathunta, amathus urbs est cypri ære abundans, unde & cyprus ipsa amathusa olim fuit uocata, est etiã urbs laconiæ. Annuat, nutu affirmet tam illas uelle genuisse: q̃ eos cerastas: qui hospites immolando maximo sibi dedecori fuerunt. Vnde etiam nomen traxere cerastæ, κερασ. Vnde cerastæ declinantur cornu dicitur, nam in fronte duo cornua habebant, unde & cyprus ipsa cerastis a qbusdã fuit appellata.

Iouis hospitis, ξενιοσ a græcis appellat: quod hospitiis præsit, unde Vergilius, Iupiter hospitibus nam te dare iura loquuntur. Lugubris sceleris, luctuosi sceleris quo hospites decepti necabantur. Ophiusia arua. Cypria, alludit autẽ poeta ad priscum illius insulæ nomen. Cerastis nãq; etiã cognominata fuit a genere quodã serpentis, uel qũod multa cornua hoc est montiũ uertices habeat. Ophusia uero serpentina possumus interpretari. Gens impia, Cerastarum.

Toruos, truces ac terribiles aspectu.

Vulgaſſe. proſtituiſſe. Quas quia pygma/
lion æuũ. Pygmalion quidam ſtagitiis propeti/
dum offenſus uitam cælibem exigere decreuit.
ſed ex ebore uirginis ſimulacrum adeo fabre ef/
finxit: ut perinde atq; ſi uiua eſſet: illius amore
caperetur. Quare uenerem orauit: ut ſibi talem
concederet uxorem. Venus autem pluſq; peteba
tur: effecit. Nam ſtatuæ illi: quam i lecto pygma/
lion collocauerat: animam inſpirauit: nubiléq;
ætatem donauit. ex inſperato igitur pygmalion
uoti cõpos factus ex ea Paphũ ſuſtulit: a quo &
ĩſula & urbs paphos fuit appellata. Et ſi nõ ob/
ſtet reuerẽtia. Acute eleganterq; hoc dictũ ẽ. Nã
uirgines bene educatæ præ pudore in uiroꝝ cõ/
ſpectu uix audent ſe mouere. Ea igitur ſtatua nõ
quod eburnea eſſet: ſed pudore quodam uirgini
bus inſito immobilis uidebatur. Ars adeo la/
ret: ut uiua uideretur: non ex ebore confecta.

Inſidere. inhærere. infigi ac ſubſidere ſic ut mẽ
bra digitis cederẽt. Heliadum lachrymas. ſuc/
cina: quæ e populis in quas ſorores phaethontis
conuerſas fuiſſe narrauit poeta: cadere dicuntur.

Baccæ. uniones. Concha ſidonide. purpura
tyria. Tota cypro. per totam cyprum. ueneri
nãq; dicata eſt cyprus inſula ciliciæ ſyriæq; obie
cta: quõdam nouem regnorum ſedes: uariis qui
dem nomĩbus appellata. nam & atamãtida & ce
raſtin. & aſpeliam. & amathuſam & macaran &
Crypron & coliniam plynius ſcribit fuiſſe appel
latam. Cyprus autẽ dicta eſt a cypro cinyræ filia:
uel a cypro flore. uel ut aſtynomus ſcribit: quia
prius crypros appellata fuit: eo qđ ſæpenumero
a mari fuit occultata: deide r lĩa abiecta cypros.
uocata fuit. Blãdis cornibus. nõ ifeſtis: ſed mi
tibus. cornua autẽ uictimarũ inaurari ſolebant.

Venus aurea. pulchra. Et amici numinis
omen Flamma ter accenſa eſt. ordo eſt. & flãma
ter accenſa eſt omen amici & propicii numinis.

Apicem. ſcintillam. Subſedit. cedit.

Eſſe negare deam: pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primæ uulgaſſe feruntur.
Vtq; pudor ceſſit: ſanguiſq; induruit oris:
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine uerſæ:
Quas quia pygmaliõ æuum per crimina agentes
Viderat: offenſus uitiis: quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit: ſine cõiuge cælebs
Viuebat: thalamiq; diu conſorte carebat.
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpſit ebur: formãq; dedit: qua fœmina naſci
Nulla poteſt: operiſq; ſui concepit amorem.
Virginis eſt uere facies: quã uiuere credas:
Et ſi non obſtet reuerentia: uelle moueri.
Ars adeo latet. arte ſua miratur: & haurit
Pectore pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tẽptantes admouet: an ſit
Corpus an illud ebur. nec adhuc ebur eſſe fatetur:
Oſcula dat: reddiq; putat: loquiturq; tenetq;.
Et credit tactis digitos inſidere membris.
Et metuit preſſos ueniat ne liuor in artus.
Et modo blanditias adhibet. modo grata puellis
Munera fert illi conchas: tereteſq; lapillos:
Et paruas uolucres: & flores mille coloꝝ
Lilia: perpictaſq; pilas: & ab arbore lapſas
Heliadum lachrymas. ornat quoq; ueſtibus artus.
Dat digitis gemmas. dat lõga monilia collo.
Aure leues baccæ. redimicula pectore pendent.
Cũcta decent. nec nuda minus formoſa uidetur.
Collocat hanc ſtratis concha ſidonide tinctis.
Appellatq; tori ſociam: acclinataq; colla
Mollibus in plumis tanq̃ ſenſura reponit.
Feſta dies ueneris tota celeberrima cypro
Venerat: & blandis indutæ cornibus auꝝ
Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ:
Thuraq; fumabãt: cum munere functus ad aras
Conſtitit: & timide. ſi dii dare cũcta poteſtis:
Sit cõiunx opto: non auſus: eburnea uirgo:
Dicere pygmalion: ſimilis mea dixit eburnæ.
Senſit ut ipſa ſuis aderat uenus aurea feſtis:
Vota quid illa uelint. & amici numinis omen
Flãma ter accenſa eſt: apicemq; per aera duxit.
Vt rediit: ſimulacra ſuæ petit ille puellæ:
Incũbenſque toro dedit oſcula. uiſa tepere eſt.
Admouet os iteꝝ. manibus quoq; pectora tẽptat.
Temptatũ molleſcit ebur: poſitoq; rigore
Subſedit digitis: ceditq;: ut hymetia ſole

Cæra remolleſcit:tractataq; pollice multas
Flectitur in facies:ipſoq; fit utilis uſu.
Dum ſtupet:& dubie gaudet:falliq; ueretur:
Rurſus amans rurſuſq; manu ſua uota retractat.
Corpus erat.ſaliũt temptatæ pollice uenæ.
Tum uero paphius pleniſſima cõcipit heros
Verba:quibus ueneri grates agit:oraq; tandem
Ore ſuo non falſa premit:dataq; oſcula uirgo
Senſit:& erubuit:timidumq; ad lumina lumen
Attollens pariter cum cælo uidit amantem.
Cõiugio quod fecit adeſt dea:iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem
Illa paphum genuit:de quo tenet inſula nomen.
Editus & ille eſt:qui ſi ſine prole fuiſſet:
Inter felices cinyras potuiſſet haberi.
Dira canam. ꝓcul hinc natæ ꝓcul eſte parentes.
At mea ſi ueſtras mulcebũt carmina mentes:
Deſit in hac mihi parte fides.nec credite factum.
Vel ſi credetis:facti quoq; credite pœnam.
Si tamen admiſſum ſinit hoc natura uideri:
Gentibus iſmariis & noſtro gratulor orbi.
Gratulor huic terræ:quod abeſt regionibus illis:
Q uæ tantum genuere nefas.ſit diues amomo
Cinnamaq; coſtũq; ſuam ſudataq; ligno
Thura ferat floreſq; alios panchaica tellus:
Dũ ferat & myrrham.tanti noua non fuit arbor.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tæla cupido
Myrrha:faceſq; ſuas a crimine uindicat iſto.
Stipite te ſtygio tumidiſq; afflauit echidnis
Etribus una ſoror.ſcelus eſt odiſſe parentem.
Hic amor eſt odio maius ſcelus.undiq; lecti
Te cupiunt ꝓceres:totoq; oriente iuuentus
Ad thalami certamen adeſt.ex omnibus unum
Elige myrrha uiꝝ:dum non ſit ex omnibus unus.
Illa quidem ſentit:fœdoq; repugnat amori.
Et ſecum.quo mente feror? quid molior inquit?
Dii precor & pietas ſacrataque iura parentum
Hoc ꝓhibete nefas:ſcelerique reſiſtite noſtro:
Si tamen hoc ſcelus eſt.ſed enim dãnare negatur
Hanc uenerem pietas: coeũtque aialia nullo
Cætera delicto.nec habetur turpe iuuẽcæ
Ferre patrem tergo:fit equo ſua filia coniunx.
Q uaſque creauit:init pecudes caper:ipſaq; cuius
Semine concepta eſt:ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent.humana malignas
Cura dedit leges:& quod natura remittit:

Vthymetia cæra.hymetus atticæ mons ẽ opti mi mellis fertiliſſimus. Corpus erat. proprie dixit.nam corpus uiuum propriæ uocatur.caro autem mortua:ut quæ a cadendo ſit dicta. Paphius heros. Cyprius pygmalion. Verba pleniſſima.copioſiſſima.ornatiſſima. Ora nõ falſa.Veram faciem. De quo tenet inſula nomẽ. Nam cyprus dicta ẽ etiam paphos a Papho pygmalionis filio. Editus & ille eſt. Cinyras Pygmalionis filius Myrrham genuit:quæ nefãdo patris amore capta: nutricis opera cum eo iſcio cõcubuit:adonẽq; concepit.quod cum reſciuiſſet pater:ſtricto enſe filiam perſequi cœpit.illa uero fugiens in arabiam uſq; peruenit:ubi longo errore feſſa deorum miſeratione in arborem ſui nominis fuit mutata. Inter felices.nam cypriorũ rex fuit in primis potens. Si tamẽ admiſſum. bene dubitat poeta an tantum ſceleris fuerit cõmiſſum.Nam contra naturam eſſe uidetur:ut liberi parentes flagitioſe:ac uſq; ad coitum ament.

Sit diues amomo.Amomum herba eſt ſuauiſſimi odoris non in arabia modo: ſed in ponto armeniaq; naſcens:ut plynius ſcribit. Cinnama. Cinnamum herba eſt medica: qua arabia felix maxime cõmendatur. Coſtũq; ſuam.coſtus frutex eſt grati odoris in arabia naſcens. Sudata thura. per ſudorem quodam modo emiſſa. Thurifera autem regio eſt Sabæa. Panchaica tellus.panchaia regio apud ſabæos:in qua thuriferæ arbores naſcuntur.Vnde Vergilius. Totaq; thuriferis panchaia pinguis ariſtis. Tanti noua non fuit arbor: ut pater cum filia coire debuerit. Vindicat. liberat. E tribus una ſoror.una ex tribus furiis Tiſiphone Alectoue aut Megæra. Vndiq; lecti ꝓceres.Electi principes. Ad thalami certamen.Ad nuptias tuas certatim petendas aduenit. Dũ non ſit ex omnibus unus. Hoc eſt uno patre excepto quẽ uis ex omnibus elige. Si tamen hoc ſcelus eſt. Myrrha amore uicta dubitat an ſit nefas cum patre coire. Remittit.permittit.

Cinyræ concūbere posſem. cum cinyra. græca. n. loquendi eſt figura. Nūc quia iam meus eſt. pater. Non eſt meus. non poteſt eſſe meus maritus. Eſt mihi pximitas. cōſanguinitas ipa mihi obeſt. Malus ardor. turpis amor. Amā tē. me ſubaudiamus. Si nil cōcedit ultra. coitum innuit. hoc eſt ſi mihi cum eo concumbere non licet: quæ eſt ultima amoris linea. Vltra autem. ſe ipſam increpat myrrha: quod coire cum patre affectet: quo quidem modo & iura conſanguinitatis & nomina confunderentur. Nam filia id quod eſt nefādiſſimum: & matris pellex eſſet & adultera patris. Eſſet præterea filiorum & ſoror & mater: quod penitus conſanguinitatis nomina confundit. Sacro angue. execrādis anguibus & uiperis. Crinitas ſorores. Eumenidas. furias. Se autem ipſam myrrha repræhendit: quāuis ab alio increpari uideatur. Velle puta. Te ſubintelligamus. non patrem: ut quidam.

Res ipſa. rei turpitudo. Hæc credens. Signa ſubaudiamus. Datis. oſculis. Conſulta. iter rogata. Carpitur. cruciatur. Igne indomito. Amore quem domare ac uincere non poterat. Trabs ingens. Maxima arbor. Hac autem ſimilitudine oſtendit poeta quanta in ambiguitate foret animus Myrrhæ. Vtroq; in utrāq; partē.

Inuida iura negant. gentes tamen eſſe feruntur:
In quibus & nato genitrix: & nata parenti
Iungitur: & pietas geminato creſcit amore.
Me miſeram: q; non naſci mihi cōtigit illic:
Fortunaq; loci lædor: qd in iſta reuoluor?
Spes interdictæ diſcedite. dignus amari
Ille: ſed ut pater eſt. ergo ſi filia magni
Non eſſē cinyræ: cinyræ concūbere poſſem.
Nūc quia iam meus eſt: non ē meus. ipſaq; damno
Eſt mihi proximitas. aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc: patriæq; relinquere fines:
Dū ſcelus effugiā. retinet malus ardor amantem.
Vt præſens ſpectē cinyrā: tangāq; loquarq;:
Oſculaq; admoueam: ſi nil conceditur ultra.
Vltra autem ſperare aliquid potes impia uirgo?
Et quod confundas & iura & nomina ſentis?
Tu ne eris & matris pellex: & adultera patris?
Tu ne ſoror nati? genitrixque uocabere fratris?
Nec metues ſacro crinitas angue ſorores?
Quas facibus ſæuis oculos atque ora petentes
Noxia corda uident? at tu dū corpore non es
Paſſa nefas: animo ne concipe: ne ue potentis
Concubitu uetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta: res ipſa uetat. pius ille. memorque
Moris. & o uellem ſimilis furor eſſet in illo.
Dixerat. at cinyras: quem copia digna procorū
Quid faciat dubitare facit: ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis: cuius uelit eſſe mariti.
Illa ſilet primo: patriſque in uultibus hærens
Aeſtuat: & tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei cinyras hæc credens eſſe timoris
Flere uetat: ſiccatque genas: atque oſcula iūgit.
Myrrha datis nimium gaudet: cōſultaq; qualem
Optet habere uirū: ſimilem tibi dixit. at ille
Non intellectam uocem collaudat: & eſto
Tam pia ſemper ait. pietatis nomine dicto:
Demiſit uultus ſceleris ſibi conſcia uirgo.
Noctis erat mediū: curaſque & corpora ſomnus
Soluerat. at uirgo cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito: furioſaque uota retractat.
Et modo deſperat. modo uult tēptare: pudetque
Et cupit: & quid agat: non inuenit. utque ſecuri
Saucia trabs ingens: ubi plaga nouiſſima reſtat:
Quo cadat in dubio eſt: omnique a parte timetur:
Sic animus uario labefactus uulnere nutat
Huc leuis atque illuc. momētaque ſumit utroque.

pulchra Comparatio

Nec modus & requies: nisi mors reperitur amoris.
Mors placet.erigitur:laqueoque innectere fauces
Destinat.& zona summo de poste reuincta
Care uale cinyra:causamq; intellige mortis.
Dixit:& aptabat pallenti uincula collo.
Murmura uerboꝝ fidas nutricis ad aures
Peruenisse ferũt limen seruantis alumnæ.
Surgit anus:reseratq; fores:mortisq; paratæ
Instrumenta uidens spatio cõclamat eodem.
Seq; ferit:scinditque sinus:ereptaq; collo
Vincula dilaniat.tũ denique flere uacauit.
Tũ dare cõplexus:laqueique reqrere causam.
Muta silet uirgo:terramque immota tuetur.
Et deprensa dolet tardæ conamina mortis.
Instat anus:canosque suos & inania nudans
Vbera per cunas alimentaque prima precatur:
Vt sibi cõmittat:quicquid dolet.illa rogantem
Auersata gemit.certa est exquirere nutrix.
Nec solam spõdere fidem.dic inquit:opemque
Me sine ferre tibi.non est mea pigra senectus.
Seu furor est:habeo quod carmie sanet & hærbis.
Siue aliquis nocuit:magico lustrabere ritu.
Ira deum siue est:sacris placabimus iram.
Q uid rear ulterius? certe fortuna domusque
Sospes ab incursu est.uiuũt genitrixque paterq;.
Myrrha patre audito suspiria duxit ab imo
Pectore.nec nutrix etiam nũc concipit ullũ
Mente nefas:aliquẽq; tamen præsentit amorem.
Propositiq; tenax quodcũq; est orat:ut ipsi
Indicet:& gremio lachrymãtem tollit anili.
Atq; ita cõplectens infirmis membra lacertis:
Sensimus inquit amas:& ĩ hoc mea (pone timorẽ)
Sedulitas erit apta tibi.nec sentiet unq̃
Hoc pater.exiliit gremio furibunda:toꝝq;
Ore premens discede precor:miseroq; pudori
Parce ait,instanti discede:aut desine dixit
Q uærere quid doleã.scelus ẽ:quod scire laboras.
Horret anus:tremulasq; manus annisq; metuq;
Tẽdit:& ante pedes supplex procũbit alũnæ:
Et modo blanditur.modo si non cõscia fiat:
Terret:& indicium laquei cœptæq; minatur
Mortis:& officium cõmisso spondet amori.
Extulit illa caput:lachrymisq; impleuit obortis
Pectora nutricis:conataque sæpe fateri:
Sæpe tenet uocẽ.pudibundaque uestibus ora
Texit:& o dixit felicem coniuge matrem.

Nec modus.finis ac terminus. Destinat.deliberat. De summo poste.de summitate hostii.

Reuincta.religata. Care uale cinyra.amatorie myrrha cinyram nomine ꝓprio appellat.Patris.n.nomen odio habebat: ut quod sibi esse impedimento putabat ne optato cõcubitu potiret.

Pallẽti collo.hypallage est.Ipsa.n.myrrha pallescens intelligitur. Seruantis.custodientis.

Scinditq; sinus. uestium subaudiatur. Tũ denicq; flere uacauit.hoc est posteaq̃ uincula dilaniauit:tum tãdem flẽdi tempus habuit nutrix.

Muta silet uirgo.Tanq̃ muta. Auersata. Aspernata cum quadam uultus auersione. Nec solam spõdere fidem.Nec solam fidem promittere:sed etiam opem & auxilium. Me sine.me permitte. Seu furor est.insanus amor. Siue aliquis nocuit.carminibus & incantationibus.

Lustrabere.purgaberis. Propositiq; tenax. In proposito perseuerans anus. Furibunda.furenti similis.uirginis autem amantis decorẽ pulchre seruat.Solent.n.quo uehementius quid appetunt:eo magis dissimulare. Instanti.nutrici subaudiatur. Et indicium laquei.hoc est minatur se indicaturam patri: quod se suspendere uoluerit myrrha. Obortis.subito natis. Et o dixit felicem coniuge matrem.Figurata oratione utitur myrrha: quo honestius amorẽ patris nutrici confiteatur.Est autem emphasis:cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur:ut apud Vergilium.Non licuit thalami expertem sine crimine uitã Degere more feræ.q̃q̃.n. ut scribit Quintilianus de matrimonio queritur Dido. tamen huc erupit eius affectus:ut sine thalamis uitã hominum non putet:sed ferarum. Hac uero figura ea significare solemus: quæ si aperte dicerentur:minus decerent: turpiaq; uiderentur. Sensit.n.hoc est cognouit nefandum myrrhæ amorem.est autem parenthesis causam significans.

Scit se non falsa moneri. Hoc est cognoscit ea quæ a nutrice dicuntur: esse uera. Potiere. hic ẽ distinguendum. nam nutrix non ẽ ausa dicere parente impedita pudore. Numine. iureiurãdo. Festa piæ cereris. thesmophoria a græcis sacra cereris appellantur: quæ quidem tanta castitate p decẽ dies: ut scribit Diodorus: celebrabantur: quãtã inuẽti frumẽti donũ postulabat. Sacra aũt cereris cũ Proserpiæ sacrificiis cõfudisse uidetur poeta. cereri náq; sacrificabant prisci: decẽq; dies festos agebant cum semen in terram iactabatur: quibus quidem diebus cõuiciis. inuicem uti consueuere: uti deæ dolor exfiliæ raptu conceptus risu ac uerborum scurrilitate mitigaretur. Proserpinæ uero messis tẽpore sacra faciebant: quo quidẽ tẽpore coronas spiceas ex frugum primitiis deæ dicabãt. Velatæ corpora. uelata corpora habentes & tecta. Niuea ueste, candida: quali in sacris cereris utebantur matronæ ad significãdam animi puritatem. In uetitis. inter uetita ac legibus prohibita. Præsaga pectora. Malorum subaudiatur. Par ait est myrrhæ. æq̃lis.

Tempus erat. intempestam noctẽ describit ac mediam: quæ quod cuncta sileant: conticinium uocatur. Bootes. sidus est qui & arctophilax appellatur. Igne suo. propriis syderum luminibus. Primus tegis icare uultus. ne tantum sceleris aspiceres. Icari autem erigonesq; filiæ historia fuit nobis exposita. nam erigone in icarũ patrem adeo pia fuit: ut cum eum a rusticis interẽptum comperisset mori omnino decreuerit. sed miseratione deorum ambo inter sidera fuere collocati. Ter pedis offensi. ter. n. cũ ad cubiculum patris duceretur pedes offendit: id quod eam reuocare uidebatur. Funereus bubo: funestus. ẽ autem auis pessimi ominis. Poplite succiduo. qui cadẽti similis erat. Elegãter autem exprimit gestum timidæ uirginis aliquid sceleris aggressuræ. Magis horret. ualidius timet. Longæua. nutrix uetula. Deuota pectora. detestata. execrata. Sua uiscera. suam filiam quã ex suis uisceribus genuerat. Aetatis nomine. ratione ætatis. Nam cinyras senex erat.

Hactenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus
Ossaque (sensit. n.) penetrat tremor: albaque toto
Vertice canicies rigidis stetit hirta capillis.
Multaque ut excuteret diros: si posset: amores:
Addidit. at uirgo scit se non falsa moneri.
Certa mori tamen est: si non potiatur amore.
Viue ait hæc. potiere tuo. non ausa parente
Dicere conticuit: ꝓmissaque numine firmat.
Festa piæ cereris celebrabãt annua matres:
Illa quibus niuea uelatæ corpora ueste
Primitias frugũ dant spicea serta suarꝫ:
Perque nouẽ noctes uenerem tactusque uiriles
In uetitis numerãt. turba cinyreis in illa
Regis adest coniũx: arcanaque sacra frequẽtat.
Ergo lẽgitima uacuus dum cõiuge lectus:
Nacta grauem uino cinyrã male sedula nutrix
Nomine mentito ueros exponit amores:
Et faciem laudat. quæsitus uirginis annis
Par ait est myrrhæ: quam postq̃ adducere iussa est:
Vtque domum rediit: gaude mea dixit alũna.
Vicimus. infelix non toto pectore sensit
Lætitiam uirgo: præsagaq; pectora mœrent:
Sed tamen & gaudet. tanta est discordia mentis.
Tempus erat quo cũcta silent: interque triones
Flexerat obliquo plaustrũ temone bootes.
Ad facinus uenit illa suũ. fugit aurea cælo
Luna. tegunt nigræ latitantia sydera nubes.
Nox caret igne suo primus tegis icare uultus:
Erigoneque pio sacrata parentis amore.
Ter pedis offensi signo est reuocata. ter omen
Funereus bubo letali carmine fecit.
It tamẽ: & tenebræ minuũt noxq; atra pudorem.
Nutricisque manũ leua tenet. altera motu
Cæcũ iter explorat. thalami iam limina tangit.
Iamque fores aperit. iam ducitur intus: at illi
Poplite succiduo genua intremuere: fugitq;
Et color & sanguis: aiusq; reliquit euntem.
Q uoq; suo ꝓpior sceleri est: magis horret: & ausi
Pœnitet: & uellet non cognita posse reuerti.
Cũctantem longæua manu deducit: & alto
Admotam lecto cum traderet: accipe dixit
Ista tua est cinyra: deuotaq; pectora iunxit.
Accipit obscœno genitor sua uiscera lecto:
Virgineosq; mœtus leuat: hortaturq; timentem.
Forsitan ætatis quoque noïe filia dixit.
Dixit & illa pater: sceleri ne noïa desint.

Plena patris thalamis excedit: & impia diro
Semina fert utero: cōceptaq; crimia portat.
Postera nox facinus geminat. nec finis in illa est.
Cū tandem cinyras auidus cognoscere amantem
Post tot concubitus: illato lumine uidit
Et scelus & natam: uerbisque dolore retētis
Pendenti nitidum uagina deripit ensem.
Myrrha fugit: tenebrisq; & cæcæ munere noctis
Intercepta neci est: latosque uagata per agros
Palmiferos arabas panchæaque rura reliquit:
Perque nouem errauit redeūtis cornua lunæ:
Cum tandem terra requieuit fessa sabæa.
Vixque uteri portabat onus. tum nescia uoti
Atque inter mortisque metus & tedia uitæ
Est tales complexa preces. si qua patetis
Numina confessis: merui: nec triste recuso
Supplicium. sed ne uiolem uiuosque superstes
Mortuaque extīctos: ambobus pellite regnis.
Mutatæque mihi uitamque necēque negate.
Numen confessis aliquod patet. ultima certe
Vota suos habuere deos. nam crura loquentis
Terra superuenit: ruptosque obliqua per ungues
Porrigitur radix longi firmamina trunci:
Ossaque robur agunt: mediaque manente medulla
Sanguis it in succos. in magnos brachia ramos:
In paruos digiti. duratur cortice pellis.
Iamque grauem crescens uterꝝ præcixerat arbor.
Pectoraq; obruerat: collūq; operire parabat.
Non tulit illa moram: uenientiq; obuia ligno
Subsedit: mersitq; suos in cortice uultus.
Quæ q̄q̄ amisit ueteres cum corpore sensus:
Flet tamē: & tepidæ manāt ex arbore guttæ.
Est honor & lachrymis: stillataq; cortice myrrha
Nomen herile tenet. nulloque tacebitur æuo.
At male cōceptus sub robore creuerat infans:
Quærebatque uiam: qua se genitrice relicta
Exereret. media grauidus tumet arbore uēter.
Tēdit onus matrē. neq; hēnt sua uerba dolores.
Nec lucina potest parientis uoce uocari.
Nitenti tamen est similis: curuataq; crebros
Dat gemitus arbor: lachrymisq; cadētibus hūet.
Constitit ad ramos mitis lucina dolentes:
Admouitque manus: & uerba puerpera dixit.
Arbor agit rimas: & scisso cortice uiuum
Reddit onus. uagitq; puer: quē mollibus herbis
Naiades impositum lachrymis unxere parentis

Auidus cognoscere. Cupidus cognoscendi. Intercepta. erepta. Palmiferos arabas. apud quos multæ palmæ nascūt. Pāchæa rura. arabica. ē. n. pāchaia regio arabiæ felicis. Per nouē cornua. per nouem menses. Terra sabæa. sabæi populi sunt arabiæ felicis: apud quos thus myrrhaq; abunde nascuntur. Nescia uoti. quid cuperet ignara. Est tales complexa preces. apprehēdit tales preces. Patetis cōfessis. hoc est. si exauditis confitentes sua crimia. Ambobus regnis. & uiuorum & mortuorū. Mutatæ mihi. trāsformatæ. Optat. n. ut in aliam transmutetur figuram sic ut neq; uiuat neq; moriatur. Vltima uota. ultimæ preces. Suos deos. propicios. Firmamina. firmamenta atq; fundamēta. Ossaq; robur agunt. hoc est ossa lignum efficiunt. in lignumq; crassius conuertuntur. In paruos digiti. Eūt subaudiatur. est. n. protozeugma. Duratur cortice pellis. hoc est. pellis in durum corticem commutatur. Venienti ligno. succrescenti. Subsedit. summisit se. Flet tamen. hoc ad naturam arboris myrrhæ refertur. sponte nāq; sudat: ut scribit plynius: etiam anteq̄ incidatur. guttæ autem illæ quæ ex arbore cadunt: stacte uocantur: quæ in omni myrrhæ genere optinēt principatum. multa uero sunt myrrhæ genera: de quibus plynius scribit. Est honor & lachrymis. precium. At male conceptus. Adonis ex incesto patris ac filiæ coitu natus in tantam creuit pulchritudinem: ut eius amore uenus caperetur: quo cum ut diutius esse posset: una cum illo uenatiōibus indulgebat præcipueq; fugaciū animaliū. Feras aūt natura armatas uitabat: Adonimq; ut sibi ab illis caueret admōebat. Ille uero gloriæ suauitate motus aprum excipē ausus ab eo fuit ēteremptus. quod cum uenus resciuisset: in purpureum florem illū cōmutauit. At male. scelerate. Exereret. egereret. Tendit. extēdit. ac distentam reddit. Verba puerpera. hoc est puerperio profutura. Arbor agit rimas. scinditur atq; aperitur. Lachrymis parentis. periphrasis est myrrhæ quæ ab arbore stillat: guttatimq; cadit: ut lachrymare uideatur.

Adonis

Laudaret faciem liuor quoq;.qualia nãq;
Corpora nudoꝝ tabula pinguntur amoꝝ:
Talis erat:sed ne faciat discrimina cultus:
Aut huic adde leues:aut illis deme pharetras.
Labitur occulte:fallitq; uolatilis ætas:
Et nihil est annis uelocius.ille sorore
Natus auoq; suo:qui cõditus arbore nuper.
Nuper erat genitus:mõ formosissimus infans.
Iam iuuenis.iam uir.iam se formosior ipso est.
Iam placet & ueneri:matrisq; ulciscitur ignes.
Nãq; pharetratus dũ dat puer oscula matri:
Inscius extanti distrinxit harundine pectus.
Lesa manu natũ dea reppulit.altius actũ
Vulnus erat specie:primoq; fefellerat ipsã.
Capta uiri forma nõ iã cythereia curat
Littora. non alto repetit paphõ æquore cictã:
Piscosãq; gnidõ:grauidãq; amathũta metallis.
Abstinet & cælo.cælo præfertur adonis.
Hũc tenet.huic comes est.assuetaq; sẽper i umbra
Indulgere sibi:formamq; augere colendo.
Per iuga.per siluas.dumos & saxa uagatur
Vsq; genu uestem ritu succincta dianæ.
Hortaturq; canes:tutæq; animalia prædæ:
Aut pronos lepores aut celsum in cornua ceruum:
Aut agitat damas.at fortibus abstinet apris.
Raptoresq; lupos armatosq; unguibus ursos
Vitat:& armenti saturatos cæde leones.
Te quoq; ut hos timeas:si quid prodesse monendo
Posset:adoni monet.fortisq; fugacibus esto
Inquit.in audaces non est audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius esse periculo.
Ne ue feras: quibus arma dedit natura:lacesse.
Stet tibi ne magno tua gloria.non mouet ætas:
Nec facies: nec quæ uenerem mouere:leones:
Setigeroq; sues: oculoq; animoq; feraꝝ.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.
Impetus est fuluis:&uasta leonibus ira.
Inuisumq; mihi genus est.quæ causa roganti
Dicam ait:& ueteris monstrum mirabile culpæ.
Sed labor insolitus iam me lassauit.& ecce
Opportuna sua blanditur populus umbra:
Datq; torum cespes.libet hac requiescere tecum.
Et requieuit humo:pressitq; & gramen & ipsum.
Inq; sinu iuuenis posita ceruice recliuis
Sic ait:ac mediis interserit oscula uerbis.
Forsitan audieras aliquam certamine cursus

Liuor quoq;.Inuidia.eximia aũt ẽ facies: quæ ab inuidis quoq; laudatur. Amoꝝ. Cupidinũ qui nudi cum pharetris pinguñ. Matris ignes. amores furoresq; Myrrhæ mris. Nanq; pharetratus.Cupido pharetra ornatus. Inscius. Inuitus. Extanti harũdine. extra pendenti sagitta. Distrinxit.rasit.uulnerauit. Altius specie. Altius q̃ uidebatur. Cythereia littora.Cythera insula est cũ oppido antea porphyrusa appellata a pulchritudine marmorum quæ ibi effodiebantur:ut scribit Aristoteles: una ex Cycladibus ueneri dicata:quod in mari nata ad eam primũ concha peruenisse fertur.Dicta sunt autem Cythera a Cythero phœnicis filio. Paphõ.Cypri est urbs Paphos ueneris templo nobilis. Pisco samq; gnidon.gnidos urbs est dorica: ubi ueneris & templum & simulacꝝ uisebaꝫ a Praxitele sculptum tanta arte:ut quidam illius amore captus sustinuerit itra sacellũ p noctem includi ac deæ simulacrũ ita amplecti: ut spermate quoq; inquinaret. Grauidãq; amathunta: amathus urbs fuit Cypri ærifodinis abũdãs: pp qđ poeta illã metallis grauidã uocat. Aut pnos lepores. In caput icliatos.crura nãq; anteriora hẽnt breuiora. Fugacibus.aduersus fugaces feras. Parce eẽ.Noli esse. Nec quæ uenerẽ mouere.hocẽ ætas.forma pulchritudo:qbus ego mota sum:nihil feras mouent. Et ipm.Adonin.Illũ.n.sedere coegit. Posita ceruice.Reposito capite. Recliuis.Reclinata. Interserit.iterponit. Forsitan audieras.Atalanta Schœnei regis filia:cũ oraculum de marito cõsuluisset:responsum accepit ipsi non opus esse marito. Cũ uero & perniciissima & formosissima esset:a multis uxor petebaꝫ. Ipsa uero ne eos prorsus aspernari uideretur:edixit:se nulli alii nupturam q̃ a quo cursu foret superata.Quod siquẽ ipsa superaret:illũ iri interfectũ. Cũ aũt iam multos peremisset: Hippomenes Macarei filius ac Neptuni nepos uirginis amore captus in certamẽ tũ ea descẽdit: ac Veneris ope quam inuocauerat: puellam superauit. Sed cum uoti compos Veneri nihil gratiarum egisset Hippomenes dea irata sic illum in libidinem concitauit:ut in sacello matri deum dicato cum Atalanta concumbere coactus sit.Quo flagitio mater deum indignata & Hippomenem i leonem & Atalantam in leænam conuertit atque currui suo subiecit. Duas sane fuisse Atalantas constata poetis celebratas. Alteram arcadicam cuius filius fuit Parthenopæus quamq; ardenter Mimalion amauit.de qua Ouidius i arte sic scribit.Mimalion humeris Atalantæ crura ferebat.Alteram cursu nobilem de qua nunc agit poeta. Aliquam. Quandam in soluta dicere/mus oratione.

Veloces ſuperaſſe uiros.non fabula rumor
Ille fuit.ſuperabat enim.nec dicere poſſis
Laude pedum formæne bono præſtantior eſſet.
Scitanti deus huic de coniuge.coniuge dixit
Nil opus eſt athalanta tibi.fuge coniugis uſum.
Nec tamen effugies:teq; ipſa uiua carebis.
Territa ſorte dei per opacas innuba ſiluas
Viuit:& iſtantem turbam uiolenta procorum
Conditione fugat.nec ſum potienda niſi inquit
Victa priuſ curſu.pedibus contendite mecum.
Præmia ueloci coniunx thalamiq; dabuntur.
Mors precium tardis.ea lex certaminis eſto.
Illa quidem immitis.ſed tanta potentia formæ.
Venit ad hanc legem temeraria turba procor̃.
Sederat hippomenes curſus ſpectator iniqui:
Et petitur cuiq̃ per tanta pericula coniunx?
Dixerat:ac nimios iuuenum dãnarat amores.
Vt faciem & poſito corpus uelamine uidit:
Q uale meum uel quale tuum:ſi fœmina fies:
Obſtupuit:tollenſq; manus ignoſcite dixit:
Q uos modo culpaui.nondũ mihi præmia nota:
Q uæ peteretis erant.laudando concipit ignem.
Et ne quis iuuenum currat uelocius optat.
Inuidiamq; timet.ſed cur certaminis huius
Intemptata mihi fortuna relinquit̃ inquit?
Audentes deus ipſe iuuat.dum talia ſecum
Exigit hippomenes: paſſu uolat alite uirgo.
Q uæ q̃q̃ ſcythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio uiſa eſt iuueni:tamen ille decoris
Mirator magis eſt:& curſus facit ipſe decorem.
Aura refert ablata citis talaria plantis.
Tergaq; iactantur crines per eburnea:quæq;
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat:at aliter quam cum ſuper atria uelum
Candida purpureum ſimilem dat: & inficit ũbram
Dum notat hæc hoſpes:decurſa nouiſſima meta ẽ;
Et tegitur feſta uictrix atalanta corona.
Dant gemitum uicti: pendentq; ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenum deterritus hor̃
Conſtitit in medio:uultuq; in uirgine fixo
Q uid facilem titulum ſuperando quæris inertes?
Mecum confer ait.ſeu me fortuna potentem
Fecerit:a tanto non indignabere uinci.
Nanq; mihi genitor macareus,acheſtius illi.

Non fabula rumor ille fuit.Ille rumor non fu
it falſus. Scitanti.roganti. Deus. Apollo.

Sorte.oraculo.reſponſo. Teq; ipſa uiua ca/
rebis.hoc eſt.Tua forma adhuc uiua priuaberis.
Nã i leænam fuit tranſfigurata. Illa qdẽ immit/
tis.Crudelis. Sed tanta potentia formæ. Accla
matio: qua procorum temeritas excuſatur.

Et petitur cuiquã.Affectui & indignatiõi ſer/
uit illa particula &.Indignatur enim Hippome
nes quod quiſq̃ ſe tanto periculo exponat gratia
habendæ uxoris. Concipit ignem. In amorem
incidit. Et nequis iuuenum. Amore nanque
Atalantæ Captus Hippomenes timebat nequis
ante ſe uictor euaderet. Inuidiamq; timet. Ne
inuidia ſibi ſit impedimento:quo minus Atalan
ta potiatur:Hippomenes metuit. Paſſu alite. ue
loci curſu. Exigit.Cogitat. Scythica ſagitta:
uelociſſima.Scythæ nanq; plurimum ſagittãdo
ualent. Aonio iuuent.Hippomeni Boetio. De
coris.Pulchritudinis Refert.Retrofert. Expo
nit autem poeta:quo modo curſus ipſe Atalantæ
pulchritudinem augeret. Talaria. alata erant
calciamenta. Genualia:Genuum tegmina.

Hoſpes.hippomenes penduntq;.Perſoluunt.
dant. Facilem titulum. Gloriam facile partam.

Mecum confer.Mecum te compone. Potẽ/
tem.uoti compotem. A tanto a tã generoſo.

Nec uirtus citra genus est. Hoc est. a uirtute maiorum non degenero. Seu uincar. Dilemato colligit Hippomenes Atalantam secum certare debere. Molli uultu. miti ac mansueto.

Discrimine. periculo. Non sum me iudice tanti. Vt tam formosus iuuenis debeat perire.

Nec forma tangor. nec pulchritudine moueor. Sed quod adhuc puer est. Subaudiat tãgor. Et mens interrita leti. quæ nullo mortis timore terretur. Ab æquorea origine. a neptuno æquoris deo. Dum licet hospes abi. Dũ potes: recede o peregrine. est autem apostrophe ad hippomenen: quem etsi amice admonere uidetur Atalanta: ne secum curredo certet: secum tamen ipsa hæc loquitur. Tibi nubere nulla nollet: hoc est. omnis uirgo tibi nubere cupiet. Viderit. Hippomenes subaudiatur. Hec. n. secũ cogitans loquitur atalanta Hippomenis pulchritudine tacta. Agiturq; in tædia uitæ. quia illum uiuere tedet. Occidet hic igitur. nunc atalanta colligit hyppomenem dignum esse qui pereat.

Non erit inuidiæ. hoc est. inuidia uictoriã nostram perferre non poterit. Ah q̃ uirgineus. uirgini conueniens. Miseretur autẽ hippomenis atalanta & ætate & pulchritudine illius mota. Rudis. imperita amoris. Primo cupidine. Amore. Tacta. percussa. Proles neptũnia. Hippomenes neptuni nepos. Quos dedit. quos mihi iniecit. Ignes. amores. Aura non inuida. Ventus benignus & hippomeni fauens. Nec opis mora longa dabatur. Nec longa auxilii mora mihi concedebatur: cum ip̃m ilico oporteret inire cursum. Est ager. topographia hoc ẽ loci descriptio. Describit. n. agrum nomine Damascenum: unde uenus tria aurea poma quæ Hippomeni tradidit: se sumpsisse ait. Indigenæ. i. de geniti homines. Damascenum nomine dicunt. proprio nomine damascenum uocant. nã est etiam ager Damascenus a Damasco urbe Syriæ declinatus. Nitet. splendet. Fulua comã. Fuluas & aureas frondes habens. Aurea nãq; mala ferebat. Hinc. illinc. ex agro Damasceno.

Decerpta. accepta. Proprie autem decerpi & poma & frondes & rosæ dicũtur. Quis usus. quæ utilitas.

Est neptunus auus, pnepos ego regis aquarę.
Nec uirtus citra genus est. seu uincar: habebis
Hippomene uicto magnũ & memorabile nomẽ.
Talia dicentem molli schœneia uultu
Aspicit: & dubitat superari an uincere malit.
Atq; ita. quid deus hunc formosũ dixit iniquus
Perdere uult: careq; iubet discrimine uitæ
Coniugiũ petere hoc: non sum me iudice tanti.
Nec forma tãgor. poteram tamen hac quoq; tãgi.
Sed quod adhuc puer ẽ. nõ me mouet ipse: sed ætas.
Quid: q; ineſt uirtus: & mẽs interrita leti:
Quid: q; ab æquorea numerat: origie quartus:
Quid: q; amat: tantiq; putat cõnubia nostra:
Vt pereat: si me sors illi dura negarit:
Dũ licet hospes abi: thalamosque relinque cruẽtos.
Coniugium crudele meũ est. tibi nubere nulla
Nollet: & optari potes a sapiẽte puella.
Cur tamẽ est mihi cura tui tot iam ante pemptis:
Viderit. intereat: quoniam tot cæde procorũ
Admonitus non est: agiturq; in tædia uitæ.
Occidet hic igitur: uoluit quia uiuere mecũ:
Indignãq; necẽ precium patietur amoris:
Non erit inuidiæ uictoria nostra ferenda.
Sed non culpa mea est. utinam desistere uelles.
At quoniam es demens: utinam uelocior esses.
Ah q̃ uirgineus puerili uultus in ore est.
Ah miser hippomene. nollẽ tibi uisa fuissem.
Viuere dignus eras. q; si felicior essem:
Nec mihi cõiugium fata importuna negarent:
Vnus eras cum quo sociare cubilia uellem.
Dixerat: utq; rudis primoque cupidine tacta
Quod facit ignorãs amat: & non sentit amorẽ.
Iam solitos poscũt cursus populusque paterque:
Cum me sollicita proles neptũnia uoce
Inuocat hippomenes. cythereia cõprecor ausis
Adsit ait nostris: & quos dedit adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me non inuida blãdas:
Motaque sũ: fateor. nec opis mora longa dabat.
Est ager: indigenæ damascenũ noie dicunt.
Telluris cypriæ pars optima: quam mihi prisci
Sacrauere senes: templisque accedere dotem
Hanc iussere meis. medio nitet arbor in aruo
Fulua comam. fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte mea ueniens decerpta ferebam
Aurea poma manu: nullique uidenda nisi ipsi.
Hippomenen adii. docuique quis usus in illis.

Signa tubæ dederant:cũ carcere ꝑnus uterq;
Emicat:& ſummam celeri pede libat harenam:
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu:
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni clamorq; fauorq;
Verbaque dicentum,nunc nunc incumbere tẽpus.
Hippomene propera.nũc uiribus utere totis.
Pelle moram,uinces.dubiũ macareius heros
Gaudeat an uirgo magis his ſchœneia dictis.
O quotiens cum iam poſſet tranſire:morata eſt.
Spectatoſque diu uultus inuita reliquit.
Aridus a laſſo ueniebat anhelitus ore:
Metaque erat longe:tum denique de tribus unum
Fœtibus arboreis proles neptũnia miſit.
Obſtupuit uirgo:nitidique cupidine pomi
Declinat curſus:auꝛq; uolubile tollit.
Præterit hippomenes.reſonant ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri ceſſataq; tempora curſu
Corrigit:atq; iteꝛ iuuenem poſt terga reliquit.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequitur:tranſitq; uiꝛ.pars ultima curſus
Reſtabat.nũc inquit ades dea muneris auctor:
Inq; latus campi:quo tardius illa rediret:
Iecit ab obliquo nitidũ iuueniliter aurum.
An peteret uirgo uiſa eſt dubitare:coegi
Tollere:& adieci ſublato pondera malo.
Impedii q̃ oneris pariter grauitate moraq;.
Ne ue meus ſermo curſu ſit tradior ipſo:
Præterita eſt uirgo,duxit ſua præmia uictor.
Digna ue cui grates ageret? cui thuris honorem
Ferret adoni fui? nec grates immemor egit:
Nec mihi thura dedit.ſubitã conuertor in iram.
Contemptuq; dolens: ne ſim ſpernenda futuris:
Exemplo caueo:meq; ipſam exhortor in ãbos.
Templa deum matri:quæ quondã clarus echion
Fecerat ex uoto nemoroſis abdita ſiluis
Tranſibant:& iter longum requieſcere ſuaſit.
Illic concubitus intempeſtiua cupido
Occupat hippomenẽ:& a numie concita noſtro.
Luminis exigui fuerat ꝑpe templa receſſus
Spelũcæ ſimilis natiuo pumice tectus.
Religione ſacer priſca:quo multa ſacerdos
Lignea contulerat ueteꝛ ſimulacra deorum.
Hũc init:& uetito temerat ſacraria probro
Sacra retorſerũt oculos:turritaq; mater
An ſtygia ſontes dubitauit mergeret unda.

Dederant.fecerant. Carcere.abuſiue ꝑ carceribus. Libat.leuiter tangit. Poſſe putes illos. Hyperbole poetica: qua ſumma hippomenis atalantæq; uelocitas declaratur.Sic Vergilius de camilla.Illa uel intactæ ſegetis per ſumma uolaret Gramina: nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter celeres nec tingeret æquore plantas.

Incumbere tempus. Incumbendi.eſt.n.græca figura. O quotiens.Hinc quoq; colligit uenus Atalantam hippomenis amore fuiſſe captam.

Aridus anhelitus. Siccus ac difficilis: id quod ſignificat hippomenem laſſum fuiſſe. Metaq; erat longe.Ad quam currentes peruenire debebant. Fœtibus arboreis.Periphraſis eſt pomorum. Aurumq;.Aureum pomum. Plauſu. eorum qui hippomeni fauebant. Ceſſata tempora.quibus ipſa a curſu inſtituto ceſſauerat. eſt autem participium contra grãmatices rationem audacter a poeta declinatum. Corrigit. reſarcit reparat. Curſu.uelocitate curſus. Remorata. retenta. tardata. Ades. auxilio ſis. Dea muneris auctor. Venus q̃ mihi hoc dediſti munus. Iecit iuueniliter.fortiter ut iuuenem decebat per quod innuit eum longe pomum iecisse.

Impediiq;.curſũ ſubaudiamus. Immemor. ingratus. Contemptuq; dolens. me eſſe contemptam ægre ferens. Spernenda.contemnẽda. In ambos.contra ambos. hippomenem & atalantam. Clarus echion. unus fuit ex cadmi ſociis echion. Concita. cõmota. ſtimulata. A numine noſtro.a noſtra potentia. Natiuo. naturali. Hunc init.ingreditur intrat. Temerat. uiolat. Probro.ſcelere.flagitio. Sacra.ſimulacra deorum. Turrita mater.turribus ornata. nam cybele eadem cũ tellure putatur eſſe. Sontes.nocentes hippomenem atq; atalantã. Mergeret ſtygia unda.hoc eſt ad inferos demitteret.

Modo leuia. Paulo ante mollia ac ſine ullis pilis. Iram uultus habet. facies leonum præ ſe fert iram. Trucem nãq; habent aſpectum. Cybeleia frena. nã matris deum currum a leonibus trahi fingunt poetæ. Damnoſa duobus. & mihi & tibi. Iunctis cygnis. currus nãq; ueneris ab oloribus trahi fingitur. Exciuere. excitauerunt. Iuuenis cinyreius. Adonis cinyræ filius.

Pando roſtro. recuruo. Et tuta petentẽ. Loca ſubintelligamus. Trux aper. terribilis. Abdidit. Abſcondidit. Moribundum. morientẽ.

Rupit. dilaniauit. lacerauit. Et non tamen. ordo eſt. & tamen omnia non erunt ueſtri iuris. Illa autem & copula affectui ſeruit. Luctus monumẽta. Signa. memoria. eſt autem apoſtrophe ad adonim. Annua ſimulamina. ſimulacra. nã ſingulis quibuſq; annis Adonia hoc ẽ ſacra i adonis honorẽ celebrabant: in quibus adonis plãgebat: ac luctus ueneris referebat. An tibi quõdã. Mynthe nympha fuit: quam plutonis pellicẽ fabulæ tradunt extitiſſe. Eam cum proſerpina dolo circũueniſſet: in hortenſem mẽtam fuiſſe trãſfiguratam. quam pleriq; hedyoſmon uocãt. Eſt & mons prope pilum cognomie minthes: iuxta quem plutonis quoq; eſt templum. Nobis erit inuidiæ. in nos inuidiam concitabit. Perlucida bulla. Tranſlucida: quæ ex aqua naſci ſolet ſtatimq; euaneſcere. Concolor. Eiuſdẽ cum ſanguine coloris. ẽ. n. purpureus. In Anemonen autem adonin fuiſſe conuerſum innuere uidetur: cuius flos: ut inquit Plynius: nunq; ſe aperit niſi uento ſpirante: unde & nomen accepit. Punica. quæ & mala granata dicuntur. Qui p̃ſtãt omnia uenti. ſecũdum phyſicam rationem hoc dictum eſt. Nam uenti rerum omnium generationis cauſa eſſe perhibentur.

Pœna leuis uiſa eſt. ergo modo leuia fuluæ
Colla iubæ uelant. digiti curuãtur in ungues.
Ex humeris armi fiunt. in pectora totum
Pondus abit. ſũmæ cauda uerruntur harenæ.
Irã uultus habet. ꝓ uerbis murmura reddunt.
Pro thalamis celebrant ſiluas: aliiſq; timendi
Dente premũt domito cybeleia fræna leones.
Hos tu care mihi cũq; his genus omne feraꝝ:
Quod nõ terga fugæ: ſed pugnæ pectora præbent.
Effuge. ne uirtus tua ſit dãnoſa duobus.
Illa quidem monuit: iunctiſq; per aera cygnis
Carpit iter. ſed ſtat monitis cõtraria uirtus.
Forte ſuem latebris ueſtigia certa ſecuti
Exciuere canes: ſiluiſq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis cinyreius ictu.
Protinus excuſſit pando uenabula roſtro
Sanguine tincta ſuo: trepidũq; & tuta petentẽ
Trux aper inſequitur: totoſq; ſub inguine dẽtes
Abdidit: & fulua moribundũ ſtrauit harena.
Vecta leui curru medias cytherea per auras
Cyprõ olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit lõge gemitũ morientis: & albas
Flexit aues illuc. utq; æthere uidit ab alto
Exanimẽ inq; ſuo iactãtem ſanguine corpus:
Deſiliit: pariterq; ſinum pariterq; capillos
Rupit: & indignis percuſſit pectora palmis.
Queſta qcũ fatis: & non tamen omnia ueſtri
Iuris erũt: dixit. luctus nonumenta manebũt
Sẽper adoni mei. repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.
At cruor i florem mutabitur. an tibi quondã
Fœmineos artus in olentes uertere mentas
Perſephone licuit: nobis cinyreius heros
Inuidiæ mutatus erit: ſic fata cruorem
Nectare odorato ſparſit: q tactus ab illo
Intumuit: ſicut fuluo perlucida cælo
Surgere bulla ſolet. nec plena longior hora
Facta mora eſt: cũ flos de ſãguie concolor ortus:
Qualem quæ lento celant ſub cortice granum
Punica ferre ſolẽt. breuis eſt tamen uſus in illo.
Nanq; male hærentem & nimia leuitate caducũ
Excutiunt iidem: qui præſtant omnia uenti.

P. Ouidii nasonis metamorphoseos liber. XI.



Armine dū tali siluas animosq; ferarum
Threicius uates: & saxa sequentia ducit:
Ecce nurus ciconū tectæ lymphata ferinis
Pectora uelleribus tumuli de uertice cernunt
Orphea percussis sociantem carmina neruis.
E quibus una leues iactato crine per auras
En ait, en hic est nostri cōtemptor. & hastam
Vatis apollinei uocalia misit in ora.
Quæ foliis præsuta notam sine uulnere fecit.
Alterius telum lapis est: qui missus in ipso
Aere concentu uictus uociscq; lyræq; est.
Ac ueluti supplex pro tam furialibus ausis
Ante pedes iacuit. sed enim temeraria crescūt
Bella: moduscq; abiit: insanaq; regnat erinnys:
Cunctaq; tela forent cantu mollita. sed ingens
Clamor: & inflato berecyntia tibia cornu:
Tympanaq; & plausus: & bacchei ululatus
Obstrepuere sono citharæ. tū denique saxa
Non exauditi rubuerūt sanguine uatis.
Ac primum attonitas etiam nūc uoce canentis
Innumeras uolucres anguesq; agmenq; ferarū
Mænades orphei titulū rapuere theatri.
Inde cruentatis uertūtur in orphea dextris:
Et coeunt: ut aues: si quādo luce uagantem
Noctis auem cernunt: structoq; utrinq; theatro
Vt matutina ceruus perituru harena
Præda canū est: uatēq; petūt: & frōde uirentes
Coniiciūt thyrsos non hæc in munera factos.
Hæ glebas, illæ direptos arbore ramos:
Pars torquēt silices. neu desint tela furori:
Forte boues presso subigebāt uomere terram:
Nec procul hinc multo fructū sudore parātes
Dura lacertosi fodiebant arua coloni:
Agmine qui uiso fugiūt: operisq; relinquūt
Arma sui. uacuosq; iacent dispersa per agros
Sarculaq; & rastri graues q; lōgiq; ligones:
Quæ postq̄ rapuere feræ: cornuq; minaces
Diuulsere boues: ad uatis fata recurrunt:
Tēdentemque manus: atq; illo tēpore primū
Irrita dicentē: nec quicq̄ uoce mouentem

Raphaelis Regii in undecimum Metamorphoseos Ouidii librum enarrationes.



Armine dum tali. Orpheus mulieres aspernatus: ut diximus: i se earum odium cōtraxit: quare cū Bacchi sacra celebrarēt: ipsum in ferarum cœtu canentem aspexerūt: ac impetu facto dilacerarūt: caputq; ac lyrā in Hebrum fluuium coniecerūt. Quæ ad insulam lesbon usq; delata cum essent: serpens Orphei caput dilaniaturus ab Apolline in saxum fuit conuersus. Animosq; ferarum. Sensus. neq;. n. feræ animos habere dicuntur: nisi poeta ad ueritatem potius alludat: ut intelligamus ferox hominum animos ab Orpheo fuisse excultos. id quod Horatius aperte his uersibus scribit. Syluestres homines sacer interpresq; deorum. Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus. Dictus ob hoc lenire tigres rapidosq; leones.

Ecce nurus ciconum. Repētinus baccharum impetus illa particula ecce significatur. cicones autem populi sunt thraciæ ad Hebrum habitātes. Tumuli de uertice. de montis summitate.

Lymphata pectora. furentia. Ferinis uelleribus. Ferarum pellibus. Vocalia ora. optimam uocem emittentia. Præsuta. præfixa tecta. Nā hastæ baccharum quæ thyrsi dicuntur pampinis hederaq; cooperiebantur. Ac ueluti supplex. Tāq̄ ueniam petiturus. Ante pedes. Orphei. Concentu. harmonia. Est autē pulchra poetæ phantasia: qua significatur: quanta uis sit musici cantus. Berecyntia tibia. qua in sacris cybeles primum usi fuere. Berecyntus aūt phrygiæ mons est & ciuitas matri deum dicata. Titulum. gloriam. Orphei theatri. adiectiuum est orphei. Alii triumphi legunt: intelliguntq; agmen illud ferarum a bacchis raptum in titulū & gloriam triumphi de Orpheo acti. Et coeūt. Congregātur. conueniūt. Noctis auē. noctuā.

Structo utrinq; theatro. Spectaculo. est autē amphiteatri periphrasis. Hæc in munera. ad hos usus. Torquent. iaciunt. Subigebāt. arabant. Agmine. Baccharum furentium. Arma. instrumenta: Diuulsere. dilacerauere. Feræ. crudeles.

Proh iupiter.exclamatio poetæ doloris ac cõ miſerationis plena. Exhalata.emiſſa. In uẽ/tos.eoꝝ ſequitur opinionẽ qui aiam uentũ eſſe putant. Te mœſtæ.apoſtrophe ad orpheũ q̃ri moniæ ac cõmiſeratiõis plena. Obſcura carba ſa.pullas ac nigras ueſtes. Flumẽ populare.fluuiũ patrium.Hebrus.n.thraciæ fluuius é. Methymnææ leſbi.methymna urbs eſt leſbi optio uino inſignis dicta a methymne macaris filia ac lepydni uxore.unde methymnæus deriuatur.leſbos aũt inſula eſt clariſſima:quam nunc mitylenen a nomine urbis uocãt. Ferus anguis.crudelis:qui illius uatis caput uiolare ſuſtineret: cuius cantu ſerpentes quoq; ſæpius delectati eſſent.

Hymniferos uultus. qui hymnos in deorũ fe reſingulos cõpoſuerant. Vmbra ſubit terras. umbra Orphei inferos petit. eorũ aũt opinionẽ ſecutus uidetur poeta:qui hominẽ ex tribus conſtaŕ aiũt:corpoŕ. anima.& umbra: quoꝝ corpus terræ.anima cælo. umbra inferis redditur. Nõ impune tamen. Thraciæ mulieres quæ Orphei cædi interfuerunt: oẽs a Baccho cædem orphei ægre ferente in uarias arbores fuere conuerſæ.

Vate ſuorũ ſacrorum.nã Orpheus in bacchũ pulcherrimos ſcripſerat hymnos. Matres ædonidas.mulieres thracias. Aedones nanq; populi ſunt thraciæ. Plangitur.percutitur a ſe ipſa.

Ac trepidans.quanto nãq; magis trepidat tãto magis uinculo aſtringũtur. Externata.Cõſternata.perterrefacta. Lenta.flexibilis. Coercet.continet. Exultãtẽ.exultare uolentem.

Dũq; ubi ſunt digiti.ordo eſt.Dum petit & q̃rit:ubi ſunt digiti. Succedere.ſuccreſcere. Mœrẽti dextra. Hypallage eſt: ipſa nãq; mœrens intelligitur. Et non fallare putando. Non decipiare ſi putes. Re.n.uera rami erant. Nec ſatis hoc baccho eſt.midas rex phrygiæ cum ſilenum a ruſticis captum ſibiq; traditum baccho reddidiſſet:iuſſus eſt a deo ut quicquid uellet peteret. Ille petiit ut quicquid corpore ſuo tangeret:auꝝ fieret. Id illi conceſſit Bacchus: q̃uis inutile ipſi futuꝝ uidebat. Cum uero panis quoq; ac uinũ i aurũ uerterentur:fameq; perire cœpiſſet: tãdem cognouit ſtolidus ſe damnoſa petiiſſe: bacchum itaq; rogauit:ut & peccato ueniã daret & munus datum irritum faceret. Bacchus aũt illi mandauit:ut ad fontẽ pactoli pgeret: ſeq; totũ in eo lauaret. quod cum feciſſet: uis illa aurũ efficiendi quicquid tangeret in fluuium tranſiuit.unde ẽt harenas aureas efficere memoraŕ. Ipſos agros. thraciæ. Cũq; choro meliore. Quam fuerant thraciæ illæ mulieres: quæ Orpheũ trucidarũt.

Sui timoli.a ſe amati. Eſt enĩ timolus qui & tmolus dicitur mons lydiæ optimi uini fertilis.

Pactolonq;.Pactolus fluuius eſt lydiæ aureis harenis notiſſimus. Cum cæcropio eumolpo. Eumolpus uates fuit Athenienſis Bacchi ſacerdos. Genialiter.uoluptuoſe ac læte.

Sacrilegæ pimunt: perque(proh iupiter) illud
Auditum ſaxis:intellectumque feraꝝ
Senſibus in uentos anima exhalata receſſit.
Te mœſtæ uolucres orpheu.te turba feraꝝ.
Te rigidi ſilices.tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleuerunt ſyluæ.poſitis te frondibus arbos
Tõſa comas luxit.lachrymis quoque flumina dicũt
Increuiſſe ſuis:obſcuraque carbaſa pullo
Naiades & dryades: paſſoſque habuere capillos.
Mẽbra iacẽt diuerſa locis.caput hebre lyramque
Excipis:& miꝝ:medio dum labitur amne:
Flebile neſcio quid queritur lyra.flebile lingua
Murmurat exanimis.reſpõdent flebile ripæ.
Iãque mare inuectæ flumen populare relinquũt.
Et methymnææ potiũtur littore leſbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis harenis
Obſtitit:& ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit:& hymniferos inhiat diuellere uultus.
Tandẽ phœbus adeſt:morſuſq; inferre parãtem
Arcet:& in lapidem rictus ſerpentis apertos
Cõgelat:& patulos:ut erant:indurat hiatus.
Vmbra ſubit terras:& quæ loca uiderat ante:
Cũcta recognoſcit:quærenſq; per arua pioꝝ
Inuenit eurydicen:cupidiſq; amplectitur ulnis.
Hic modo cõiunctis ſpaciantur paſſibus ambo.
Nunc præcedentem ſeqtur.nunc præuius anteit:
Eurydicenq; ſuam iam tuto reſpicit orpheus.
Non impune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe lyæus:
Amiſſoq; dolens ſacroꝝ uate ſuoꝝ
Protinus in ſiluis matres ædonidas omnes:
Quæ uidere nefas torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos in quãtũ eſt quæq; ſecuta
Traxit:& in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq; ſuum laqueis:quos callidus abdidit auceps:
Crus ubi commiſit uolucris:ſenſitq; teneri
Plangitur:ac trepidans aſtringit uincula motu:
Sic quæcumq; ſolo defixa cohæſerat haꝝ
Externata fugam fruſtra temptabat.at illam
Lenta tenet radix:exultantemq; coercet.
Dumq; ubi ſunt digiti.dũ pes.dũ petit:& ũgues:
Aſpicit in teretes lignũ ſuccedere ſuras.
Et conata femur mœrenti plangere dextra:
Robora percuſſit.pectus quoq; robora fiunt.
Robora ſunt humeri.lõgos quoq; brachia uera
Eſſe putes ramos:& non fallare putando.
Nec ſatis hoc baccho ẽ:ipſos quoq; deſerit agros:

Cumq; choro meliore sui uineta timoli.
Pactolonq; petit.quamuis non aureus illo
Tempore:nec caris erat inuidiosus harenis.
Hunc assueta cohors satyri bacchæq; frequentant.
At silenus abest.titubantem annisq; meroq;
Ruricolæ cepere phryges:uinctumq; coronis
Ad regem duxere midam:cui thracius orpheus
Orgia tradiderat cum cæcropio eumolpo:
Qui simul agnouit socium comitemq; sacroq;:
Hospitis aduentu festum genialiter egit
Per bis quinq; dies:& iunctas ordine noctes.
Et iam stellarum sublime coegerat agmen
Lucifer undecimus:lydos cum lætus in agros
Rex uenit:& iuueni silenum reddit alūno.
Huic deus optanti gratum:sed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Ille male usurus donis ait.effice quicquid
Corpore contigero fuluum uertatur in aurum.
Annuit optatis: nocituraq; munera soluit
Liber:& indoluit quod non meliora petisset.
Lætus abit:gaudetq; malo berecyntius heros.
Pollicitiq; fidem tangendo singula temptat.
Vixque sibi credens:non alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam:uirga aurea facta est.
Tollit humo saxum:saxum quoq; palluit auro.
Contigit & glebam:contactu gleba potenti
Massa fit.arentes cereris decerpsit aristas:
Aurea messis erat.demptum tenet arbore pomū:
Hesperides donasse putes.si postibus altis
Admouit digitos:postes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:
Vnda fluens palmis danaen eludere possit.
Vix spes ipse suas animo capit aurea fingens
Omnia.gaudenti mensas posuere ministri.
Extructas dapibus:nec tostæ frugis egentes.
Tum uero siue ille sua cerealia dextra
Munera contigerat:cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua dapes admoto dente premebat.
Miscuerat puris auctorem muneris undis:
Fusile per rictus aurum fluitare uideres.
Attonitus nouitate mali diuesq; miserque
Effugere optat opes:& quæ mō uouerat odit.
Copia nulla famem releuat.sitis arida guttur
Vrit:& inuiso meritus torquetur ab auro.
Ad cælumq; manus & splendida brachia tollens

Iuueni alumno.Baccho. Altore.silenō nutritore. Soluit.persoluit.ptæstitit. Berecyntius heros.Midas phrygius:a berecynto phrygiæ oppido. Non alta.sed humili.Illud.n.aduerbium non hoc loco ad uerbum detraxit referri non potest. Sed uirgam ex non alta fronde decerptam fuisse ait. Cereris.frumenti per metonymian.

Hesperides donasse putes.Scite.nam Hesperides hortos habuisse dicuntur aurea poma ferentes. Danaen eludere possit.Elegāter.Iupiter.n.ī guttas conuersus aureas in sinum danaes descendit. Tostæ frugis. periphrasis est panis. Cerealia dona.panes. Rigebāt.duri fiebant. quippe qui in aurum conuertebantur. Premebat. tegebat. Auctorem muneris. Bacchum p metonymian pro uino. Fusile. liquidū ac fusum & liquefactum. Diuesq;.quia auro abūdabat.

Miserq;. quia auro frui non poterat. Modo uouerat.uoto paulo ante concupiuerat. Torquetur. Cruciatur.

Lenæe pater.bacche. Specioſo dãno.qđ pulchrũ & bonũ uideť: cũ alioqui dãnũ ſit malũ.
Mite deũ. Mitiſſimũ. Poſitiuũ pro ſuperlatiuo ẽ poſitũ. Facti fide. ob fidem quã præ ſe tulerat Silenum reſtituẽdo. Data munera ſoluit. Reſoluit & irrita fecit. Circumlitus. infectus
Male optato. Stulte ac pnicioſe petito. Magnis ſardibus. Sardis urbs eſt lydie crœſi regia.
Ceſſit. tranſiuit. Ille peroſus opes. Midas facultate auri efficiundi quicquid tangeret liberatus opeſq; poſus i ſiluis habitabat panaq; paſtoq; deũ colebat Qui cum phiſtula inuenta ſibi multum nymphis placere uideret: auſus eſt apollinẽ ĩ certamen prouocare Tmolo mõtis deo iudice conſtituto. Cũ uero ſnia pro apolline lata omnibus placeret ſolus midas naturali ſtultitia ductus eã ut iniuſtã improbauit. Quare Apollo indignatus aures illius in Aſininas conuertit. quibus ipſius ſtoliditas indicaretur. Longiores nãq; aures ex phyſicorũ ſnia uecordiã præ ſe ferunt. cæterum midas aures aſininas thiaris purpureis occultauit: tonſoriq; mandauit ne uerbum cuiq; de illis faceret. Tonſor uero cum reticere nõ poſſet: in locum deſertum ſeceſſit: ibiq; foueæ factæ murmurauit Midã aures aſininas habere: deinde foueam terra impleuit. Arũdines autem eo in loco natæ uentoq; agitatæ eadem uerba hoc eſt: Midas rex aſininas aures habet: referebant.
Peroſus opes. odio habens opes: quibus pene fame fuerat confectus. Pingue. tardum. Vt ante. quando optauit ut quicquid contingeret aurum fieret. Nam freta proſpiciens. Tmoli mõtis: qui & Timolus aliquando dicitur: deſcriptio. Paruis hypæpis. Hypæpa urbs eſt lydiæ ut iam diximus. Cærata. Cæra iũcta. Iudice ſub tmolo. Tmolus & mons & deus montis ipſius dicitur. Nam montes ut flumina deos ſuos habere dicuntur. Et aures liberat arboribus. Ab auribus arbores remouet. Deliniit. Blanditus eſt. Sacer. Apollo. Reſoluit ora. Aperuit ora & canere cœpit. Tmolus ad os phœbi. Se cõuertit ſubaudiendũ. Ille caput flauum uinctus. Flauum caput habens coronatum.
Parnaſide. Parnaſia: qua parnaſus abundat. Apollinis autẽ citharœdi habitũ deſcribit. Saturata. infecta bis tincta. Tyrio murice. Tyria purpura. Diſtinctãq;: ornatã. Dentibus ĩdis ebore. Stamĩa. chorda. Sollicitat. tãgit ꝓcutit.
Cãnas. Tibiam ex cãnis cõfectam. Arguitur Reprehẽdit. Sed trahit in ſpatiũ. Protrahit ꝓducit ac lõgas efficit. Inſtabiles. mobiles. Et dat poſſe moueri. Cõcedit facultatẽ ſeipſas mouẽdi.

Da ueniam lenæe pater. peccauimus inquit.
Sed miſerere precor: ſpecioſoq; eripe damno.
Mite deũ numen bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit: factiq; fide data munera ſoluit.
Ne ue male optato maneat circũlitus auro:
Vade ait ad magnis uicinum ſardibus amnem:
Perq; iugum ripæ labentibus obuius undis
Carpe uiam: donec uenias ad fluminis ortus.
Spumigeroque tuũ fonti: qua plurimus exit:
Subde caput: corpuſque ſimul. ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ. uis aurea tinxit
Flumen: & humano de corpore ceſſit in amnem.
Nunc quoque iam ueteris percepto ſemĩe uenæ
Arua rigẽt auro madidis pallentia glebis.
Ille peroſus opes ſiluas & rura colebat:
Panaque montanis habitantem ſemp in antris.
Pingue ſed ingeniũ manſit: nocituraq; ut ante
Rurſus erant domino ſtulte præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus ĩ aſcenſu: cliuoq; extenſus utroque
Sardibus hinc. illinc paruis finitur hypæpis.
Pan ibi dũ teneris iactat ſua carmina nymphis:
Et leue cærata modulatur harũdine carmen:
Auſus apollineos præ ſe contemnere cantus:
Iudice ſub tmolo certamen uenit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit: & aures
Liberat arboribus. quercu coma cærula tantum
Cingitur: & pendẽt circũ caua tempora glandes.
Iſq; deum pecoris ſpectãs: in iudice dixit
Nulla mora eſt. calamis agreſtibus inſonat ille.
Barbaricoq; midan (aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit. poſt hunc ſacer ora reſoluit.
Tmolus ad os phœbi. uultũ ſua ſilua ſecuta eſt.
Ille caput flauũ lauro parnaſide uinctus:
Verrit humũ tyrio ſaturata murice palla.
Diſtictamq; lyram gẽmis & dentibus indis
Suſtinet a leua. tenuit manus altera plectrũ.
Artificis ſtatus ipſe fuit. cum ſtamina docto
Pollice ſollicitat: quoq; dulcedine captus
Pana iubet tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium ſanctiq; placet ſententia montis
Omibus. arguitur tamen: atq; iniuſta uocatur
Vnius ſermone midæ. nec delius aures
Humanã ſtolidas patitur retinere figuram.
Sed trahit i ſpatium: uilliſq; albentibus implet.
Inſtabileſq; illas facit: & dat poſſe moueri.

Lente gradientis. Tarde euntis. Purpureis Tiaris, Tiara qui & Tiaras dicitur tegmen est capitis regũ orientis. Velare. Celare. occultare. Efferre sub auras. Vulgare. Secedit. In locum secretum uadit. Voce parua. murmure. Haustæ. Effossæ. Regesta. reiecta. Scrobibus opertis. Repleta fouea. Prodidit agricolã. Indicauit eum: qui illam effoderat terram. Obruta uerba. Quæ talia fuerunt. Midas rex asini aures hẽt. Dominiq; coarguit aures. hoc ẽ. Midæ regis aures conuincit esse asininas. Vltus abit Tmolo. Apollo atq; Neptunus cum Laomedontem mœnia troiæ ædificantem uidissent: in humanam figuram conuersi pacto aurõ se cito opus illud absoluturos receperunt. Mœnibus uero perfectis: cum promissum aurum reposcerent a Laomedonte: illo fraudati: qui iureiurando se nihil promisisse affirmauit: tantam perfidiam inultam esse non permiserunt. Neptunus enim & diluuiũ immisit: quo totus ager troianus est deuastatus: & Hesionem filiam monstro marino exponere Laomedontẽ coegit. Quã quidem cum Hercules illac cũ Argonautis transiens liberasset ac promissis equis a perfido rege fraudaretur: & troiam expugnauit: & Hesiõem captam Telamoni socio donauit. Nepheleidos Helles. Nepheles filiæ. Helle nanq; Athamantis & Nepheles filia fuit ac soror phryxi: a qua i mari submersa Hellespontus fuit cognominatus.

Latoius. Apollo latonæ filius. Dextera sigæi. Sigæũ & rhetæũ ꝓmõtoria sũt troiæ notissima.

Ara panopæo tonãti. Sic qdẽ i exẽplaribꝫ legit: sed corrupte sic legi facile Homeri carmine coarguit. Nam in octauo Iliados libro sic scribit de hac eadem ara. ενθα πανομφαιω ϊηνι ρεεσκον αχαιοι. hoc est. ubi Panomphæo Ioui sacra faciebant Achiui. Quare hic quoq; Panomphæo legendum esse uel refragantibus exemplaribꝫ audacter contenderim. Panomphæus autem iupiter dictus ẽ: ut exponit Eustathius: uel qđ oium uoces audiat: uel quod omnium uoce colatur. Nam παν omne ομφη uox dicitur. Suscepta magna. Incœpta grandia. Stabat opus. erectũ erat. Inficiatur. negat. Nam inficiari & inficiasire negare est. Monstro æquoreo. ceto. Vindicat. liberat. Dictos. pactos promissos ex solis equoꝫ semine progenitos. Bis periura mœnia. Nam primum Apollini atq; Neptuno pro ædificatis muris. Deinde Herculi pro liberata Hesiõa pacta præmia denegarat. Nec pars militiæ Telamon: Telamon Aeaci filius ex Hesiona Laomedontis filia Teucrum suscepit. Nam coniuge Peleus. Clarus erat diua. Peleus Aeaci filius ac Telamonis frater neposq; iouis solus ex hominibus deam uxorem ducere meruit. Cum enim Protheus Thetidi prædixisset: ipsam esse parituram filium patre maiorem: Iuppiter quãuis eius amore captus: illo quidem abstinuit cõiugio. Nepoti autem peleo mandauit: ut illã duceret uxorem. Quare peleus thetida in spelunca quiescentem frustra est amplexus. Nam dea cum & i uolucrem & in arborem conuersa a peleo non dimitteretur: in tigridem se transfigurauit cuius sæuicia territus Peleus eam dimisit. Admonitus autem a protheo: ut eam dormientem & uinclis ligaret: & quãuis in mille uarias figuras conuerteretur: detineret: donec i pristinam rediisset formam: illa tandem est potitus: ex qua Achillem suscepit. Nec aui. Iouis.

Cætera sunt hominis, partem dãnatur in unam,
Induiturq; aures lente gradientis aselli.
Ille quidem celare cupit: turpiq; pudore
Tempora purpureis temptat uelare tiaris.
Sed solitus longos ferro resecare capillos
Viderat hoc famulus: qui nec cum prodere uisum
Dedecus auderet: cupiens efferre sub auras:
Nec posset reticere tamen: fecedit: humumq;
Effodit. domini quales aspexerit aures:
Voce refert pua: terræq; imm urmurat haustæ:
Indiciumque suæ uocis tellure regesta
Obruit: & scrobibus tacitus discedit opertis:
Creber harundinibus tremulis ibi surgere lucus
Cœpit: & ut primum pleno maturuit anno
Prodidit agricolam. leni nam motus ab austro
Obruta uerba refert: dominique coarguit aures:
Vltus abit tmolo: liquidumque per aera uectus
Angustũ citra pontum nepheleidos helles
Laomedonteis latoius astitit aruis.
Dextera sygæi. rhœtæi leua profundi
Ara panomphæo uetus est sacrata tonanti.
Inde nouæ primum moliri mœnia troiæ
Laomedonta uidet: susceptaq; magna labore
Crescere difficili: nec opes exposcere paruas.
Cumq; tridentigero tumidi genitore ꝓfundi
Mortalem induitur formam. phrygiæq; tyrãno
Aedificant muros pacto ꝓ mœnibus auro.
Stabat opus. precium rex inficiatur: & addit
Perfidiæ cumulum falsis periuria uerbis.
Non impune feres rector maris inqt: & omnes
Inclinauit aquas ad auara littora troiæ.
Inq; freti formam terras conuertit: opesq;
Abstulit agricolis: & fluctibus obruit agros.
Pœna neque hæc satis est. regis quoq; filia monstro
Poscitur æquoreo: quam dura ad saxa reuictã
Vindicat alcides: promissaq; mũera dictos
Poscit equos: tantiq; operis mercede negata
Bis periura capit superatæ mœnia troiæ.
Nec pars militiæ tela mon sine honore recessit.
Hesioneq; data potitur. nam coniuge peleus.
Clarus erat diua. nec aui magis ille superbit

Quam ſoceri.Nerei. Nam Thetis Nerei filia fuit. Vdæ.humidæ.Nympha enim fuit marina.

Aeaciden.peleum Aeaci filium iouis ex Aegina nepotem. Eſt ſinus Aemoniæ.Topographia eſt.Deſcribit enim ſpecum:in quo Thetis feſſa requieſcere ſolebat. Aemoniæ.Theſſaliæ. Falcatus.In ſimilitudinem falcis figuratus.ē autem nomen ſimile ꝓticipio a falce declinatum. Brachia procurrunt.promontoria quæ brachia uidentur: in mare protenduntur. Remoretur. Retardet. Pendeat.ſuſpenſum ſit. Obſita. conſita.p̄poſitio nāq; ꝓ præpoſitione poſita eſt.

Auſo.Re tēptata:& concubitu appetito. Carpathius uates.Proteus qui in Carpathio habitat mari a Carpatho inſula dicto. Thalamis petitis. Nuptiis optatis. Innecte.Connecte colliga.

Centum mentita figuras.mutata in centū falſas figuras.Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus.Sed preme.comprime ac retine.

Dum quod fuit ante reformet.Hoc eſt.Dum in priſtinam redeat formam. Suos fluctus. Marinas undas. Inclinato temone.inclinato curru.Partem enim pro toto poſuit.Currus autem ſolis cum tendit ad occaſum deſcendere uidetur

Hemiſperium fretum.Athlanticum mare.in quod ſol condi uidetur. Sine numine.Sine auxilio numinis alicuius & dei. Exhibita eſtq; thetis.i.in figuram Thetidis eſt reuerſa.

Noīe q̄ ſoceri.ſiquidem iouis eſſe nepotem
Contigit haud uni.coniūx dea contigit uni.
Nanq; ſenex thetidi ꝓteus prædixerat udæ:
Cōcipe:mater eris iuuenis:qui fortibus armis
Acta patris uincet:maiorq; uocabitur illo.
Ergo ne quicq̄ mundus ioue maius haberet:
Q uāuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes
Iupiter:æquoreæ thetidis connubia uitat.
Inq; ſua æacidem ſuccedere uota nepotem
Iuſſit:& amplexus in uirginis ire marinæ.
Eſt ſinus æmoniæ curuos falcatus in arcus.
Brachia procurrūt.ubi ſi foret altior unda:
Portus erat.ſūmis inductum eſt æquor harenis.
Littus habet ſolidum:quod nec ueſtigia ſeruet:
Nec remoretur iter:nec opertum pendeat alga.
Myrthea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita baccis.
Eſt ſpecus in medio:natura factus an arte
Ambiguū.magis arte tamen:quo ſæpe uenire
Frænato delphine ſedens theti nuda ſolebas.
Illic te peleus:ut ſōno uicta iacebas:
Occupat:& quoniam precibus tēptata repugnas:
Vim parat innectens ambobus colla lacertis.
Q uod niſi ueniſſes uariatis ſæpe figuris
Ad ſolitas artes:auſo foret ille potitus.
Sed mō tu uolucris:uolucrem tamen ille tenebat.
Nunc grauis arbor eras:hærebat in arbore peleus.
Tertia forma fuit maculoſæ tigridis.illa
Territus æacides a corpore brachia ſoluit.
Iſq; deos pelagi uino ſuper æquora fuſo
Et pecoris fibris:& fumo thuris adorat:
Donec carpathius medio de gurgite uates
Aeacide dixit.thalamis potiere petitis.
Tu mō: cum gelido ſopita quieſcit in antro:
Ignaram laqueis uincloq; innecte tenaci:
Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quicquid erit:dū qđ fuit ante reformet.
Dixerat hæc ꝓteus:& cōdidit æquore uultum:
Admiſitq; ſuos in uerba nouiſſima fluctus.
Pronus erat titan:inclinatoq; tenebat
Heſperium temone fretum:cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu.
Vix bene uirgineos peleus inuaſerat artus:
Illa nouat formas:donec ſua membra teneri
Senſit:& in partes diuerſas brachia tendit.
Tunc demum ingemuit.neq; ait ſine numine uicis:
Exhibita eſtq; thetis.confeſſam amplectit' heros:

Et potitur uotis:ingentiq; implet achille.
Felix & nato.felix & coniuge peleus.
Et cui si demas iugulati crimina phoci:
Omnia contigerant.fraterno sanguine sontem
Expulsumq; domo patria trachinia tellus
Accipit.hic regnum sine ui.sine cæde regebat
Lucifero genitore satus:patriumq; nitorem
Ore ferens cæyx:illo qui tempore mœstus
Dissimilisq; sui fratrem lugebat ademptum.
Quo postq̃ æacides fessus curaq; uiaq;
Venit:& intrauit paucis comitantibus urbem:
Quoscq; greges pecorũ: quæ secũ armẽta trahebat
Haud ꝓcul a muris sub opaca ualle reliquit:
Copia cum facta est adeundi tecta tyranni:
Velamenta manu prætendẽs supplice:quis sit:
Quoq; satus memorat. tantum sua crimina celat:
Mentiturq; fugæ causam.petit urbe uel agro
Se iuuet.hunc contra placido trachinius ore
Talibus alloquitur.mediæ quoq; cõmoda plebi
Nostra patent peleu.nec inhospita regna tenemus.
Adiicis huic animo monumenta potẽtia.claꝝ
Nomen:auũq; iouem.nec tẽpora perde precãdo.
Quod petis omne feres:tuaq; hæc ꝓ parte uocata:
Qualiacũq; uides.utinam meliora uideres:
Et flebat.moueat tãtos quæ causa dolores:
Et peleus comitesq; rogant:quibus ille ꝓfatur.
Forsitan hanc uolucrem:rapto quæ uiuit:& omnes
Terret aues.semper pẽnas habuisse putetis.
Vir fuit:& tanta est animi constantia:quantum
Acer erat:belloq; ferox ad uimq; paratus:
Nomine dædalion:illo genitore creatus:
Qui uocat auroram:cæloq; nouissimus exit.
Culta mihi pax est. pacis mihi cura tenẽdæ
Cõiugiique fuit.fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes regesque subegit:
Quæ nunc thysbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic chione:quæ dotatissima forma
Mille procis placuit bis septem nubilis annis.
Forte reuertentes phœbus maiaq; creatus:
Ille suis delphis.hic uertice cyllenæo
Videre hãc pariter pariter.traxere calorem
Spem ueneris differt in tempora noctis apollo.
Non fert ille moras:uirgaq; mouente soporem
Virginis os tangit.tactu iacet illa potenti.
Vimq; dei patitur.nox cælum sparserat astris
Phœbus ãnum simulat:præreptaq; gaudia sumit.

Ingẽti Achille. Semine ex quo magnus Achilles ẽ natus. Iugulati phoci. Phocus Aeaci filius ex psamathe nympha a peleo fuit interfectus. Quare peleus a pr̃ei exilium eiectus ad Cæycem Trachiniæ regem infœlici Dædalionis fratris casu,lugẽtem cõfugit. Nã Dædalioni luciferi filius chionen filiã habuit quæ cum iam ex mercurio Autolycũ:ex Apolline Philemonem genuisset:Diana se formosiorem esse iactauit. Quare dea irata sagittis eã cõfecit, cuius morte Dædalion tãtum concepit doloꝛẽ ut ex parnasi uertice se in mare præcipitarit,sed Apollo non imemor uoluptatis:quam de illius filia conceperat:eum in accipitrem antequam in mare caderet: cõmutauit.

Oia cõtigerãt. Ad felicitatẽ faciẽtia itelligamus.

Trachinia tellus. Trachin quæ & Trachis dicitur urbs est Thessaliæ sub oeta monte ab Hercule ædificata απο της τραχυτητος. hoc est ab asperitate dicta: Vnde Trachinius deriuatur. Lucifero gẽitore satus cæyx. Cæyx Phosphori hoc est luciferi fuit filius halcymesq; maritus. Dissimilis sui. Nam præse quandam hylaritatem antea ferre cõsueuerat. Fratrem ademptum. Dædalionem in accipitrem cõmutatum. Velamẽta. Ramum oliuæ dicit:qui ab externis qui pacẽ afferebant gestabatur. Vnde Vergilius in octauo æneidos. Tum pater Aeneas puppi sic faꝛ ab alta. Paciferaq; manu ramũ ꝓtẽdit oliuæ. Sua crimina. Phoci fratris cædẽ. Mentiturq; fugæ cãm. Falsam fugæ causam refert. Mediæ plebi. Infimæ. Huic animo. Nostro animo ꝓ se benigno ac liberali. Omne feres. habebis. accipies. Peleusq; comitesq; rogãt. Sic qdem corrupte legiẽ. Neq; enim ratio carminis patitur ut que copula breuis producatur. Qua re illa q; erasa hanc copulam & in uersus principio putaui reponendã.

Quæ rapto uiuit. Rapina. Qui uocat auroram. Luciferi periphrasis. Nam lucifer & primus syderum incipit & ultimus lucere desinit.

Tenendæ. Conseruandæ Thisbeas columbas Thisbe urbs est Boetiæ a Thisbe Asopi filia cognominata columbis abundans. Nata erat huic Chione. Ab eximio candore forsitã sic fuit appellata. Nam chione nix interpretatur. Maiaq; creatus. Mercurius. Pariter traxere calorem. Vna ambo cœperunt amare. Mouente soporem. inducẽte somnum. Prærepta gaudia. Ante a mercurio: rapta.

Alipedis dei. Mercurii talaria alata gestantis. Quod idcirco fingit: qa mercurius uelocissimus ē omniū planetaꝝ. Versuta. Astuta. Callida: q̄ nigrum in candida uertere sciat. Candida de nigris. Hoc de astutis uersutisq; dici solet. Carmine uocali. Cantu sonoro ac suaui. Progenitore tonante. Auo ioue qui luciferi pater est. Curuauit cornu. Flexit arcum ex cornu confectum. est enim Metonymia. Arundine. Sagitta ex arūdine & calamo facta. Verba tēptata. Quæ Chione emittere conata est. Sequunt. Linguā subaudiamus. Quam miser ego tunc. Fui subaudiatur. Cum quadam exclamatione autem hæc efferūtur. Ac si diceret. O quātum miser ego tūc fui. O pietas. exclamatio affectui seruiens. De lamentatur. Valde lamentatur. ut Deamare valde amare dicimus. Spicula crabronum. Crabro uolatile est ut uespa maxime iuuencos infestans.

Alasq; pedes. lā enim in accipitrē uerti cœptus erat. Cupidine leti. Cupiditate mortis. Vertice Parnasi potitur. In uerticem ac summitatem Parnasi ascendit. Ab alto saxo. Mōte. Subitis alis. Subito natis. Ora adunca. Rostrum aduncum. Maiores corpore uires. Maiores q̄ ut illi corpori conueniant. Nulli satis æquus. Rapto enim uiuit accipiter. Sexdecim autem accipitrū genera eē scribit Plynius: quæ siquis nosse cupit: inde petat. Illud sciēdum apud priscos accipitres mansuescere nō consuesse: id quod facile cum ex aliis que de accipitribus scribuntur: tum ex his Plynii uerbis colligi potest. In Thraciæ parte sup Amphipolim homines atq; accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex syluis et arundinetis excitant aues. Illi superuolantes deprimunt. Rursus captas aucupes diuidunt cum his. Traditum est missas i sublime ibi excipere eos: & cum tempus sit capturæ clangore ac uolatus genere i uitare ad occasionem. Deniq; Plynius de māsuetis accipitribus ne unum quidem uerbum facit nequaquā taciturus si tempore suo in usu fuissent. De consorte suo. Fratre suo Dædalione.

Lupi autem qui Peleī armēta lacerarat: metamorphosin subtexit poeta. Cursu festinus anhelo. Hypallage est. Festino siquidem cursu illū anhelantē uenisse intelligimus. Phocæus Anetor. a Phocide regione. Phocæus Phocaicusq; declinantur. Pendet. sollicitus est. Tantū respiceret. Periphrasis est meridiei. Campos lataꝝ aquarum. æquor.

Vt sua maturus cōpleuit tempora uenter:
Alipedis de stripe dei uersuta propago
Nascitur autolycus furtum ingeniosus ad omne:
Q ui facere assuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris: & de candentibus atra.
Nascitur e phœbo (nanq; ē enixa gemellos)
Carmine uocali clarus citharaq; philemon.
Q uid peperisse duos: & diis placuisse duobus:
Et forti genitore & progenitore tonante
Esse satam ꝓdest: an obest quoq; gloria multis:
Obfuit huic certe: quæ se præferre dianæ
Sustinuit: faciemq; deæ culpauit: at illi
Ira ferox mota est: factisq; placebimus inquit.
Nec mora, curuauit cornu: neruoq; sagittā
Impulit: & meritā traiecit arūdine linguā.
Lingua iacet: nec uox tēptataq; uerba sequūt̄:
Conantēq; loqui cum sanguine uita reliquit.
Q uā miser (o pietas) ego tunc: patrioq; dolorē.
Corde tuli: fratrique pio solatia dixi.
Q uæ pater haud aliter q̄ cautes murmura pōti
Accipit: & natam delamentatur ademptam.
Vt uero ardentem uidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos. quater inde repulsus
Cōcita membra fugæ mandat: similisque iuuēco
Spicula crabronum pressa ceruice gerenti.
Q ua uia nulla ruit. iam tum mihi currere uisus
Plus homine est: alasque pedes sūpsisse putares.
Effugit ergo omnes: ueloxque cupidine leti
Vertice parnasi potitur. miseratus apollo:
Cum se dædalion saxo misisset ab alto:
Fecit auem: & subitis pendentē sustulit alis.
Oraq; adūca dedit. curuos dedit unguibus hāmos
Virtutem antiquam. maiores corpore uires.
Et nunc accipiter nulli satis æquus in omnes
Sæuit aues: aliisq; dolens fit causa dolendi.
Q uæ dum lucifero genitus miracula narrat
De consorte suo: cursu festinus anhelo
Aduolat armenti custos phocæus anetor.
Et peleu peleu magnæ tibi nuncius adsum
Cladis ait. quodcunque ferat iubet edere peleus.
Pendet & ipse metu trepidi trachinius oris.
Ille refert. fessos ad littora curua iuuencos
Appuleram: medio cum sol altissimus orbe
Tantum respiceret: quantum supersse uideret:
Parsq; boum fuluis genua inclinarat harenis:
Lataꝝq; iacēs campos spectabat aquarum.

Pars gradibus tardis illuc errabat & illuc:
Nantq; alii:celsoq; extant super æquora collo:
Templa mari subsũt: nec marmore clara nec auro:
Sed trabibus densis lucoq; ũbrosa uetusto.
Nereides nereusque tenent,hos nauita põti
Edidit esse deos:dum rætia littore siccat:
Iuncta palus:huic est densis obsessa salictis:
Quam restagnantis fecit maris unda paludem:
Inde fragore graui strepitus loca ꝓxima terret
Belua uasta lupus:siluisq; palustribus exit
Oblitus & spumis & crasso sanguine rictus
Fulmineus,rubra suffusus lumina flãma.
Qui q̃q̃ sæuit pariter rabieq; fameq;
Acrior est rabie,neq;,n,ieiunia curat
Cæde boum diramq; famem finire:sed omne
Vulnerat armentũ:sternitq; hostiliter omnes.
Pars quoq; de nobis funesto saucia morsu:
Dum defensamus:leto est data,sanguine littus
Vndaq; prima rubet:demugitæq; paludes.
Sed mora dãnosa est,nec res dubitare remittit:
Dum supereſt aliquid: cũcti coeamus ad arma.
Arma capessamus:coniũctaq; tela feramus.
Dixerat agrestis,nec pelea dãna mouebant.
Sed memor admissi nereida colligit orbam.
Dãna suo inferias extincto mittere phoco.
Induere arma uiros:uiolentaq; sumere tela
Rex iubet octæus:cum quis simul ipse parabat
Ire,sed halcyone cõiunx excita tumultu
Prosilit:& nõdum totos ornata capillos
Disiicit hos ipsos:colloq; infusa mariti
Mittat ut auxilium sine se uerbisque precatur
Et lachrymis:animasq; duas aut seruet in una.
Aeacides illi,pulchros regina pioſque
Pone metus,plena est ꝓmissi gratia uestri.
Non placet arma mihi cõtra noua mõstra mouere.
Numen adorandum pelagi est,erat ardua turris:
Arce locus summa:fessis loca grata carinis.
Ascendũt illuc:stratosq; in littore tauros
Cum gemitu aspiciũt:uastatoremq; cruento
Ore ferum,longos infectum sanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti:
Cæruleam peleus psamathea ut finiat iram
Orat:opemq; ferat,nec uocibus illa rogantis
Flectit̃ æacide,thetys hanc ꝓ coniuge supplex
Accepit uentam,sed,n,irreuocatus ab acri
Cæde lupus perstat dulcedine sanguinis aspet:

Gradibus,passibus. Tẽpla mari subsunt: Adsunt,luxta mare sũt. Edidit,dixit. Huic,Luco. Subitelligaſ. Restagnantis,æstuantis,Elegãter autem describit locum luporum latibulis accõmodatum. Inde,ex ea palude. Oblitus,ifectus. Est autẽ synegdoche,Rictus oblitos & infectos habens intelligimus. Fulmineus,Instar fulminis omnia ꝓsternens. Funesto morsu,mortali. Saucia,uulnerata. Leto data,interfecta.

Defensamus,Defendere conamur. Demugitæq; paludes,Mugitu boum repletæ,ẽ autem participium contra grãmatices rõnem formatũ

Remittit,pmittit. Arma capessamus:Anadiplosis pulchra exhortatõi accõmodata. Agrestis,pastor. Admissi,Cõmissi. & fraternæ necis.

Nereida colligit orbam,hoc est,Ratiocinatur Psamathem nymphamPhoci matrem filio inferias mittere. Rex oetæus:Ceyx rexTrachiniæ quæ cõtermina est oetæ monti. A quibusdam tamẽ æthereius legiſ,hoc ẽ Sidereus & splendidus. Excita,Euocata & intima ædium parte ac Gynæceo. Significat ãt Halcyonẽ de uiri salute quem uehementissime amabat:maxime sollicitam esse. In una,Nam Halcyones uitam a Ceycis uita pependisse exitus fecit manifestum: Eo nanq; in mari submerso ipa quoq; uitam dolore finuit. Aeacides illi,Inquit uerbũ:quod facile subaudiatur: fuit prætermissum. Plena ẽ, perfecta atq; cumulata. Numen pelagi,Psamathe nympha marina. Arduaturris,Alta,Turris autem a terrendis hostibus dicta uidetur.

Fessis locagrata carinis,Illã,n,nautæ aspicientes in portum naues dirigebant:seq; terræ ꝓpinquos esse cognoscebant. Inde,Ab illa turri.

In littora,Versus littora. Aperti ponti,Maris late patentis. Psamathẽ,Psamathe nympha fuit,Nerei filia & Phoci mater.

Marmore mutauit. In marmor. Thetis aũt ſub audiatur. Magnetas adit. Magnetes populi ſũt Theſſaliæ equorum domitores clariſſimi: de q̃ bus Lucanus i ſexto. Et magnetes equis: Minyæ gens cognita remis. Magneſia uero ẽ regio Theſ ſaliæ. eſt etiam Magneſia urbs iuxta Meandrum & regio a Magnete dicta. Ab Hæmonio Aca/ ſto. Acaſtus rex fuit Theſſaliæ Peliæ filius. ut ex Senecæ Medea colligiſ. Interea fratriſq; ſui. ceyx luciferi filius fratris caſu admodum ſollicitus ad clarium oraculum conſulendum ire cum uellet: diu ab Halcyone uxore fuit remoratus. Cum ue ro illi promiſiſſet ſe intra duos menſes reuerſuꝝ abire permiſſus eſt. Sed in Aegeo tempeſtate de/ præhenſus naufragiũ fecit: nauiq; amiſſa una cũ ſociis ſubmerſus quem uxori promiſerat reditũ præſtare non potuit. Vxor autẽ cum quotidie ꝓ mariti ſalute diis omnibus Iunoniq; ĩ primis uota ſolueret: opera illius per ſomnum admoni ta eſt: maritum in mari periſſe. Quare expergefa cta ad littus unde ſoluerat maritus acceſſit: ac dũ infortunia ſua quæreretur: cadauer in mari lon gius aſpexit: quod cum mariti eſſe cognouiſſet: ad illudq; per undas exilire uellet: in auẽ halcyo/ nem conuerſa ad os mariti aduolauit: qui miſe/ ratione deoꝝ pia uxoris oſcula ſentiens in eiuſ/ dem generis auem ipſe quoq; fuit trãſfiguratus. Ab his aũt auibus dies Halcyonii ſunt dicti: q̃b mare quietum eſt. Nam tempore brumæ nidifi cant: ac dum & excludant pullos & educent ma/ re omni tẽpeſtate caret. Hominũ oblectamina Mortalium oblectamenta. non infortuniorum remedia. Ad clarium deum. Ad oracula clarii Apollinis: quæ olim in Lycia fuerunt. Nam cla/ ros urbs eſt Lyciæ: Apollinis oraculo clariſſima.

Nam templa delphica. Tacitæ obiectioni oc/ currit. Prophanus phorbas. Phorbas Phlegya rum rex fuiſſe perhibetur ac contra delphos bel lum ſuſcepiſſe. Phlegyæ autẽ populi fuerũt Theſ ſaliæ aduerſus deos impii: qui tãdem a neptuno diluuio imiſſo fuerunt deleti. Prophanus. Sacri legus: qui nulla ſacrorum cura tangebaſ. Obit. occupat. In tumulis. Sepulchris. Sine corpo re. Erãt nãq; Cenotaphia hoc ẽ inania ſepulchra.

Hippotades. Aeolus Hippotæ troiani nepos. Fi lius nãq; fuit Iouis & Aceſtæ Hippotæ filiæ. Pla cet mitiget. Incõmutataq;. Sicq; dẽ legebatur. Sed nihil ſenſui cõuenire uidetur. Incõmendata uero maxime q̃drare: ut intelligamus neq; terrã neq; mare uentis eẽ cõmendata: ſed uiolenter p/ turbari atq; uaſtari. Excutiuntq; feris. Ex con curſu nubium: ut ſcribunt. phyſici fulmina ge/ neranſ. Rutilos ignes. fulmina. Aeolidis. Hal cyones Aeoli filiæ. Ignis. Amor. Propoſitos pelagi curſus. Propoſitam ac deliberatam naui/ gationem.

Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit: corpus pariterq; colorem
Omnia ſeruauit. lapidis color indicat illum
Iam non eſſe lupum. iam nõ debere timeri.
Nec tamen hac profugũ cõſiſtere pelea terra
Fata ſinunt. magnetas adit uagus. exul: & illic
Sumit ab hæmonio purgamia cædis acaſto.
Interea fratriſque ſui fratremque ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora ceyx
Cõſulat ut ſacras hominum oblectamina ſortes
Ad clariũ parat ire deum. nam templa ꝓphanus
Inuia cum phlegyis faciebat delphica phorbas.
Cõſilii tamen ante ſui fidiſſima certam
Te facit alcyone: cui protinus intima frigus
Oſſa receperũt: buxoque ſimillimus ora
Pallor obit: lachrymiſq; genæ maduere ꝓfuſis.
Ter conata loqui: ter fletibus ora rigauit.
Singultuque pias interrũpente querelas:
Q uæ mea culpa tuam dixit cariſſime mentem
Vertit? ubi eſt quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes alcyone ſecurus abeſſe relicta.
Iam uia longa placet. iam ſum tibi carior abſens.
At puto per terras iter eſt? tantumq; dolebo
Non etiam metuam? curæque timore carebunt?
Aequora me terrent: & ponti triſtis imago.
Et laceras nuper tabulas in littore uidi.
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.
Ne ue tuum fallax animum fiducia tangat:
Q uod ſocer hippotades tibi ſit: qui carcere ſortes
Contineat uentos: & cũ uelit æquora placet.
Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora uenti:
Nil illis uetitum eſt: incõmendataq; tellus
Oís: & oẽ fretum eſt. cæli quoq; nubila uexãt:
Excutiuntque feris rutilos concurſibus ignes.
Q uo magis hos noui (nam noui & ſæpe paterna
Parua domo uidi) magis hos reor eſſe timẽdos.
Q uod tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Care poteſt cõiunx: nimiumq; es certus eundi:
Me quoq; tolle ſimul. certe iactabimur una.
Nec niſi quæ patiar metuã. pariterq; feremus
Q uicquid erit. pariter ſup æquora lata feremur.
Talibus æolidis dictis lachrymiſque mouetur
Sidereus coniũx. neq;. n. minor ignis in ipſo eſt.
Sed neque ꝓpoſitos pelagi dimittere curſus:
Nec uult alcyonen in partem adhibere pericli.
Multaq; reſpondit timidum ſolãtia pectus.

Non tamen iccirco cauſam probat.ãddidit illis
Hoc quoq; lenimẽ:quo ſolo flexit amantem.
Lõga quidem eſt nobis omnis mora.ſed tibi iuro
Per patrios ignes:ſi me modo fata remittãt:
Ante reuerſuræ:q̃ luna bis impleat orbem.
His ubi ꝓmiſſis ſpes eſt admota recurſus:
Protinus eductã naualibus æquore iungi:
Aptariq; ſuis pinũ iubet armamentis.
Q ua rurſus uiſa ueluti præſaga futuri
Horruit alcyone:lachrymaſq; emiſit obortas:
Amplexuſque dedit:triſtique miſerrima tandem
Ore uale dixit:collapſaq; corpore toto eſt.
At iuuenes quærente moras ceyce reducũt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Aequaliq; ictu ſcindunt freta.ſuſtulit illa
Humentes oculos:ſtantemque in puppe recurua:
Cõcuſſaq; manu dantem ſibi ſigna maritũ
Prima uidet:redditq; notas.ubi terra receſſit
Lõgius:atq; oculi nequeũt cognoſcere uultus:
Dum licet:inſequitur fugientẽ lumine pinum.
Hæc quoq; ut haud poterat ſpatio ſũmota uideri:
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Vt nec uela uidet:uacuũ petit anxia lectum:
Seq; toro ponit.renouat lectuſq; locuſque
Alcyões lachrymas:& quæ ps admonet abſit.
Portubus exierant.& mouerat aura rudentes.
Obuertit lateri pendentes nauita remos.
Cornuaq; in ſumma locat arbore:totaque malo
Carbaſa deducit:ueniẽteſque accipit auras.
Aut minus aut certe medium non amplius æquor
Puppe ſecabatur:longeq; erat utraq; tellus:
Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus:& præceps ſpirare ualentius eurus.
Ardua iam dudum demittite cornua rector
Clamat: & antẽnis totum ſubnectite uelum.
Hic iubet.impediũt aduerſæ iuſſa procellæ.
Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen ꝓperant alii ſubducere remos:
Pars munire latus.pars uentis uela negare.
Egerit hic fluctus:æquorq; refundit in æquor.
Hic rapit antẽnas:quæ dum ſine lege geruntur:
Aſpera creſcit hyems: omnique a parte feroces
Bella gerunt uenti:fretaque indignantia miſcent.
Ipſe pauet:nec ſe quis ſit ſtatus:ipſe fatetur
Scire ratis rector.nec quid iubeatue uelitue:
Tanta mali moles tan toq; potentior arte eſt.

Non tamen idcirco cauſam probat.hoc ẽ.Nõ tamẽ idcirco uxor perſuadet:ut ſe diſcedere permittat:neq; diſceſſum ſuũ ægre ferat. Pet patrios ignes.per luciferi ſplendorem. Quã luna bis impleat orbem.Quã duo tranſeant menſes.

Recurſus, uelocis reditus. Aequore iungi. in æquor deduci. Pinum.nauem ex pinu confectam. Collapſa corpore tota ẽ.ſemimortua in terram cecidit. Quærente moras ceyce.lachrymis.n.uxoris motus diſcedebat inuitus.

Ordinibus geminis.Nam biremis erat. Ad fortia pectora.geſtum exprimit remigantium.

Aequali ictu. æq̃li percuſſione.Id.n.exigit ars remigandi. Vbi terra receſſit longius.Hoc ex uulgari ſenſu dictum eſt. Neq;.n. terra cum ſit immobilis recedere poteſt quãuis abeunte naue uideatur. Dum licet.dum poteſt. Quæ pars abſit.Nã optima pars lecti aberat maritus. Cornua:Antẽnarum. Vtraq; tellus.& a q̃ diſceſſerat:& quam petebat. Sub noctem.prope ꝓnoctem.Signum eſt autẽ maximæ tempeſtatis futuræ cum undæ albeſcere uidentur. Fragor.ſtrepitus. Pars munire latus.Ne aqua ĩgrediatur.

Pars uentis uela negare.Vela cõplicare. Egerit.eiicit. Aequor.Aquam maris. Sine lege.ſine ordine. Ab omni parte.Ab oriente &occidente.a ſeptentrione &meridie. Freta indignãtia. Tumeſcentia. Miſcent. Perturbãt. Tãta mali moles.magnitudo:Eſt aũt acclamatio:qua tempeſtatis ſæuitia declaratur

Erigitur. Extollitur. Sternitur interdum. Stratum uidetur & æquale. Agitur. Agitatur.

His uicibus. mutationibus. Icta latus. In latere percussa. Synegdoche est poetica. Pulsata. Percussa. Ferreus aries. Instrumentum est bellicum aries: quo prisci ad diruēdos muros utebantur. In arma ratis. in nauis instrumēta & arma mēta. Multoq; erat illis. Armamētis ipsius nauis. Vndæ nanq; multo q̄ nauis erant altiores.

Cæræ. picis qua naues integuntur. Letalibus undis. mortiferis aquis. Scandere. ascendere.

Caret ignibus æther. Sideribus æther carere uidebat: qa nulla apparebāt. Cæcaq; nox. ob scura. Ardescunt. splendescunt. Intra caua texta. Intra concauitatem carinæ. Omni numero. Omni multitudine. Mœnibus. muris.

Decimæ undæ. Maximæ atq; uastissimæ. Nā decima quæq; unda maxima esse uidetur. ut ouidius in primo de tristibus libro testatur: cum inquit: Qui uenit hinc fluctus: fluctus supeminet oēs. Posterior nono est undecimoq; prior. Hinc factum est ut decimū decumanumq; pro maximo āplissimoq; accipiat. ut decumana porta i castris maxima: ut quæ ab hostibus foret auersa. & decumana scuta amplissima & decumanus in agro limes qui longissimus & maximus foret.

Pinum. nauem. Trepidant. timent. Haud segnius. Non minus. pulchra autem similitudie exprimit timorem nautarum a tempestate dephēsorum. Funera quos maneāt. qui exequiarū honore non priuent.

Quippe sonant clamore uiri. stridore rudentes.
Vndaq; incursu grauis unda. tonitribus æther.
Fluctibus erigitur: cælumque æquare uidetur
Pontus: & inductas aspergine tangere nubes.
Et modo cum fuluas eximo uertit harenas
Concolor est illis. stygia modo nigrior unda:
Sternitur interdum: spumisque sonantibus albet.
Ipsa quoq; his agitur uicibus trachinia puppis.
Et nunc sublimis ueluti de uertice montis
Despicere in ualles imūque acheronta uidetur.
Nunc ubi demissam curuum circunstetit æquor:
Suspicere inferno summum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem
Nec leuius pulsata sonat: q̄ ferreus olim
Cum laceras aries balista ue concutit arces.
Vtq; solent sumptis incursu uiribus ire
Pectore in arma feri: protentaq; tela leones:
Sic ubi se uentis commiserat unda coortis:
Ibat in arma ratis: multoq; erat altior illis.
Iamq; labant cunei: spoliataq; tegmine cæræ
Rima patet: præbetq; uiam letalibus undis.
Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres.
Inq; fretum credas totum descendere cælum:
Inque plagas cæli tumefactum scandere pontum.
Vela madent nimbis. & cum cælestibus undis
Aequoreæ miscentur aquæ. caret ignibus æther.
Cæcaq; nox premit tenebris hyemisq; suisque
Discutiunt tamen has: præbentq; micantia lumē
Fulmina. fulmineis ardescunt ignibus undæ.
Dat quoque iam saltus intra caua texta carinæ
Fluctus. & ut miles numero præstantior omni
Cum sæpe assiliit defensæ mœnibus urbis:
Spe potitur tandem: laudisque accensus amore
Inter mille uiros murum tamen occupat unus:
Sic ubi pulsarunt celsi latera ardua fluctus:
Vastius insurgens decimæ ruit inpetus undæ.
Nec prius absistit fessam oppugnare carinam.
Quam uelut in captæ descendat mœnia nauis.
Pars igitur temptabat adhuc inuadere pinum.
Pars maris ītus erat. trepidāt haud segnius omnes:
Quam solet urbs aliis muq; fodientibus extra:
Atque aliis muq; trepidare tenentibus intus.
Deficit ars. animique cadunt. totidemq; uidentur
Quot ueniunt fluctus ruere atq; irrūpere mortes:
Nō tenet hic lachrymas. stupet hic. uocat ille btōs:
Funera quos maneant. hic uotis numen adorat:

Brachiaq; ad celum:quod non uidet:irrita tollens
Poscit opem.subeunt illi fraterque parensque:
Huic cũ pignoribus domus: & qđ cuiq; relictũ est.
Alcyone ceyca mouet.ceycis in ore
Nulla nisi alcyone est:& cum desideret unam:
Gaudet abesse tamen.patriæ quoq; uellet ad oras
Respicere:inque domum supremos uertere uultus:
Verum ubi sit nescit.tanta uertigine pontus
Feruet:& inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cælum.duplicataq; noctis imago ẽ.
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor.
Frangitur & regimen:spoliisq; animosa superstes
Vnda uelut uictrix:sinuataq; despicit undas.
Nec leuius q̃ si quis athon pindumque reuulsos
Sede sua totos in apertum euerteret æquor:
Præcipitata cadit:pariterq; & pondere & ictu
Mergit in ima ratem:cum qua pars magna uiroꝝ
Gurgite pressa graui:neq; in aera reddita fato
Functa suo est.alii partes & membra carinæ
Trunca tenent. tenet ipse manu qua sceptra solebat
Fragmina nauigii ceyx.soceꝝq; patremque
Inuocat heu frustra.sed plurima nantis in ore
Alcyone coniunx.illam meminitq;:refertq;.
Illius ante oculos ut agant sua corpora fluctus:
Optat:& exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat:absentem quotiẽs sinit hiscere fluctu
Nominat alcyonen:ipsisq; immurmurat undis.
Ecce super medios fluctus niger arcus aquaꝝ
Frangitur:& rupta mersum caput obruit unda.
Lucifer obscurus:nec quem cognoscere posses:
Illa nocte fuit.quoniamq; excedere cælo
Non licuit:densis texit sua nubibus ora.
Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes.& iam quas induat ille
Festinat uestes iam quas ubi uenerit ille:
Ipsa gerat.redituq; sibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat.
Ante tamen cunctos iunonis templa colebat.
Proq; uiro:qui nullus erat:ueniebat ad aras.
Vtq; foret sospes coniunx suus:utq; rediret
Optabat:nullamq; sibi præferret.at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere solum.
At dea non ultra pro functo morte rogari
Sustinet:utq; manus funestas arceat aris:
Iri meæ dixit fidissima nuncia uocis
Vise soporiferam somni uelociter aulam.

Subeunt illi.in mentẽ ueniunt. Cum pignoribus.Cum liberis. In domum.Versus domum. Tanta uertigine.Euersione.pturbatione.Est autem acclamatio: qua maxima tempestas declarat. Regimẽ:Gubernaculũ. Supstes. Superans.supextãs. Sinuata.in sinum coacta.cõ uoluta. Quam siquis Athon pindum ue.montes esse macædonie Athon:&pindum Thessaliæ sæpius diximus. Præcipitata. impulsa a uentis.
Functa suo fato.mortua est.ex sñia autem stoicorũ hoc ait:qui omnia fato fieri putãt. Et mẽbra.frusta abrupta. Soceꝝ.æolum. Patremq;. luciferum. Tumuletur.Sepeliatur. Non licuit: Non potuit. Neq; enim sidera per noctem celũ relíquere possunt ac ne interdum quidem q̃is uideãtur. Texit.Cooperiat. ne uideret filiũ peremptum. Aeolis.Alcyone Aeoli filia. Festinat uestes.festinanter fuit. Qui nullus erat.q nõ erat Neq;.n. mortui esse dicuntur. Hoc solũ. ut nullam aliam ipi præferret. Vise:ad uidendum ade.Describit autem & somnum deum & Somni aulam.

Arcuato. In arcus ſimilitudinem figurato. Eſt prope cimerios. cimerii: ut Strabo atque Sextus ſcribunt: populi fuerũt iuxta Baias habitãtes ſub terranea domicilia: ubi ſacra Plutonia fiebãt. dabantq; ab his reſponſa: atq; inde faciebant queſtum. cõueniebant enim aduenæ aliquid audituri: qui ducebantur in cauernas illas quas nec oriens nec occidens ſol aſpiciebat: ut ſcribit in odyſſea Homerus. Hi a quodam rege deleti fuerunt: cum oraculi fides parum ſucceſſiſſet. Alii ſcribũt cimerios populos eẽ in Aſia Amazonibus proximos: qui ex ultimo uenerint occidẽti. Iuxta cimerios ſomni aulam eſſe fingit poeta: quam ut omnia: una cum ſomno & in ſomniis deſcribit.

Ignaui. inertis. pigri. Quonunquã. pulchra poetæ phantaſia. Solis enim radii ſomnum auertunt. Exalantur. Emittuntur. Canibuſq; ſagacior anſer. id maxime tum fuit compertũ: quo tempore capitolium a gallis obſidebat. canibus enim quieſcentibus anſerum clãgore excitati cuſtodes gallos iam capitolium ingreſſos deturbarunt. Lethes. Nomen illi aquæ conueniens. Lethe nanq; obliuio interpretatur. Dormiẽtes aũt omnium obliti uidentur. Fœcunda papauera Multorum ſeminum fertilia: quæ ſomnum maxime inducunt: unde & ſoporiferũ papauer uocatur. Stridorem reddat. Strepitum faciat.

Hebeno. Ex hebeni nigro ligno confectus. Hebenus autem arbor eſt indica. cuius lignũ natura eſt nigrum. Scite uero poeta ſomni lectum nigrum eſſe fingit. pullus nãq; color ſomnos immittit. Vix oculos tollens. Eleganter geſtus deſcribit poeta eorum: qui graui ſomno premuntur: Eſt autem proſopopœia. Rei enim corpore carenti corpus attribuit. At illa. Reſpondit uel ſimile uerbum eſt ſubaudiendum. Quem cura fugit: Scite. Qui enim curis premuntur: dormire non poſſunt. Mulces. foues. Labori. ad laborem. Herculeam Trachina. Ab Hercule ædificatã. excultamq; ut paulo ante diximus.

Regis. Ceycis. Simulacra naufraga. Simulacra naufragii a ceyce facti. fingant. Effingant. exprimant.

Extinctiq; iube ceycis imagine mittat
Somnia ad alcyonen ueros narrantia caſus.
Dixerat. induitur uelamina mille colorum
Iris: & arcuato cælum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope cimerios longo ſpelunca receſſu
Mõs cauus: ignaui domus & penetralia ſomni.
Quo nunq̃ radiis oriens medius ue cadens ue
Phœbus adire poteſt. nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo: dubiæq; crepuſcula lucis.
Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram. nec uoce ſilentia rumpunt:
Solliciti ue canes: canibus ue ſagacior anſer.
Non fera. non pecudes: non moti flamine rami:
Humanæ ue ſonum reddunt conuitia linguæ.
Muta quies habitat. ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ lethes: per quem cum murmure labẽs
Inuitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent:
Innumeraq; herbæ: quarũ de lacte ſoporem
Nox legit: & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne uerſo ſtridore cardine reddat:
Nulla domo tota. cuſtos in limine nullus.
In medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus. unicolor. pullo uelamine tectus:
Quo cubat ipſe deus membris langore ſolutis.
Hunc circa paſſim uarias imitantia formas
Somnia uana iacent totidem quot meſſis ariſtas.
Sylua gerit frondes. eiectat littus harenas.
Quo ſimul intrauit: manibuſq; obſtantia uirgo
Somnia dimouit. ueſtis fulgore reluxit
Sacra domus: tardaq; deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens iterumq; iteq;q; relabens:
Summaq; percutiens nutanti pectora mento
Excuſſit tandem ſibi ſe: cubitoq; leuatus
Quid ueniat (cognouit. n.) ſcitatur. at illa.
Somne quies rerum. placidiſſime. ſomne deorum.
Pax animi. quem cura fugit. qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces: reparaſq; labori:
Somnia quæ ueras æquant imitamine formas:
Herculeam Trachina iube ſub imagine regis
Alcyonem adeant: ſimulacraque naufraga fingãt.
Imperat hoc iuno. poſtq̃ mandata peregit:
Iris abit. neque enim ulterius tolerare ſoporis
Vim poterat: labique ut ſomnum ſenſit in artus:
Effugit: & remeat per quos modo uenerat arcus

At pater e populo natoꝝ mille suoꝝ
Excitat artificem simulatorẽque figuræ
Morphea.non illo iussos sollertius alter
Exprimit incessus:uultumque sonumque loquẽdi.
Adiicit & uestes & cõsuetissima quæque
Verba.sed hic solus homines imitatur.at alter
Fit fera.fit uolucris.fit longo corpore serpens.
Hũc icelon superi.mortale phobetora uulgus
Nominat.est etiam diuersæ tertius artis
Phantasos.ille in humum saxũque undãq; trabẽq;
Q uæq; uacant anima:fallaciter omnia transit.
Regibus hi ducibusque suos ostendere uultus
Nocte solent.populos alii plebemq; pererrant.
Præterit hos senior.cunctisq; e fribus unum
Morphea:q̃ pagat thaumantidos edita:sõnus
Eligit:& rursus molli langore solutus
Deposuitque caput stratoque recõdidit alto:
Ille uolat nullos strepitus facientibus alis
Per tenebras:intraq; moræ breue tempus in urbẽ
Peruenit hæmoniam:positisq; e corpore pẽnis
In faciem ceycis abit:sumptaq; figura
Luridus.exanimi similis.sine uestibus ullis
Cõiugis ante toꝝ miseræ stetit.uda uidetur
Barba uiri:madidisq; grauis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens fletu sup ora profuso
Hæc ait.agnoscis ceyca miserrima cõiunx?
An mea mutata est facies nece? respice.nosces:
Inueniesq; tuo ꝑ cõiuge coniugis umbram.
Nil opis halcyone nobis tua uota tulerũt.
Occidimus.falso tibi me promittere noli.
Nubilus ægæo deprendit in æquore nauem
Auster:& ingenti iactatam flamine soluit.
Oraque nostra tuum frustra clamantia nomen
Implerunt fluctus.non hæc tibi nunciat auctor
Ambiguus.non ista uagis rumoribus audis.
Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo.
Surge age da lachrymas:lugubriaq; idue:nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.
Adiicit his uocem morpheus.quam cõiugis illa
Crederet esse sui:fletus quoq; fundere ueros
Visus erat:gestũq; manus ceycis habebat.
Ingemit halcyone. lachrymas mõet: atque lacerto:
Per sõnum corpusq; petens amplectitur auras.
Exclamatque mane.quo te rapis? ibimus una.
Voce sua specieq; uiri turbata soporem
Excutit:& primo si sit circunspicit illic:

At pater e populo.Somni deo multos esse filios poeta fingit:e quibus tres nominat:quibus facultas est se in uarias figuras transmutandi. E populo:E turba & multitudine. Mille.finitũ numerũ pro infinito posuit. Simulatorẽq; figuræ Morphea. Morpheus ἀπο τησ̃ μόρφησ. hoc ẽ a forma dr̃ formæ simulator. Hũc Icelon superi.Icelos similis trãsferr̃: quo quidem noie is eleganter appellar̃:q̃se omnibus animalibus similẽ exhibere potest.icelon autem per L scribẽdum est.q̃uis iceon iulgus grãmaticorum hactenus legerit. Mortale phobetora uulgus.phobetor terrefactor iterpretari põt.Sic aũt est legẽdum:q̃uis corrupte phebetora in exẽplaribus legatur. Est etiã diuersæ tertius artis pãthasos. Latiniqdẽ sic legunt:sed minus recte:cum id nomen a græcis nõ agnoscat.phantasos aũt q imaginator transferri potest:forsitan ab Ouidio fuit scriptus.φανταζομαι nanq;:unde phantasos deriuatur: imaginari significat. Elegãter autẽ hoc nomine donatur: qui hãc hominibus immittit imaginationem ut sibi per somnum uideant̃ uidere undam. saxum. trabem aliudue inãimatorum. Vacant. Carent. Thaumantidos edita.Iridis iussa Thaumantis filiæ. Somnus.Somni deus. Strato.Lecto. In urbem hæmoniã. Trachina. Luridus.Niger. Vda.humida.

Tua uota. Tuæ preces. Falso.Vane. Soluit. dissoluit.resoluit. Ambiguus.dubius. Vagis. incertis. Mea fata.meã mortem.mea infortunia. Lugubria. Vestes luctui conuenientes. Mane.expecta. Quo te rapis. Quo fugis. Excutit.Expellit.

Nam moti uoce miniſtri. Hacparētheſi expo
nit poeta. quo mō Alcyōe circūſpexerit an illic eſ/
ſet maritus: quem per ſomnum uidere ſibi fue/
rat uiſa. Altrici. matrici. Tollite. auferte. Hu
mente. madido. Fuit ah fuit: Anadiploſis dolē
ti accōmodata. Diſcreta. Separata diuiſa. Nūc
abſens perii. Se cum ceyce uiro ꝓiiſſe ait Halcyo/
ne quāuis abſens fuerit: quod ſuā quoq; animā
in Ceycis corpore fuiſſe uult uideri. Abſens. cor
pore. nō animo. Ducere. Producere. Supeſſe. ſu
peruiuere. Nunc ſaltem. poſtq̄ tu periſti. Lit
tera. Epitaphiū. Prohibet. Loq; ſubaudiamus.

Mane erat. Prima pars diei aderat. Euntem.
recedentem maritum. Tuetur aſpicit. Appu
lit. Impulit ad littus ſubintelligaē. Corpus. Ca
dauer. Et ſiqua eſt coniunx. Heu & miſera ſub
audiantur. Hoc minus. Tāto minus eſt cōpos
mentis. Et una. & ſimul cum exclamatione.

Quæ præde laſſat. laſſos ac debiles reddit an/
eq̄ in portum perueniant.

Qui modo uiſus erat (nam moti uoce miniſtri
Intulerant lumen) poſtq̄ non inuenit uſquam:
Percutit ora manu: laniatq; a pectore ueſtes.
Pectoraq; ipſa ferit: nec crines ſoluere curās
Scindit: & altrici quæ luctus cauſa roganti:
Nulla eſt alcyone. nulla eſt ait. occidit una
Cum ceyce ſuo. ſolantia tollite uerba.
Naufragus interiit. uidi agnouiq; manuſque
Et diſcedentem cupiens retinere: tenenti
Vmbra fuit. ſed & umbra tamen manifeſta: uiriq;
Vera mei. non ille quidem: ſi quæris: habebat
Aſſuetos uultus: nec quo prius ore nitebat.
Pallentem nudūque & adhuc humente capillo
Infelix uidi. ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco: & quærit ueſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat. hoc animo quod diu nāte timebam:
Et ne me fugiens uentos ſequerere rogabam.
At certe uellem: quoniam periturus abibas:
Me quoque duxiſſes. fuit ah fuit utile tecum
Ire mihi. neque. n. de uitæ tempore quicq̄
Non ſimul egiſſem. nec mors diſcreta fuiſſet.
Nūc abſens perii. iactor quoque fluctibus abſens.
Et ſine me te pontus habet. cru delior ipſo
Sit mihi mens pelago: ſi uitam ducere nitar
Longius: & tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neq; pugnabo. nec te miſerande relinquam.
Et tibi nūc ſaltem ueniam comes: inque ſepulchro
Si non urna: tamen iunget nos littera. ſi non
Oſſibus oſſa meis: at nomen nomine tangam:
Plura dolor prohibet: uerboque interuenit omni
Plangor: & attonito gemitus a corde trahūtur.
Mane erat. egreditur tectis ad littus: & illum
Mœſta locum repetit: de quo ſpectarat euntem:
Dumque moratur ibi: dūq; hinc retinacula ſoluit:
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore dixit:
Dumque notata oculis reminiſcitur acta: fretumq;
Proſpicit: in liquida ſpatio diſtante tuetur
Neſcio quid quaſi corpus aqua. primoque qd illud
Eſſet erat dubium. poſtq̄ paulu m appulit unda
Et q̄uis aberat: corpus tamen eſſe liquebat.
Quis foret ignorās: quia naufragus: omīe mota ē:
Et tanq̄ ignoto lachrymā daret: heu miſer inqt
Quiſquis es: & ſi qua ē cōiunx tibi. fluctibus actū
Fit ꝓpius corpus: quod quo magis illa tuetur
Hoc minus & minus eſt mētis. iam iāque ꝓpiquæ
Admotum terræ: iam quod cognoſcere poſſet

Cernit.erat coniūx.ille eſt exclamat:& una
Ora.comas.ueſtem lacerat:tendēſque trementes
Ad ceyca manus.ſic o cariſſime coniunx:
Sic ad me miſerande redis:ait.adiacet undis
Facta manu moles:quæ primas æquoris undas
Frāgit:& incurſus quæ prædæ laſſat aquarum.
Inſilit huc:mirumque fuit potuiſſe.uolabat.
Percutienſque leuem mō natis aera pennis
Stringebat ſummas ales miſerabilis undas:
Dūque uolat:mœſto ſimilem plenumque querelæ
Ora dedere ſonum tenui crepitantia roſtro.
Vt uero tetigit mutum & ſine ſanguine corpus:
Dilectos artus amplexa recentibus alis:
Frigida nequicq̄ duro dedit oſcula roſtro.
Senſerit hoc ceyx:an uultum motibus undæ
Tollere ſit uiſus:populus dubitabat.at ille
Senſerat:& tandem ſuperis miſerantibus ambo
Alite mutantur.fatis obnoxius iiſdem
Tūc quoque māſit amor. nec cōiugale ſolutum eſt
Fœdus in alitibus.coeūt:fiuntque parentes:
Perque dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat halcyone pendentibus æquore nidis.
Tum uia tuta maris uentos cuſtodit:& arcet
Aeolus egreſſu:præſtatq̄ nepotibus æquor.
Hos aliquis ſenior circum freta lata uolantes
Spectat:& ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus aut idem:ſi fors tulit:hic quoq̄ dixit
Quem mare carpētem ſubſtrictaq̄ crura gerētē
Aſpicis:oſtendens ſpatioſum in guttura mergum:
Regia progenies:& ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris:ſunt huius origo
Ilus &aſſaracus:raptuſq̄ ioui ganymedes:
Laomedonque ſenex:priamuſq̄ nouiſſima troiæ
Tempora ſortitus.frater fuit hectoris iſte.
Qui niſi ſenſiſſet:prima noua fata iuuenta:
Forſitan inferius non hectore nomen haberet:
Quamuis eſt illum proles enixa dymantis:
Aeſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub ida
Fertur alyxothoe gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes:nitidaq̄ remotus ab aula
Secretos montes & inambitioſa colebat
Rura:nec iliacos cœtus niſi rarus adibat.
Non agreſte tamen:nec inexpugnabile amori
Pectus habēs.ſyluas captatam ſæpe per omnes
Aſpicit eperien patria cebrinida ripa
Iniectos humeris ſiccantem ſole capillos.

Inſilit huc illuc.ī illam molem manu factā. Potuiſſe.Inſilire. Volabat.Iam enim in auem fuerat conuerſa. Stringebat.Radebat.Leuiter attingebat. Dilectos artus. Amata membra. Tollere.extollere. Alite.in alite. Obnoxius ſubiectus.debitus. Perq̄ dies placidos. Halcyōes: ut refert Plynius: fœtificāt bruma:q̄ dies halcyonides uocant placido mari per eos & nauigabili: Siculo maxime.Faciunt aūt ſeptem ante brumā diebus nidos: & totidē ſequentibus pariūt.Quibus quidem quatuordecim diebus maxime trā quillatur mare.Vnde & Alcedonia pro trāquillitate a Plauto in caſſina accipiunt:cum īquit:Trā quillum ē.Alcedonia ſunt circa forum. Nam ut ſcribit Sextus:Alcedones a ueteribꝫ latinis dictæ ſunt:quæ a græcis Halcyones uocantur.& Alcedonia dies qui halcyonides appellātur.Sane Ariſtoteles ī octauo de animalibus halcyonum duo eſſe genera ait.Alterū uocale quod arūdinibus īſideat.alterum mutū paulo maiori corpore.Plynius uero ſcribit Halcyonem paulo paſſere eſſe ampliorem.colore cytreo &ſubnigro.Dictæ ſunt Halcyones απο του κυειν ενθαλί.hoceſt a concipiendo ī mari.Vnde apte colligit hoc nomen eſſe aſpirandum: Incubat halcyone incubare proprie dicuntur aues dum oua fouēt.Halcyone autem & Halcyon dicitur. Pendētibus nidis.Halcyonū nidi admirationem habent: ut refert Plynius:pilæ figura paululum eminentiore perq̄ anguſto.grandium ſpongiaꝝ ſimilitudine: intercidi nō queunt.frangunt ictu ualido:ut ſpuma arida maris.nec unde confingant inueniuntur. putantex ſpinis aculeatis: Tū uia tuta maris.Nam ut diximus per quatuordecim illos dies quibus fœtificant halcyones mare tranquillatur.id quod benignitate Aeoli fieri ait poeta: ut cōmodū nepotibus faciat. Nā halcyone ut uidimus æoli filia fuit. Præſtat. Accōmodat ac tutū reddit æquor halcyonū pullis. Hos aliqs ſenior.Aeſacus priami filius ex alyxothoe nympha cum amore eperies nymphæ captus eam fugiētē pſequeret in cauſa fuit:ut illa periret.Nā iterfugiendū a ſerpēte icta iteriit:tātoq̄ dolore Aeſacon affecit: ut moriturus e ſcopulo ſe ī mare p̄cipitarit.Quē Tethys miſerata ī mergū trāſmutauit.Ille uero indignatus q̄ mori non potuerit: ſe mergere nūq̄ deſiſtit.Vnde &mergus a ſæpius ſe mergēdo a latinis ē dictus. Proximus aut idē ſi fors tulit.hocē.Aliqs pximus:aut forte idē ſenior. Subſtricta crura.Subtilia breuia. Sunt huius origo Ilus & aſſaracus.Ilus & Aſſaracus & ganymedes filii fuerūt Troīs Troianoꝝ regis.Laomedō uero ili fuit filius ac priami p̄:ut cū ex aliis pmultis:tū ex Home.apte colligit. Proles dymātis.Hecuba:quā Dymātis filiam fuiſſe ſcribit Hom.Eurypides uero Ciſſei Thracū regis. Alyxothoe nympha fuit ex q̄ Priamus Aeſacō ſuſcepit. Conata.nixa & hærēs: Gracili bicorni.Bicorne inſtrm ē ruſticū. Captatā.quā ſæpe capere tēptauerat. Eperiē Cebrinida.Cebrinis fluuii ignobilis filiā.Vnde etiā ut Herodianus ſcribit: Cebrinia urbs &regio Troadis fuit cognomiata

Longe lacu relicto. Scite. Nam in lacu capi nō
possunt. cum aduolante accipitre se mergant: ut
iis qui illo aucupio delectantur est notum. Vr
get. Impellit. Coluber. Serpens. Strinxit. per
cussit. Suppressa. repressa. Nec erat mihi uin
cere tanti. Vt tu perires intelligamus. Subede
rat. Subroserat. Decidit in pontum. Sic qui/
dem etiam legi potest. Sed deiicit forsitan ele/
gantius legeretur: ut intelligamus. Aesacū ipsum
se in mare præcipitasse. Copia mortis. Facul
tas moriendi. Misera de sede. De misero corpo/
re. Subuolat. Sursum uolat. Super æquo/
ra. in mare. Fecit amor maciē. Amor quē mor
te finire cupiebat illum effecit macilentum. Lō
ga internodia crurū. Internodium id dicitur spa/
tii: quod est iter duos nodos. Nodosa autem cru
ra mergus habere uidetur.

Raphaelis Rhegii i duodecimum metamor/
phoseos Ouidii librum enarrationes.

Escius assumptis. Quæ tempore
belli troiani factæ sunt meramor
phosis: hoc libro fere describit po
eta. ac primū draconis qui pullos
cum matre apud aulidem spectā
tibus græcis deuorauit: pspicue
exponit. Nam cum mille græcorum Helenā re/
petentiū naues ad aulidem conuenissent: ac ioui
sacrificare uellēt: ecce serpens platanum aræ im/
minentem ascendit: ac primum pullos octo qui
adhuc in nido erant: deinde circumuolantē ma/
trem deuorauit. Quod quidem cum alii admira
rētur: Calchas ex eo collegit bellum nouē annos
duraturum. ac decimo demum anno troiam ca
ptum iri. Cæterum serpens ille ad perpetuam
rei memoriam in saxum fuit commutatus. Tu
mulo quoq; nomē habenti. Cenotaphio in quo
nomen sine corpore erat inscriptum. Inferias
dederat. Sacrificia fecerat. Nam inferiæ dicuntur
sacrificia quæ inferis & mortuis fiunt. Hæc aūt
a poeta narrantur ut hunc librum cum superio/
re aptius connectat. Cōmune gentis pelasgæ.
Concilium totius græciæ. Boetaq; tellus. Vn/
de factum sit ut in his pronunciandis nominib⁹
boetia boetiæ boetii a græcis dissentiamus nō ui
deo: cum præserti si quo modo a græcis: a nobis
quoq; proferrentur: uocaliora eēnt. βοιωτια igi
tur cum a græcis dicatur: cur non Bœotia quoq;
a latinis proferatur? Nemo certe priscorum grā
maticorum præcipit a latinis aliter q̄ græcis hu/
iusmodi noia esse pronuncianda. Aulide pisco
sa. Aulis urbs ē Bœotiæ chalcidi finitima ab Au
lide Euonymi filii Cephisi filia cognominata.

Thestorides. Calchas Thestoris filius.

Visa fugit nimphe: ueluti perterrita fuluum
Cerua lupum: longeq; lacu deprensa relicto
Accipitrē fluuialis anas: quam troius heros
Insequitur. celeremq; metu celer urget amore.
Ecce latens hærba coluber fugientis adunco
Dente pedem strinxit: uiruſq; in corpore liquit.
Cum uita suppressa fuga est. amplectitur amēs
Exanimē: clamatque piget: piget esse secutum.
Sed non hoc timui. nec erat mihi uincere tanti.
Perdidimus miseram nos te duo. uulnus ab angue.
A me causa data est. ego sum sceleratior illo.
Q ui tibi morte mea mortis solatia mittam.
Dixit: & e scopulo: quem rauca subederat unda:
Decidit in pontum. tethys miserata cadētem
Molliter excepit: nantemque per æquora pennis
Texit: & optatæ non est data copia mortis.
Indignatur amans inuitum uiuere cogi:
Obstarique animæ misera de sede uolenti
Exire: utque nouas humeris assumpserat alas
Subuolat: atq; iteꝝ corpus super æquora mittit.
Pluma leuat casus. furit æsacus: inq; profundum
Pronus abit: letiq; uiam sine fine retemptat.
Fecit amor maciem. lōga internodia cruꝝ:
Lōga manet ceruix. caput est a corpore longe
Aequor amat: nomēq; manet quia mergitur illo.

PV. Ouidii nasonis metamorphoseos liber. xii.

Escius assumptis priamus
pater æsacon alis
Viuere: lugebat: tumulo
quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratri
bus hector inanes.
Defuit officio paridis præ/
sentia tristi:
Post modo qui rapta lōgū
cum coniuge bellum
Attulit in patriam: coniuratæq; sequuntur
Mille rates: gentisq; simul cōmune pelasgæ.
Nec dilata foret uindicta: nisi æquora sæui
Inuia fecissent uenti: bœotaq; tellus
Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.
Hic patrio de more ioui cum sacra parassent:
Vt uetus accensis incanduit ignibus ara:
Serpere cæruleum danai uidere draconem
In platanum: cœptis quæ stabat proxima sacris.
Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore sūma:

Qualis simul & matrem circũ sua dãna uolantem
Corripuit serpens:auidaq; recondidit aluo.
Obstupuere omnes.at ueri prouidus augur
Thestorides uincemus ait.gaudete pelasgi.
Troia cadet.sed erit nostri mora longa laboris.
Atq; nouem uolucres in belli digerit annos.
Ille ut erat uirides amplexus in arbore ramos:
Fit lapis:& seruat serpentis imagine saxum.
Permanet aoniis nereus uiolentus in undis:
Bellaq; non transfert.& sunt qui parcere troiæ
Neptunũ credant:quia mœnia fecerat urbis.
At non thestorides.neq;.n.nescit ue tacet ue
Sanguine uirgineo placandã uirginis iram
Esse deæ.postq̃ pietatem publica causa
Rexq; patrem uicit:castumq; datura cruorem
Flentibus ante aram stetit iphigenia ministris:
Victa dea est:nubemque oculis obiecit:& inter
Officium turbamque sacri uocemque precantum
Supposita fertur mutasse mycenida cerua.
Ergo ubi qua decuit lenita est cæde diana:
Et pariter phœbes:pariter maris ira recessit:
Accipiunt uentos a tergo mille carinæ.
Multaque perpessæ phrygia potiuntur harena.
Orbe locus medio est inter terrasque fretumque:
Cælestesque plagas triplicis confinia mundi.
Vnde quod est usq̃ q̃uis regionibus absit
Inspicit̃:penetratq; cauas uox omnis ad aures.
Fama tenet:sũmaque domũ sibi legit in arce.
Innumerosque aditus ac mille foramina tectis
Addidit:& nullis inclusit limina portis.
Nocte dieque patet.tota est ex ære sonanti.
Tota fremit:uocesque refert:iteratque quod audit.
Nulla quies intus:nullaque silentia parte.
Nec tamen est clamor.sed paruæ murmura uocis:
Qualia de pelagi si quis procul audiat undis
Esse solent. qualemue sonum cum iupiter atras
Increpuit nubes: extrema tonitrua reddũt.
Atria turba tenet. ueniunt leue uulgus:eũtque:
Mixtaque cum ueris passim cõmenta uagantur
Milia rumorũ:confusaque uerba uolutant.
E quibus hi uacuas implent sermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio:mensuraque ficti
Crescit:& auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic credulitas.illic temerarius error:
Vanaque lætitia est: consternatique timores:
Seditioq; recens:dubioque auctore susurri.

Circum sua damna.Circum sua pignora quæ cum maximo suo damno deuorari a dracõe uidebat. Atq; nouem uolucres.Ordo ẽ & sensus. Atq; Calchas digerit:& distribuit annos belli in nouẽ uolucres & aues. Permanet aoniis. Agamẽnon cum apud Aulidem reliquos græciæ principes expectaret:imprudens Dianæ ceruam occidit.Qua re dea irata in tantam tempestatẽ mare excitauit:ut grecoꝝ classis inde discedere nõ posset. Cum autem etiã peste laborarent: consultus Calchas respondit:Dianæ iram Agamemnonio sanguine esse placandam. Tãdem igitur Agamẽnonis quoq; consensu adducta Iphigẽia ad aras ut immolaret̃:a diana dicitur fuisse sacerdoti subrepta ac illius loco cerua suppositа. Bellaq; non transfert.e græcia ad Troiam. Quia mœnia fecerat urbis.Nam una cum Apolline muros urbis troiæ ædificauit neptunus. Virginis deæ. Dianæ. Publica causa.Publica utilitas. Rexq; patrem.hoc est.officium regis patris pietatem expugnauit. Mycenida. Iphigeniam Mycenæã Mycenæ autem urbs est Peloponesi a Mycenæo Spartonis filio ac phoronei fratre dicta. Ergo ubi.ut cygni Neptuni filii cuius corpus nulla ex parte poterat uulnerari: metamorphosin cum superiore connectat poeta:multa prænarrat:Ac primum Famæ aulam describit.deide aduentũ græcorum ad littus troianum.tum protheſilai cædem qui primus egredi i littus troianum ausus ab Hectore fuit interfectus. Phœbes.Dianæ. A tergo.a puppi. Orbelocus medio.Famæ ædium elegans descriptio. Triplicis mundi.ex tribus partibus constantis aere, aqua & terra.

Vsquam.aliquo in loco. Absit.distet. Regionibus.regionum multarum spacio. Fama tenet.habitat. Famam autem incorpoream tanquam corpus habentem describit. Et nullis inclusit limina portis.Ianuas ædium famæ semper ait patere:nec unquã cludi. Qualia de pelagi. Qualia inqt esse solẽt murmura ab undis pelagi ueniẽtia. Increpuit.Crepare &strepere fecit. Cõmenta.ficta.Sic Vergilius. Tã ficti prauiq; tenax q̃nuncia ueri. Confusa.obscura:q̃ difficulter percipi possunt. Vacuas aures.ociosas.Illic credulitas. Famæ comites enumerat poeta.

Consternatique timores. Abeffectu: quod consternatos atque perturbatos homines reddãt.

Susuri.murmura.

In totum orbem. Per totum orbem. Fecerat hæc notum. uulgauerat. Protesilae cadis. Protesilaus isiphili fuit filius: ac Laodomiæ Acasti filiæ maritus. Stant magno, constant, quia fortissimum uirum amiserunt. Fortesq; animæ. Cadunt, uel simile uerbum est subaudiēdū.

Nec cognitus Hector. Sensit subaudiatur. Est enī ordo & sensus. & hector cognitus & clarus sensit nō exiguo sanguine quantum ualerēt græci. Achaica dextera, græcoꝝ uires: q̄uis ad Achillem & Aiacem alludere uidetur: q multos ex troianis iterfecerunt. Signata. infecta sanguine subaudiatur. Proles Neptunia Cygnus. Tandem ad Cygnum quod intendit: poeta peruenit Nam Cygnus Neptuni filius: quod dono patris nullo ferro posset uulnerari: Achillis impetum expectare ausus est: a quo sæpius hasta frustra percussus cum ferri acies corpore illius retundere tur tandem correptus & strāgulatus est. Quem cū Achilles spoliare uellet: arma sine corpore fuisse relicta animaduertit. Nā pater Neptunus illum in auem cygnum iam cōmutarat. Peliacæ cuspidis, pelias hasta Achillis dicta est. Vnde peliacus declinatur. Mars quoq; ob hoc, propter decorem: ut ornatus uideatur non autem ut protegatur. Indistrictus, inuulneratus. Nereide. Thetide nympha Nerei filia. Sed qui nereaq;. Ex eo subaudiat. est autē Neptuni periphrasis. Terga nouena. Nouem tergora & pelles.

Decimo orbe, decimo tergore. Moratum ē. retentum est atq; remoratum. Syncerumq; fuit. Integrum. Apertum, nudatum. Et se præbentem. Se hastæ opponentem. Distringere. uulnerare. Phœniceas uestes, purpureas: q̄bus maxime agrestes tauri in harena irritabantur.

Elusa. Irrita & uana. Ergo, affectui & indignationi seruit hæc dictio ergo.

Ipsa quid in cælo reꝝ pelagoque geratur:
Et tellure uidet: totumque inquirit in orbem.
Fecerat hæc notum: graias cum milite forti
Aduentare rates. neq; inexpectatus in armis
Hostis adest: prohibentq; aditus: littusq; tuentur
Troes: & hectorea primus fataliter hasta
Protesilae cadis: commissaque prœlia magno
Stant danais: fortesq; animæ. nec cognitus hector.
Nec phryges exiguo quid achaica dextera possit
Sanguine senserūt. & iam signata rubebant
Littora. iam leto proles neptunia cygnus
Mille uiros dederat: iam currus stabat achillis.
Totaque peliacæ sternebat cuspidis ictu
Agmina: perq; acies aut cygnū aut hectora quærēs
Cōgreditur cygno. decimum delatus in annum
Hector erat. tum colla iugo canentia pressos
Exhortatus equos currum direxit in hostem.
Cōcutiensque suis uibrantia tela lacertis:
Q uisquis es o iuuenis dixit: solamen habeto
Mortis: ab hæmonio quod sis iugulatus achille.
Hactenus æacides. uocem grauis hasta secuta ē.
Sed q̄q̄q̄ certa nullus fuit error in hasta:
Nil tamen emissi profecit acumine ferri.
Vtq; hebeti pectus tantūmodo contudit ictu.
Nate dea (nam te fama prænouimus) inquit
Ille: quid a nobis uulnus miraris abesse?
(Mirabatur. n.) non hæc quam cernis equinis
Fulua iubis cassis. nec onus caua parma sinistræ
Auxilio mihi sunt. decor est quæsitus ab istis.
Mars quoq; ob hoc cape arma solet. remouebit' oē
Tegminis officium. tamen indistrictus abibo.
Est aliquid non esse satum nereide: sed qui
Nereaq; & natas & totum temperat æquor.
Dixit: & hæsuꝝ clypei curuamine telum
Misit in æaciden: quod & æs & proxima rūpit
Terga nouena boum. decimo tamē orbe moratū ē.
Excipit hæc heros. rursusq; trementia forti
Tela manu torsit. rursus sine uulnere corpus
Synceꝝq; fuit. nec tertia cuspis apertum
Et se præbentem ualuit distringere cygnum.
Haud secus exarsit q̄ circo taurus aperto:
Cum sua terribili petit irritamina cornu
Phœniceas uestes: elusaq; uulnera sentit.
Numtamen exciderit ferrum considerat hastæ.
Hærebat ligno. manus est mea debilis ergo?
Q uaq; ait ante habuit uires effudit in uno?

Nã certe ualuit:uel cum lyrneſia primum
Mœnia deieci:uel cum tenendonq; ſuoq;
Eetionias impleui ſanguine thebas.
Vel cum purpureus populari cæde caycus
Fluxit:opuſq; meæ bis ſenſit telephus haſtæ.
Hic quoq; tot cæſis:quorum per littus aceruos
Et feci & uideo:ualuit mea dextra:ualetq;.
Dixit:& ante actis ueluti male crederet:haſtam
Miſit in aduerſum lycia de plebe nemeten.
Loricamq; ſimul ſubiectaq; pectora rupit.
Quo plangente grauem moribũdo pectore terrã:
Extrahit illud idem calido de uulnere telum.
Atq; ait.hæc manus eſt·hæc q̃ mõ uicimus haſta.
Vtar in hoc idem.ſit in hoc precor exitus idem.
Sic fatur.cygnumq; petit.nec fraxinus errat:
Inq; humero ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde uelut muro ſolidaque a caute repulſa eſt.
Qua tamen ictus erat ſignatum ſanguine cygnũ
Viderat:& fruſtra fuerat gauiſus achilles.
Vulnus erat nullum.ſanguis fuit ille nemetæ
Tum uero præceps curru fremebundus ab alto
Deſiliit:& nitido ſecurum cominus hoſtem
Enſe petens:parmam gladio galeamq; cauari
Cernit:& in duro lædi quoq; corpore ferrum.
Haud tulit ulterius:gladioq; aduerſa reducto
Ter quater ora uiri.capulo caua tempora pulſat:
Cedentemq; ſequens inſtat:turbatque ruitque.
Attonitoq; negat requiem.pauor occupat illum.
Ante oculoſq; natant tenebræ:retroq; ferenti
Auerſos paſſus medio lapis obſtitit aruo:
Quem ſuper impulſum reſupino corpore cygnũ
Vi multa uertit:terræque affixit achilles.
Tum clypeo genibuſque premens præcordia duris
Vincla trahit galeæ:quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces:& reſpiramen iterque
Eripiunt animæ.uictum ſpoliare parabat.
Arma relicta uidet.corpus deus æquoris albam
Contulit in uolucrem:cuius mõ nomen habebat.
Hic labor.hæc requiem multorum pugna dierũ
Attulit:& poſitis pars utraque ſubſtitit armis.
Dumq; uigil phrygios ſeruat cuſtodia muros:
Et uigil argolicas ſeruat cuſtodia foſſas:
Feſta dies aderat:qua cygni uictor achilles
Pallada mactatæ placabat ſanguine uaccæ:
Cuius ut impoſuit profecta calentibus aris:
Et diis acceptus penetrauit in æthera nidor:

Lyrneſia mœnia. Lyrneſus urbs Troadis quã græci dripuerunt. Vndæq; Briſeida rapuit Achilles. Solus Echiõias. Corrupteqdẽ ſic legit eoꝝ culpa:q ſibi oia p̃mittũt in iis inuertẽdis:q̃ in priſcis exemplaribus deſcripta non p̃cipiunt. Cũ.n. quaſnam Ouidius eetionias thebas uocaret:minus intelligerẽt hoies & impiti & temerarii non ſolũ Eetiõias in Echiõias iuerterũt: ſed hoc quoq; nomẽ Solus ex cõmodo ſuo aſcripſerũt: ignorantes Echionias thebas in Bœotia eẽ: quæ pro græcis contra troianos ſenſerunt: ut aperte in ſecundo iliados narrat Homerus. Quas autẽ ſe iactat expugnaſſe Achilles in Cilicia ſunt: Eetiõiæ dictæ ab Eetione Andromaches patre: quem ab Achille interfectũ thebenq; urbẽ Ciliciæ excelſã fuiſſe depopulatam apud Homerum Andromache de ipa conqueritur. thebæ autem multarum urbiũ ẽ nomẽ. Siquidẽ & in Aegypto & in bœotia. & in Cilicia & in Syria: & in ionia iuxta miletũ: & in attica & in theſſalia Phthiotide. Thebæ ſane ciliciæ p̃ troianis cõtra græcos arma ſumpſerũt.

Purpureus caycus. Fluuius eſt Myſiæ caycus: quam regionem græci deuaſtarunt: ne troianis ferre auxilium poſſet. Cæde populari. Occiſione populi ſui. Bis ſenſit Telephus. Telephus Herculis fuit filius ex Auge nympha: qui expoſitus a cerua dicitur fuiſſe educatus: robuſtuſq; effectus Lyciis imperauit. Sentiens autem pro troianis ab Achille quidem in fœmore fuit uulneratus: ſed a ſuis protectus mortem effugit. Cum uero nulla remedia uulneri inuenirent: Apollo conſultus reſpõdit aliter non poſſe ſanari: niſi iterum ſe Achilli præberet uulnerãdum. Quod cũ feciſſet incolumis euaſit. Hoc autem Plynius ad naturalem referens rõnem ait. Ferri naturam ſtipticam eẽ. Ideoq; medicos emplaſtris plagaꝝ limaturam ferri adhibere ſolere. unde & Achiles inquit doctus a Chirone per decuſſionem ferri Telephi uulnus dr̃ curaſſe. Ab alto. curru ſubaudiatur. Securum hoſtem. Cygnum nihil timentem: quia uulnerari non poterat. Ferrum lædi. retundi. Ter quater. Sæpius: Cedentem. retro ſubintelligatur Tenebræ natant. uolitant. Attonitus enim nihil proſpicere poterat. Affixit terre. proſtrauit. Trahit. trahẽs ſtringit. Elidunt. comprimunt. Contulit in uolucrẽ. conuertit in uolucrem non nouam. ſed in quam cygnus Stheneli regis Lygurũ filius caſu Phaethõtis ſine ſine dolẽs fuerat commutatus: ut in ſecũdo poeta narrauit. Hic labor. Deſcripturus poeta duplicem Cænei mutationem (Nam & ex fœmina in uirum & ex uiro in auem eſt tranſfiguratus) ſacrificia cõuiuiaq; græcorum principum prælium q; Lapytharum cum centauris in Pirithoi nuptiis prænarrat. Foſſas caſtrorum.

Profecta. exta. Acceptus gratus. Nidor: odor proprie toſtarum carnium.

Sacra tulere ſuam.pars eſt data cætera menſis.
Diſcubuere toris proceres:& corpora toſta
Carne replent:uinoq; leuãt curaſq; ſitimq;.
Non illos citharæ.non illos carmina uocum
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Sed noctem ſermone trahunt:uirtuſq; loquendi
Materia eſt,pugnam referunt hoſtiſq; ſuamque:
Inque uices adita atque exhauſta pericula ſæpe
Cõme morare iuuat.quid.n. loqueretur achilles?
Aut quid apud magnũ potius loquerẽtur achillẽ?
Proxima præcipue domito uictoria cygno
In ſermone fuit.uiſum mirabile cunctis:
Q uod iuuenis corpus nullo penetrabile telo:
Inuictũque a uulnere erat ferrumque terebat.
Hoc ipſe æacides.hoc mirabantur achiui:
Cum ſic neſtor ait.ueſtro fuit unicus æuo
Contemptor ferri:nulloque forabilis ictu
Cygnus.at ipſe olim patientem uulnera mille
Corpore non læſo perrhæbum cænea uidi:
Cænea perrhæbum:qui factis inclytus othryn
Incoluit:quoque id miꝛ magis eſſet in illo:
Fœmina natus erat.monſtri nouitate mouentur
Q uiſquis adeſt:narretq; rogant:quos iter achilles
Dic age(nam cunctis eadem eſt audire uoluntas)
O facunde ſenex æui prudentia noſtri:
Q uis fuerit cæneus.cur in contraria uerſus.
Q ua tibi militia.cuius certamine pugnæ
Cognitus.a quo ſit uictus:ſi uictus ab ullo eſt.
Tum ſenior.q̃uis obſtet mihi tarda uetuſtas:
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis:
Plura tamen memini:nec quæ magis hæreat ulla
Pectore res noſtro eſt inter belliq; domuſq;
Acta tot.at ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus
Spectatorem operꝭ multorum reddere:uixi
Annos bis centum.nunc tertia uiuitur ætas.
Clara decore fuit proles elateia cænis
Theſſalidum uirgo pulcherrima: perq; propiquas
Perq; tuas urbes(tibi enim popularis achille)
Multorum fruſtra uotis optata procoꝭ.
Tẽptaſſet peleus thalamos quoq; forſitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris:
Aut fuerant promiſſa tuæ.nec cænis in ullos
Denupſit thalamos:ſecreraq; littora carpens
Aequorei uim paſſa dei eſt.ita fama ferebat.
Vtq; noua ueneris neptunus gaudia cepit
Sint tua uota licet dixit ſecura repulſæ

Sacra tulere ſuam.Sacrificia habuere ſuam portionem. Toſta carne.Nam Heroes elixis nõ uescebantur carnibus. Multifori buxi. Multa foramina habentis. Hæc aũt oblectamẽta ocioſorum & delicatorum ſunt non fortiũ atq; bellicoſorum. Virtus.fortitudo. Ehxauſta.expugnata.ac ſuperata. Terebat.hebetabat.retundebat

Forabilis.penetrabilis. Perrhæbum Cænea uidi.Cænis Elathei lapythæ filia fuit:cui Neptunus cum uim intuliſſet:copiam fecit: ut quicqd uellet optaret. Se enim omnino cõceſſurũ. Puella ut uir inuulnerabilis efficereť petiit.Id illi benigne p̃ſtitit Neptunus: Cæneuſq; uocatus in pugna a Cẽtauris in nuptiis pirithoi excitata:multos hoſtium cum interfeciſſet:neq; ipe cuiuſquã ferro uulnerari poſſet.a Centauris tandem cõiectis arboribꝫ fuit oppreſſus: in auemq; a Neptuno tranſmutatus. Perrhæbum. Perræbus urbs ẽ Theſſaliæ.Vnde perrhæbæus &perrhæbus nomen gentile declinatur.Cuius nominis cum prima ſyllaba ſit breuis:duplicato r a poeta,pducta eſt. Othryn.Mons ẽ Theſſaliæ otrhys notiſſimus. Cur in contraria uerſus.ex fœmina in marem. Multaq; me fugiant.multorum ſim obliitus. Tibi enim popularis achille. Ex eodem quo tu o Achille populo fuit. Multorum fruſtra uotis.Nulli enim unquam nubere uoluit.

Secretaq; littora carpẽs.per ſecreta littora ambulans.Aequorei dei.Neptuni. Ita fama ferebat. Sic dicebatur ab oĩbus Cœnim a Neptuno fuiſſe compreſſam. Secura repulſæ.Nullã timẽtia repulſam.

Elige quid uoueas.eadem quoq; fama ferebat.
Magnum:cænis ait: facit hæc iniuria uotum.
Tale pati iam posse nihil:da fœmina nesim.
Omnia præstiteris.grauiore nouissima dixit
Verba sono:poteratq; uiri uox illa uideri:
Sicut erat.nam iam uoto deus æquoris alti
Annuerat:dederatq; super:ne saucius ullis
Vulneribus fieri:ferroue occumbere posset:
Munere lætus abit:studiisq; uirilibus æuum
Exigit atracides:peneiaq; arua pererrat.
Duxerat hippodamen audaci ixyone natus:
Nubigenasq; feros positis ex ordine mensis
Arboribus tecto discumbere iusserat antro.
Hæmonii proceres aderant.aderamus & ipsi.
Festaq; confusa resonabat regia turba.
Ecce canunt hymenæon.& ignibus atria fumant.
Cinctaq; adest uirgo matrumq; nurusq; caterua
Præsignis facie.felicem diximus illa
Coniuge pirithoum:quod pene fefellimus omen.
Nam tibi sæuoq; seuissime centauroq;
Euryte q̄ uino pectus:tam uirgine uisa
Ardet:& ebrietas geminata libidine regnat.
Portinus euersæ turbant conuiuia mensæ:
Raptaturq; comis per uim noua nupta prehensis.
Eurytus hippodamen.alii quam quisq; probabat:
Aut poterant:rapiunt:captæq; erat urbis imago.
Fœmineo clamore sonat domus.ocius omnes
Surgimus:& primus:quæ te uæcordia theseus
Euryte pulsat? ait:qui me uiuente lacessas
Pirithoum:uiolasq; dūos ignarus in uno?
Neue ea magnanimus frustra memorauerit heros:
Summouet instantes: raptamq; furentibus aufert.
Ille nihil contra.neque enim defendere uerbis
Talia facta potest.sed uindicis ora proteruis
Insequitur manibus:generosaq; pectora pulsat.
Forte fuit iuxta signis extantibus asper
Antiquus crater:quem uastum uastior ipse
Sustulit ægides:aduersaque misit in ora.
Sanguinis ille globos pariter cerebrūque merūque
Vulnere & ore uomens madida resupinus harena
Calcitrat.ardescunt germani cæde bimembres:
Certatiq; omnes uno ore arma arma loquuntur.
Vina dabant animos:& prima pocula pugna
Missa uolant:frangilesq; cadi curuiq; lebetes:
Res epulis quondam.nūc bello & cædibus aptæ.
Primus ophionides amycus penetralia donis

Quid uoueas.q̄d optes. Magnū facit hæc iniuria uotū. Hæc iniuria efficit: ut magna petere possim. Nihil tale. Talem uiolentiam ne pati possim. Omnia præstiteris. Omnia mihi uideberis præstitisse. Dederatq; super. insuper concesserat. Atracides. Atrax fluuius est ætoliæ. unde Atracides declinatur. Peneia arua. Per quæ Peneus labitur. Duxerat hippodamē. Pirithous ixyonis nō ex nube sed ex cōiuge filius Hippodamiam uxorem duxit. ad cuius nuptias Cētauros lapythasq; iuitauit. sed Centauri in primisq; Eurytus uino calens uim noue nuptæ afferre cū uellet: maximā excitauit pugnam. In qua cum multi utrinq; cecidissent: lapythæ tādem superiores euaserunt. Audaci ixyone. qui ausus est deos pro interpellare Iunonem: quæ ei nubem sibi similem obiecit: ex qua centauri sunt nati. Nubigenas feros. cētauros feroces ex nube genitos.

Confusa turba. Variorum populorum. Cinctaq; adest uirgo. circūdata multitudine matronarum. Quod pene fefellimus omen. Quod omen pene falsum effecimus propter eam quæ secuta est: rixam. Geminata libidine. Et uini & uirginis. Quæ uecordia Theseus Euryte Pulsat? ait. Bene Theseus ꝓtes Pirithoi susc̄ipit: cui amicitia tāta cōiūctus erat: ut inter paria amicorum: primi numerent. Violasq; duos ignarus in uno. Ex prouerbio græco de ueris amicis hoc sumptum esse uidetur. σώματα μὲν δύο. ψυχὴ δὲ μία. hoc est. Corpora q̄dem duo. Anima uero una. Sed uindicis. Thesei q̄ nouā nuptam a Centaurorum iniuria liberarat. Extātibus. eminentibus. Crater. Vrceus. Aegides. Theseus ægei filius. Calcitrat. Calcibus terrā percutit. Bimembres. Centauri qui & hominis & equi membra habebant. Arma arma loquūtur. Clamāt. Ophionides amycus. Ophionis filius. Penetralia. Sacraria.

Illisit.intorsit.cum impetu misit. In ore nō cognoscendo.In facie quæ propter ossium cōfusionem cognosci non poterat. Pelleus pelates. Pella nomen est multarum urbium. Nam & in macedonia & in Thessalia & in Achaia & i syria est pella.Vnde pellæus deriuat. Sed pella Macedoniæ Alexādri magni patria bunomos &bunomia prius fuit dicta.Pella aūt cognominata est a Pella conditore. Spumantem.expuentem.cū spuma eiicientem. Immanē.maximam. Reluctantis.repugnantis.resistētis. Canendo.Incantando. Figitur gryneus lumina.Figurate p synegdochē poeticam talia dicuntur.Nam soluta oratio lumina figūtur.exposceret:& oculi eruuntur. Primitium torrem. Principalem titionem. Dedit.Edidit.emisit. Eduxit. extraxit igne. Lacubus. Inlacus. Permittat. Immitat. iaciat. Semicremo. Semicremato. Sederūt. depssa fuerunt. Prima lanugine.prima barba.

Haud timuit spoliare suis:& primus ab æde
Lampadibus densum rapuit funale coruscis.
Elatumq; alte:ueluti qui candida tauri
Rumpere sacrifica molitur colla securi:
Illisit fronti lapithæ celadontis:& ossa
Non cognoscendo confusa reliquit in ore.
Exiliere oculi:disiectisque ossibus oris
Acta retro naris:medioque est fixa palato.
Hunc pede conuulso mensæ pellæus acernæ
Strauit humi pelates deiecto in pectora mento:
Cumq; atro mixtos spumantem sanguine dentes
Vulnere tartareas geminato misit ad umbras.
Proximus ut steterat:spectans altaria uultu
Fumida terribili:cur non ait utimur istis?
Cumq; suis gryneus immanem sustulit aram
Ignibus:& medium lapithaȝ iecit in agmen.
Oppressitque duos brotean & orion.orio
Mater erat mycale.quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua lunæ.
Non impune feres:teli modo copia detur:
Dixerat exadius:telique habet instar in alta
Q uæ fuerant pinu:uotiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici gryneus lumina ramo:
Eruiturque oculos:quoȝ pars cornibus hæret.
Pars fluit in barbam:concretaque sanguine pēdet.
Ecce rapit mediis flagrantem rhethus ab aris
Primitium torrem:dextraq; a parte charaxi
Tempora perfregit fuluo protecta capillo.
Correpti rapida:ueluti seges arida:flam ma
Arserunt crines:& uulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit.ut dare ferrum
Igne rubens plerȝq; solet:quod forcipe curua
Cum faber eduxit:lacubus demittit.at illud
Stridet:& in tepida submersum sibilat unda.
Saucius hirsutis auidum de crinibus ignem
Excutit:inq; humeros limen tellure reuulsum
Tollit onus plaustri:quod ne permittat in hostem:
Ipsa facit grauitas.socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore cometen.
Gaudia nec retinet rhethus.sic comprecor inquit
Cætera sit fortis castroȝ turba tuorum.
Semicremoq; nouat repetitum stipite uulnus:
Terque quaterque graui iuncturas uerticis ictu
Rupit:& in liquido sederunt ossa cerebro.
Victor ad euagrum coritumq; dryantaque transit:
E quibus ut prima tectus lanugine malas

Procubuit coritus: puero quæ gloria fuſo
Parta tibi eſt euagrus ait: nec dicere rhethus
Plura ſinit: rutilaſq; ferox in aperta loquentis
Condidit ora uiri: perque os in pectora flāmas.
Te quoq; ſæue drya circum caput igne rotato
Inſequitur: ſed non in te quoq; conſtitit idem
Exitus aſſidue ſucceſſu cædis ouantem
Q ua iuncta eſt humero ceruix: ſude figis obuſta.
Ingemuit: duroque ſudem uix oſſe reuellit
Rhœthus: & ipſe ſuo madefactus ſāguine fugit.
Fugit & arnæus lycidaſque: & ſaucius harmo
Dexteriore medon: & cum piſenore caumas:
Q uique pedum nuper certamine uicerat omnes
Mermeros: accepto tum uulnere tardius ibat.
Et pholus: & meneleus: & abas prædator aprox:
Q uique ſuis fruſtra bellum diſuaſerat augur
Aſtylos. ille etiam metuenti uulnera neſſo
Ne fuge. ad herculeos iquit ſeruaberis arcus.
At nō curinomus lycidaſq; & araeos & imbreus
Effugere necem: quos omnes dextra dryantis
Perculit aduerſos. aduerſum tu quoque q̄is
Terga fugæ dederas uulnus cænæe tuliſti.
Nam graue reſpiciens inter duo lumina ferrum:
Q ua naris fronti cōmittitur: accipis imæ.
In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus uenis inexperrectus aphidas:
Languentiq; manu carcheſia mixta tenebat:
Fuſus in oſſæ uilloſis pellibus urſæ:
Q uē procul ut uidit fruſta nulla arma mouētem:
Inſerit amento digitos: miſcendaq; dixit
Cum ſtyge uina bibes phorbas. nec plura locutus
In iuuenem torſit iaculum: ferrataq; collo
Fraxinus: ut caſu iacuit reſupinus: adacta eſt
Mors. caruit ſenſu: plenoq; e gurgite fluxit
Inq; toros inq; ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego petræum conantem tollere terra
Glandiferā quercum: quā dū complexibus ambit:
Et quatit huc illuc: labefactaq; robora pulſat:
Lancea pirithoi coſtis immiſſa petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidiſſe lycum uirtute ferebant:
Pirithoi uirtute chromum. ſed uterq; minorem
Victori titulum q̄ dictys helopſq; dederunt.
Fixus helops iaculo. qd̄ peruia tempora fecit:
Et miſſum a dextra leuam penetrauit ad aurem.
Dictys ab ancipiti delapſus acumine montis

Sed non in te quoq; conſtitit idem exitus. Nā Dryas Centauros ipſumq; in primis Rhoetum in fugam conuertit. Sude obuſta: Præuſto palo. Quiq; ſuis fruſtra. Centauris. Ad Herculeos arcus. Nā neſſus: ut ſuperius poeta expoſuit: cum Deianiræ Herculis uxori uim afferre uellet ab Hercule ipo ſagitta hydræ ueneno tincta trāſfixus eſt. Perculit. Percuſſit. Cōmittitur. Cōiungitur. Imæ fronti. Infimæ frontis parti.

Sopitus uenis. ppter ebrietatem. Carcheſia Carcheſium uas eſt uinarium. Vrſæ oſſæa. Vrſæ quæ in oſſa monte fuerat capta. Ab oſſa nanq; oſſæus deriuatur. Amento. Loro quo iaculatores utunt: ut longius haſtas emittant. Fraxinus ferrata. Haſta ex fraxino munita ferro acuſpidem ferream habens. Mors caruit ſenſu. Sopitus enim ac ebrius erat. Plenoq; e gurgite Ventre: quem propter magnitudinem gurgitē uocat. Inq; toros. In lectum & urſæ pellem.

Tollere. Euellere. Labefacta robora. Labefactam quercum. Robora autem legendum eſt. non corpora: ut fere in exemplaribus ē depraua-tum. Coſtis. per coſtas. Luctantia renitētia.

Minorem titulum. minorem gloriam. Dictys. Centauri nomē eſt: nō appellatio.

Ab acumine.Vertice cacumine. Suaq; indu it ilia fractæ.hoc est. Suisq; ilibus cooperuit fractam ornum. Dicimus autem induo te uestem & tibi. Mittentem.mittere uolentem. Inuti le.propter brachium fractum. Vacat.otiū habet. Nisi ipsum.Seipsum. Robore nodoso. Claua nodis plena. Immissa.Protēsa.lōga. Extantem. Eminentem. Vltra.Vlterius. Magno molimine.magno conatu. Recessit.Refugit.Ipse.Theseus. Abscindit.Auellit. Amyntor.rex dolopum fuit ac Phœnicis pater. Pacis pignusque fidem. Significat crantorem peleo obsidem ab Amyntore fuisse datum. Disiectum:Dissipatum. Mentis quoq; uiribus.etiā indignatione mentis. Virum. Peleum uirtute præditum. Duo pectora. Et equi & hominis Centaurus.enim. Collato marte. cominus.

Dum fugit instantem trepidans ixyone natū
Decidit in præceps:& pōdere corporis ornum
Ingentem fregit:suaq; induit ilia fractæ.
Vltor adest phereus:saxumq; e monte reuulsum
Mittere conatur.mittentem stipite querno
Occupat ægides:cubitiq; ingentia fregit
Ossa:nec ulterius dare corpus inutile leto
Aut uacat aut curat:tergoq; bianoris alti
Insilit haud solito quenq̄ portare nisi ipsum.
Oppositq; genu costis:prensamq; sinistra
Cæsariem retinens uultum minitantiaq; ora
Robore nodoso præduraq; tempora fregit.
Robore nedymnum iaculatoremq; lycoten
Sternit:& immissa protectum pectora barba
Hippason:& summis extantem ripea syluis.
Tereaq; æmoniisqui prensos montibus ursos
Ferre domum uiuos indignantesq; solebat.
Haud tulit utentem pugnæ successibus ultra
Thesea demoleon:solidoque reuellere dumo
Annosam pinū magno molimine temptat.
Quod quia non potuit:præfractā misit in hostē.
Sed procul a telo theseus ueniente recessit
Pallados admonitu.credi sic ipse uolebat.
Non tamen arbor iners cecidit.nam crātoris alti
Abscindit iugulo pectusq; humeroq; sinistrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris achille.
Quem dolopum rector bello superatus amyntor
Aeacidæ dederat pacis pignusq; fidemque.
Hunc procul ut fœdo disiectum uulnere peleus
Vidit:at inferias iuuenum gratissime crantor
Accipe ait:ualidoq; in demoleonta lacerto
Fraxinea m misit mentis quoque uiribus hastam:
Que latere cratem perrupit:& ossibus hærens
Intremuit.trahit ille manu sine cuspide lignum.
Id quoq; uix sequitur.cuspis pulmone retenta est.
Ipse dolor uires animo dabat.æger in hostem
Erigitur:pedibusq; uix proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea clypeoq; sonantes.
Defensatq; humeros:prætentaq; sustinet arma.
Perq; harmos uno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen leto dederat phlegræon & hilen
Eminus.hiphinoum collato marte Damirq;.
Additur his Dorilas:qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi:sæuiq; uicem præstantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.

Huic ego (nam uires animus dabat) aspice dixi:
Quantum concedant nostro tua cornua ferro.
Et iaculum torsi: quod cum uitare nequiret:
Opposuit dextram passuræ uulnera fronti.
Affixa est cum fronte manus, fit clamor, at illum
Hærentem peleus & acerbo uulnere uictum
(Stabat. n. propior) mediam ferit ense sub aluum.
Prosiliit: terraq; ferox sua uiscera traxit.
Tractaq; calcauit: calcataq; rupit: & illis
Crura quoque impediit: & inani concidit aluo.
Nec te pugnantem tua cyllare forma redemit:
Si modo naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiens, barbæ color aureus: aureaq;
Ex humeris medios coma pendebat in harmos.
Gratus in ore uigor, ceruix humeriq; manusque:
Pectoraq; artificum laudatis proxima signis:
Ex qua parte uir est, neque equi mendosa sub illo
Deteriorq; uiro facies, da colla caputque:
Castore dignus erit, sic tergum sessile, sic sunt
Pectora celsa toris, totus pice nigrior atra
Cãdida cauda tamẽ, color ẽ quoq; cruribus albus.
Multæ illum petiere sua de gente, sed una
Abstulit hylonome, qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina syluis.
Hæc & blanditiis & amando & amare fatendo
Cyllaron una tenet, cultus quoque quantus in illis
Esse potest membris: ut sit coma pectine lenis.
Vt modo rore maris, modo se uiola ue rosa ue
Implicet, interdum canentia lilia gestet.
Bisque die lapsis pagasæ uertice syluæ
Fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat.
Nec nisi quæ deceant: electaq; feraq;
Aut humero aut lateri prætendat uellera leuo.
Par amor est illis, errant in montibus una.
Antra simul subeunt: & tum lapitheia tecta
Intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto est, iaculum de parte sinistra
Venit: & inferius qua collo pectora subsunt
Cyllare te fixit, paruo cor uulnere lesum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.
Portinus hylonome morientes excipit artus.
Impositaq; manu uulnus fouet: oraq; ad ora
Admouet: atq; animæ fugienti obsistere temptat.
Vt uidet extinctum: dictis quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas: telo quod inhæserat illi
Incubuit: morienscq; suum complexa maritum est.

Quantum concedant, Quanto sint inferiora
Sub mediam aluum, Circa medium uentrẽ.
Terra, per terram. Tua cyllare forma, Tua forma, Tua pulchritudo. Cyllarus aũt & Centauri & equi a Castore domiti nomen est. Vergilius Domitus pollucis habẽis Cyllarus. Illi naturæ. Cẽtauroq; cum sint ex parte equi, ex parte homines non uidentur esse posse formosi. Laudatis proxima signis. Statuis nõ uulgaribus sed approbatis simillima. Sessile, latum aptumq; ad sedendum. Aliter sessiles lecticas dicimus. Sedentes. n. intelligimus. Toris. ppter toros & eminentes carnes. Petiere, appetiuere. Sua de gẽte. De centauroq; genere. Hylonome. syluã de pascens interpretari potest. Semiferas. Cẽtauras. Cultus, ornatus. Rore maris. Rore marino herba suauis odoris. Pagasææ siluæ. Vicinæ pagasis urbi Thessaliæ, quæ fontibs abundat. unde & nomen. πηγη nanq; fons dicit. Prætẽdat, opponat. Lateri leuo. Sinistro. Dextrũ eni erat nudum. Refrixit, extinctum est. Arcuit. Vetuit. Prohibuit.

Codice qui misso.stipite.trunco. Phonole/
niden.Phonoleni filium. Fracta uolubilitas ca/
pitis.Rotunditas capitis. Lac concretum.Coa
gulatum. Manat.Fluit. Hicce legẽdũ est: ne
iambus fiat:quẽ nõ recipit heroicus uersus. Hic
enim pronomẽ corripi notius est:q̃ ut sit admo/
nendũ. Scit tuus hoc genitor. Peleus nã Achil
lem alloquitur Nestor. Signa uides. Cicatricẽ
uulneris accepti indicat Nestor. Tunc ego de/
bueram.Eleganter senis mores exprimũtur. So
lent nanq; senes se laudare. Nullus. Non. No/
men pro aduerbio positum est. Cornum. ha/
stam ex corno confectam. Quadrupedantis.
Quatuor pedibus currentis.Cẽtaurus nãq; erat.
Vecte pelethronius Macareus. Pelethronium
Thessaliæ mons est.unde pelethronius declinat.
Eridupum.Grauiter strepens Eridupus iter/
pretatur. Ampycidem mopsum.Mopsus fili/
us fuit Apollinis ex Hymante:ut quidam dicũt:
ut alii: ex mãto Tyresiæ filia.Hic fuit uates Vene
randus:qui: ut Pomponius Mela scribit:in fini/
bus Pamphiliæ Phaselimurbẽ condidit.Cur aũt
Ampycides dicatur legisse me non memini.
Nacedoniaq; sarissa. Sarissæ hastæ sunt Mace
donum.Vt pila Romanorum.gessa gallor̃. Et
te cæni feram? cum magna indignatione hæc di
cit Latreus.Ac si diceret.Nequaq̃ patiar te meos
socios interficere.Cæneum autem per contem/
ptum cænim uocat:ac si adhuc fœmina esset.
Quo præmia facto.concubitum cum Neptu
no illi exprobrat. Quid uel nata uide.Nam fœ
mina. Vel quid sis passa.Neptuni nanque uim
passa es.

Ante oculos stat & ille meos:qui sæua leonum
Vinxerat inter se connexis uellera nodis
Phæocomes hominem simul protectus equumq;
Codice qui misso:quem uix iuga bina mouerent
Iuncta:phonoleniden a summo uertice fregit
Fracta uolubilitas capitis latissima:perque os
Perq; cauas nares.oculos auresque cerebrum
Molle fluit:ueluti concretum uimine querno
Lac solet:ut ue liquor rari sub pondere cribri
Manat:& exprimitur per densa foramina spissus.
Ast ego dum parat hic armis nudare iacentem
(Scit tuus hoc genitor)gladium spoliantis in ima
Ilia demisi chthonius quoque teleboasque
Ense iacent nostro.ramum prior ille bifurcum
Gesserat.hic iaculum.iaculo mihi unlnera fecit.
Signa uides.apparet adhuc uetus inde cicatrix.
Tunc ego bebueram capienda ad pergama mitti.
Tunc poteram magni si non superare:morari
Hectoris arma meis.illo sed tempore nullus
Aut puer hector erat.nunc me mea deficit ætas.
Quid tibi uictorem gemini periphanta pyreti?
Ampyca quid referã? qui quadrupedãtis orcli
Fixit in aduerso cornum sine cuspide uultu?
Vecte pelethronius macareus in pectus adacto
Strauit eridupum.memini & uenabula condi
Inguine nessæi manibus coiecta cymeli.
Nec tu crediderís tantum cecinisse futura
Ampycidem mopsum.mopso iaculante biformis
Occubuit:frustraq; loqui temptauit odites.
Ad mentum lingua:mentoq; ad guttura fixo.
Quinq; neci cæneus dederat:styphelũq; bromũq;
Antimacumq; helymũq; securifer̃q; pyramon.
Vulnera non memini.numer̃ nomenq; notaui.
Prouolat æmathii spoliis armatus alæsi:
Quem dederat leto membris & corpore latreus
Maximus.huic ætas inter iuuenemq; senemq;.
Vis iuuenilis erat.uariabant tempora cani:
Qui clypeo gladioque macedoniaque sarissa
Cõspicuus:faciemque obuersus in agmẽ utrũque
Armaque concussit:certumque eqtauit in orbem.
Verbaque tot fudit uacuas animosus in auras.
Et te cæni feram? nam tu mihi fœmina semper
Tu mihi cænis eris.nec te natalis origo
Cõmouit:mentemque subit:quo præmia facto
Quaque uiri falsam speciem mercede parasti?
Quid uel nata uide:uel quid sis passa:columque

I cape cum calathis:& ſtamina pollice torque.
Bella relinque uiris.iactantia talia cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta:
Q ua uir equo comm̃iſſus erat.furit ille dolore.
Nudaq; pellei iuuenis ferit ora lanceola.
Non ſecus hæc reſilit:q̃ tecti a culminie grando:
Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo.
Cominus aggreditur:lateriq; recondere duro
Luctatur gladium.gladio loca peruia non ſunt.
Haud tamen effugies.medio iugulaberis enſe:
Q uãdoquidẽ mucro ẽ hebes inquit: & ĩ latus enſẽ
Obliquat:longaq; amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemitus ut corpore marmoris icto
Fractaq; diſſiluit percuſſa lamina collo.
Vt ſatis illeſos miranti præbuit artus:
Nunc age ait cæneus:noſtro tua corpora ferro
Temptemus:capuloq; tenus demiſit in harmos
Enſem fatifeꝝ:cæcamq; in uiſcera mouit
Verſauitq; manum:uulnuſq; in uulnere fecit.
Ecce ruunt uaſto trepidi clamore bimembres:
Telaq; in hũc omnes unum mittũtq;:feruntq;.
Tela retuſa cadunt:manet imperfoſſus ab omni
Inque cruentatus cæneus elateius ictu.
Fecerat attonitos noua res.heu dedecus ingens
Monychus exclamat.populus ſuperamur ab uno
Vixq; uiro.q̃q̃ ille uir eſt.nos ſegnibus actis
Q uod fuit ille:ſumus. qd mẽbra ĩmania proſunt:
Q uid geminæ uires:& quid fortiſſima reꝝ:
In nobis duplex natura animalia iunxit:
Nec nos matre dea.nec nos ixyone natos
Eſſe reor:qui tantus erat:iunonis ut altæ
Spem caperet.nos ſemimari ſuperamur ab hoſte.
Saxa trabeſq; ſuper totoſq; inuoluite montes:
Viuacemq; animam miſſis elidite ſyluis.
Sylua premat fauces:&erit pro uulnere pondus.
Dixit:& inſanis deiectam uiribus auſtri
Forte trabem nactus ualidum coniecit in hoſtem:
Exemplumq; fuit:paruoq; in tempore nudus
Arboris othrys erat:nec habebat pelion umbras.
Obrutus immani tumulo ſub pondere cæneus
Aeſtuat arboreo: cõiectaque robora duris
Fert humeris.ſed.n.poſtq̃ ſuper ora caputque
Creuit onus.nec habet quas ducat ſpiritus auras.
Deficit interdum.modo ſe ſuper aera fruſtra
Tollere conatur:iactaſq; euoluere ſyluas.

Iactanti.Inaniter clamanti. Eruit. Aperuit.
Commiſſus.coniunctus. Pellei iuuenis. Cæ nei a Pella urbe originẽ ducentis. Cominus. Prope. Luctatur.conatur. Gemitus.ſtrepi/ tus. Vt corpore marmoris icto. tanq̃ marmo/ re pcuſſo. Vulnuſq; in uulnere fecit.Nam cum iam uulnus feciſſet:manũ uerſando alia uulnera faciebat. Inq; cruentatus.Dyalyſis unius dicti onis in duas:q̃ & Tmeſis dicit. Noua res nouũ miraculum. Monychus exclamat.Monychus ſolidæ ungulæ interprætari poteſt. Populus ſu peramur.Figurata locutio. Quãquã ille uir ẽ.ua lidus atq; robuſtus.Eſt autem correctio ſuperio ris dicti Segnibus actis.Ignauis factis. Ani/ malia fortiſſima.hominem & equum. Matre dea.Iunone. Tantus erat. Tam magnanimus.
Miſſis ſyluis.Iniectis ſyluarum arboribus.
Inſanis.Maximis. Elidite.Opprimite. Exẽ/ plumq; fuit.Exemplum eſt quod aut ſequamur aut uitemus. Fuit ergo exemplum Monychus aliis centauris: ut in Cæneum arbores cõiicerẽt. Hocq; eſt illud quod Iuuenalis innuit cum ait. Quantas iaculetur Monychus ornos. Othrys & pelion montes ſunt Theſſaliæ notiſſimi. Im/ mani cumulo.Maxima lignoꝝ congerie. Ob rutus.oppreſſus.

Ecce.hoc aduerbio ſignificat ſe digito oſtẽdere idã. Syluarum mole.arboꝝ pondere. Abnuit ampytides. Mopſus negat. Fuluis pennis. in Aquilam Cæneum fuiſſe cõuerſũ innuit poeta.

Hæc inter Lapithas.Periclymenus cui Neptunus facultatem ſe in uarias figuras tranſformandi cõceſſerat:cũ aqlæ figuram ſuſcepiſſet:ab Hercule cum quo pugnabat.ſagitta trãſfixus iterĩ.

Triptolemus.Ita quidem fere in exemplaribꝫ legiť:quod grande flagitium eſt:cum Triptolemus nuſq̃ bello Troiano interfuiſſe legatur.Tlepolemus igiť loco Triptolemi reponať. Fuit enĩ Tlepolemus:ut in ſecundo iliados narrat Homerus:Herculis & Aſtyocheæ filius: qui cũ Licymnium matris germanum interfeciſſet:cõparata claſſe magnaqꝫ comitũ multitudine Rhodũ ꝓfugit.ubi imperium adeptus:cum nouem nauibus cũ aliis græciæ principibus ad bellũ Troianũ eſt profectus:ubi tãdem a Sarpedone fuit interfectus. Præteriti alcidæ.prætermiſſi Herculis.

Obductos annis.multitudine annoꝝ obrutos atqꝫ oblitos. Reſtringere.renouare. Offenſas. iniurias:quibus me affecit. Maiora fide.maiora q̃ credi debeat. Sed neqꝫ Deiphobum.Hoſtes nõ eſſe laudãdos colligit Neſtor.Deiphobus aũt Priami fuit filius.Polydamas uero unus e principibꝫ troianis fuit fortiſſimus.ſic uocatus q̃ multos domaret. Meſenia mœnia.Meſene & urbs ẽ & regio adiacens arcadiæ.eſt ẽt Siciliæ urbs unde Meſenius deriuatur. Elimqꝫ Pylumqꝫ.elis urbs eſt arcadiæ iuxta olympũ ab Elio Tantali filio cognoiata. Vnde Elieus & Eleus declinatur. Pylus uero Meſeniæ Vnde pylius.Pylæus ac Pylion gentilia nomina deriuantť. Bis ſex Neleidæ fuimus.Duodecim Nelei filii.Neleus autem Neptuni fuit filius & Tyrus nymphæ: quia fratre pelia domo pulſus Pylon urbem in Meſenia condidit. Vxorem habuit Clorim ex qua duodecim filios ſuſcepit Neſtorem.Periclimenum. Agerochum & reliquos. Me minus uno.Me excepto. Viri,Herculis.

Interdumqꝫ mouet:ueluti quam cernimus:ecce
Ardua ſi terræ quatiatur motibus ide.
Exitus in dubio eſt.alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſyluaꝝ mole ferebant:
Abnuit ampytides:medioqꝫ ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire ſub auras:
Q uæ mihi tũc primum. tũc eſt cõſpecta uolucris.
Hanc ubi luſtrantem leni ſua caſtra uolatu
Mopſus:& ingenti circum clamore ſonantem
Aſpexit:pariterque animo eſt oculiſque ſecutus.
O ſalue dixit lapithææ gloria gentis
Maxime uir quõdam.ſed auis nunc unica cæneu.
Credita res auctore ſuo eſt.dolor addidit iram.
Oppreſſũqꝫ ægre tulimus tot ab hoſtibus unum.
Nec prius abſtitimus ferro exercere dolorem:
Q uam data pars leto.partẽ fuga noxqꝫ remouit.
Hæc inter lapithas & ſemihomines centauros
Prœlia tlepolemus pylio referente dolorem
Præteriti alcidæ tacito non pertulit ore.
Atque ait.herculeæ miꝝ eſt obliuia laudis
Acta tibi ſenior.certe mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hæc pylius.quid me meminiſſe maloꝝ
Cogis?& obductos annis reſtrĩgere luctus?
Inque tuum genitorem odium offenſaſque fateri?
Ille quidem maiora fide quoqꝫ geſſit:& orbem
Impleuit meritis:quod mallem poſſe negare.
Sed neqꝫ deiphobum.nec polydamãta.nec ipſum
Hectora laudamus.quis.n. laudauerit hoſtem?
Ille tuus genitor meſenia mœnia quondam
Strauit:& immeritas urbes elimque pylumque
Diruit:inqꝫ meos ferrum flãmaſque penates
Impulit:utque alios taceam:quos ille peremit:
Bis ſex neleidæ fuimus conſpecta iuuentus.
Bis ſex herculeis ceciderunt me minus uno
Viribus:atque alios uinci potuiſſe ferendum eſt.
Mira periclymeni mors eſt:cui poſſe figuras
Sumere quas uellet:turſuſqꝫ reponere ſumptas
Neptunus dederat nelei ſanguinis auctor.
Hic ubi nequicq̃ eſt formas uariatus in omnes:
Vertitur in faciem uolucris:quæ fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus diuum gratiſſima regi.
Viribus uſus auis.pennis roſtroqꝫ reduncо
Hamatisqꝫ uiri laniauerat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos tirynthius arcus.

Atq; inter nubes ſublimia membra ferentem:
Pendentemq; ferit:lateri qua iungitur ala.
Nec graue uulnus erat.ſed rupti uulnere nerui
Deficiunt:motumq; negãt uireſq; uolandi.
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis:& quæ leuis hæſerat alæ
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta.
Perq; latus ſummum iugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num uideor debere tui præconia rebus
Herculis o rhodiæ ductor pulcherrime claſſis?
Ne tamen ulterius q̃ fortia facta ſilendo
Vlciſcar fratres:ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hæc poſtq̃ dulci neleius edidit ore:
Aſermone ſenis repetito munere bacchi
Surrexere toris:nox eſt data cætera ſomno.
At deus æquoreas:qui cuſpide temperant undas:
In uolucrem corpus nati cygneida uerſum
Mente dolet patria:ſæuumque peroſus achillem
Exercet memores plus q̃ ciuiliter iras.
Iamque fere tracto duo per quinquẽnia bello
Talibus intonſum compellat ſminthea dictis.
O mihi de fratris longe cariſſime natis:
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia troiæ
Ec quid:ubi aſiacas caſuras aſpicis arces:
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Milia cæſa doles? ec quid ne perſequar omnes?
Hectoris umbra ſubit circum ſua pergama tracti?
Cum tamen ille ferox belloque cruentior ipſo
Viuit adhuc operis noſtri populator achilles?
Det mihi ſe:faxo triplici quid cuſpide poſſim
Sentiat:& quoniam concurrere cominus hoſti
Non datur occulta nec opinum perde ſagitta.
Annuit:atque animo pariter patruique ſuoque
Delius indulgens uebula uelatus in agmen
Peruenit iliacum:mediaq; in cæde uiroꝝ
Rara per ignotos ſpargentem cernit achiuos
Tela parim:faſſusq; deum:quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ait? ſi qua eſt tibi cura tuoꝝ
Vertere in æacidem:cæſoſque ulciſcere fratres.
Dixit:& oſtendens ſternentem troica ferro
Corpora peliden arcus obuertit in illum:
Certaque letifera direxit ſpicula dextra.
Quo priamus gaudere ſenex poſt hectora poſſet:
Hoc fuit.ille igitur tantoꝝ uictor achille

Exacta:expulſa. Iugulo ſiniſtro.Per ſiniſtrũ Iugulũ. Herculis tui.Parentis ſubaudiatur.

O rhodiæ ductor pulcherrime claſſis.Ad illã Homeri carmen aliud in ſecũdo iliados.τλη πο/λεμοσ δηρακλει δησ ηυστε μεγασ τε εκ ρο/λοσ δυεννεα νηασ αγεν ροδιων αγερο χων.Hinc enim aperte colligitur Tlepolemum Rhodiorũ ductorẽ fuiſſe & pulchrum & magnum. Solida gratia.firma: A ſermone ſenis.Poſt ſermonem Neſtoris. At deus æquoreas.Neptunus ægre ferens Cygnum filium ab Achille iteremptum Apollinem hortatur: ne ulterius ipm uiuere patiatur Cui apollo obſequens in aciem troianorũ deſcendit:Paridiſq; ſagittam in Achillem ita direxit:ut illius uulnere interierit. Hæc autem idcirco a poeta narrãtur: ut commodius & libri ſequentis initium cum huius fine connectat:& Aiacis in florem metamorphoſin huic loco ſubiungat.Neq; enim ullam aliam in huius libri fine deſcribit tranſfigurationem. Memores iras.quas in memoria habebat. Vt illud Vergilii.Memorem Iunonis ob iram. Pluſq̃ ciuiliter.hoſtiliter. Tracto bello.Protracto.producto. Intonſum Smynthea.Comatum Apollinem. Nam Smintheus epytheton eſt Apollinis proprium a muribus ſumptum: qui ut Strabo ait:Smynthi uocantur.Hac autẽ de cauſa Smintheus Apollo fuit cognominatus:quod Teucris e Creta profectis datum eſt oraculum: ut ibi ſedes collocarent:ubi terrigenæ ipſos adorirẽtur. Id aũt circa Aonaxicũ ferunt contigiſſe.Nã maxima ageſtiũ muriũ multitudo noctu exorta: qcquid armorum uaſorumq; ex corio inuentum eſt:corroſit. Teucri autem ibi mãſerunt atq; Idã ab ida quæ eſt in Creta appellarunt. templumq; ac ſimulacrum Apollini Smyntheo erexerunt. Heraclides uero ponticus auctor eſt mures ibi circa templum abundare & ſacros exiſtimari.Simulacrum uero ita effigiatum eſſe:ut murẽ pedibus premat.Solẽt aũt homines noia a paruis rebus impoſita quibuſdã lenimentis mitigare. Nã. & a culicibus quos cetæi conopas uocãt:Hercules conopion apud illos colitur:quoniam ab illis eius opera liberati fuerũt.Apud erythræos quoq; Miliuntẽ habitãtes ſpectonus colit:qđ ipe uitibus uermis infeſtiſſimus ſit:Nã ex Erythreis oĩbus apud illos ſolũ talis beſtiola nõ naſcit. Rhodii ãt Apollinis erathibii tẽplũ habẽt i agro ſuo. Nã rubiginẽ ipi Erethibiã uocãt.Apud æoles q̃ Aſia ſunt:mus qdã Pornopiõ uocat Bœetii uero hoc noĩe culices uocãt.Sacrificiũ aũt faciũt Apollini Pornoppioni.Sed multis in locis ſunt Sminthia hocẽ Sminthii Apollinis templa:pcipue tamẽ in urbe Chryſa Smintheus Apollo colebat: ubi erat ſtatua aſcopa Pario confecta: cuius pedibus ſubiacebat. O mihi de frĩs Hac oõne Neptunus Apollinẽ hortat:ut Achillẽ Cygni interfectorẽ ſagitta pimat. De fratris natis.De iouis fratris mei filiis.A beniuolẽtia ãt exordit Neptunus. Subit.in mẽtẽ cũ q̃dã miſeratõe uenit. Populator.deſtructor.Ex arte ãt Achillẽ in odiũ Apollinis Neptunus adducit. Det mihi ſe. Cõmittat ſe mihi & mari. Nec opinũ.nõ opinãtẽ. Indulgẽs.obſequẽs. Poſt hectora.poſt Hectoris cædẽ. Graiæ maritæ.Helenæ.

Fœmineo marte, ibelli. Thermodoontica bipẽni. Amazonica ſecuri. Nã Amazones Thermodoõtis fluuii ac colæ fuerunt. Armarat deus idem. Vulcanus & arma Achilli Thetidis rogatu perfecit: & eum mortuũ combuſſit. Neſcio quid. Parum qd cineris de tanto Achillis corpore ſupeſt: quo ne urna qdẽ impleri põt. Hæc menſura. Totus terrarum orbis menſura eſſe uidetur gloriæ Achillis. Nec inania tartara ſentit. Nunq̃ enim gloria moritur. Vt cuius fuerit cognoſcere poſſis. Ac ſi diceret fortiſſimi ac bellicoſiſſimi illum clypeum fuiſſe pro quo tantæ contentiones fuere ſuſceptæ. Deq; armis arma feruntur. Propter Arma Achillis bella excitantur. Nam poſt mortem Achillis iter Aiacem & Vlyſſem de armis ipſius Achillis grauiſſimæ ſunt ortæ contentiones. Soli Telamone creato. Aiaci Telamonis filio. Laerteq;. Vlyſſi. A ſe tantalides. Agamemnon a Tantalo genus ducens. Nam Tãtalus Iouis. pelops Tantali. Pelopis Atreus. Atrei Agamemnon & Menelaus filii fuiſſe dicunt. Traiecit. Tranſmiſit, tranſtulit.


Victus es a timido graiæ raptore maritæ.
At ſi fœmineo fuerat tibi marte cadendum
Thermodoontica malles cecidiſſe bipẽni.
Iam timor ille phrygum. decus & tutela pelaſgi
Nominis æacides. caput inſuperabile bello
Arſerat. armarat deus idem: idemq; cremarat.
Iam cinis eſt: & de tam magno reſtat achille
Neſcio quid: paruam quod nõ bene cõpleat urnã.
At uiuit: totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi menſura uiro reſpondet: & hæc eſt
Par tibi pelide: nec inania tartara ſentit.
Ipſe etiam: ut cuius fuerit cognoſcere poſſis:
Bella mouet clypeus: deq; armis arma feruntur.
Non ea tydides. non audet oileus aiax.
Non minor atrides. non bello maior & æuo:
Poſcere. non alii: ſoli telamone creato
Laerteque fuit tantæ fiducia laudis.
Aſe tantalides onus inuidiamq; remouit.
Argolicoſq; duces mediis conſiſtere caſtris
Iuſſit: & arbitrium litis traiecit in omnes.

Raphaelis Regii in tertiũdecimum metamorphoſeos Ouidii librũ enarrationes.



Onſedere duces. Achille ſagitta Paridis interempto magna inter Aiacem & Vlyſſem contentio orta eſt: uter ipſorum illius armis dignior eſſet. Agamemnon autẽ ne in alterius odium incideret: illius contentionis iudiciũ ad principes græcorũ reiecit: ut pro uirtute ac meritis utriuſq; arma alteri adiudicarent. Iuſſo igitur utroq; in conſeſſu principum cauſam agere: non uirtute aut meritis ſed eloquentia: qua plurimũ ualebat: Vlyſſes effecit: ut ſibi arma adiudicarent. Illam autẽ repulſã Aiax adeo ægre tulit: ut primũ furioſus ſit effectus. deinde cum reſipuiſſet: gladio incũbens ſeipſum interfecerit. Sed tandem miſeratione deorum in hyacinthum florem fuit commutatus. Conſedere duces. ciuilem inſtituit concionem: in qua principes ſedent. Vulgus autem cogitur ſtare. Clypei ſeptemplicis. Septẽ boum coriis tecti. Aiax Telamonis Pelei fratris filius Achillis patruelis fuit. Quæ autem de aiace ſcribit poeta: a Sophocle ſumpſiſſe uidetur. Sigæia littora. Sigæum promontorium eſt troiæ iuxta quod græcorum claſſis ſubducta erat. Claſſẽq; in littore. Stantem ſubaudiamus. Intendenſq; manus. Ad claſſem intelligendum eſt. Exprimit autem geſtũ uiri cum indignatione loquentis. Agimus: proh iupiter. Aiacis perſonæ decorum pulchre ſeruatur: qui fortis qdem ac bellicoſus fuiſſe: ſed eloquẽtia parum ualuiſſe tum a græcis tum a latinis fingitur poetis. Quare illi oratio ſimplex attribuitur omnique artificio carens. Nam & in prohœmio ſtatim cum magna exclamat indignatione. & ſe per totam iactat orationem: quæ non eſſe facienda rhetores omnes præcipiunt. Verſat aũt hæc oratio in duplici cõiecturali cõſtitutõe. Cũ. n. Achillis arma græcorũ pſtantiſſimo & uirtute & meritis foret tribuẽda: Vter horũ ſit præſtãtior q̃rit Aiax an Vlyſſes: cũ uterq; ſe dignũ illis eẽ iactaret. Vterq; aũt cõiecturis & ſe meruiſſe & alterum non meruiſſe oſtendit. Proh iupiter. exclamatio minime principio conueniens. Ante rates A quibus ego ſolus Hectoris faces repuli: cum alii græci in primiſq; Vlyſſes illius uiri impetum non ſuſtinentes eas deſeruerint. Cum enim Achilles Agamemnoni iratus propter Briſeida ereptam intra tentorium ſe cõtineret neq; pugnare uellet: Hector cum delecta troianorum iuuentute in hoſtium claſſem impetum fecit: q̃s etiã incẽdiſſet: niſi Aiacis uirtute fuiſſet repulſus. Oĩs igit Aiacis indignatio & a loco in quo cã agit: & ab aduerſario oriri uidet. Et mecũ cõferẽ Vlyſſes. Et cõiũctio indignationẽ hoc loco ſignificat. Hoc a claſſe. manũ ad

PVBLII Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Liber Tertiuſdecimus.



Onſedere duces: & uulgi ſtante corona
Surgit ad hos clypei dominus ſeptẽplicis aiax.
Vtque erat impatiẽs iræ: ſygeia toruo
Littora proſpexit: claſſemque in littore uultu:
Intendenſque manus: agimus ꝓh iupiter inquit.

classem intendit. Fictis.compositis. Isti.cum magno Vlyssis contemptu hoc dixit. Inque acie ualeo.Contra artis præcepta ubiq; & se & sua Aiax non desinit iactare.Omnis enim sui iactatio:ut Fabius Quintilianus p̄cipit: est odiosa. Præmia magna fateor.Arma Achillis a uulcano fabricata. Tenuisse.optinuisse:in cōtēptū aūt Vlyssem quātū pōt Aiax adducit. Superbū.glorioſū. Sit licet hoc ingēs.Quāuis id de quo contēdit sit maximū. Feret.iactabit. Si uirtus i me dubitabilis eēt.Nimiū arrogāter hoc ē dictū. Littora colcha.Colchica. Nam Telamon cum iasone in colchos nauigauit:ut plenius in supiori diximus libro. Vbi Aeolidē Sisyphō.Hoc ad Vlyssis contēptū dictū est.Nam fama erat a Sisypho latrone isthmum obsidente anticliam Vlyssis matrem cum ad laerten duceretur:fuisse compressam:atq; ex eo concubitu Vlyssem ortum. Hæc series. Hæc ſtēmatis dispositio. Frater erat. Patruelis frater Achilles fuit Aiacis.Nam pelæus & Telamō fratres fuerunt.Patrueles autem fratres dicuntur:q̄ e fratribus nascūtur. Qu d sanguine Cretus Sisyphio.Aperte nūc Aiax originis turpitudinē obiicit Vlyssi. An quod in arma prior. Vlysses ne ad bellum troianum cum aliis græciæ principibus proficiscens uxorē relinquere cogeret: se īsanire simulauit.Palamedes uero prudentia ualde pollens ad hoc speculandum missus illi aranti salemq; seminanti filium paruulū obiecit: quē Vlysses aratro sublato nihil offendit.Inuitus itaq; ad bellū ductus Palamedē ficta ꝓditiōe tādē oppressit. Nullo sub indice. Nullo indicante.

Ante rates causam.& mecum confertur ulysses.
At non hectoreis dubitauit cedere flammis:
Q uas ego sustinui.quas hac a classe fugaui.
Tutius est igitur fictis contendere uerbis:
Q uā pugnare manu. sed nec mihi dicere ꝓmptū.
Nec facere est isti:q̄tumq; ego marte feroci
Inque acie ualeo:tantum ualet iste loquendo.
Nec memoranda tamen uobis mea facta pelasgi
Esse teor.uidistis enim.sua narret ulysses:
Q uæ sine teste gerit.quoq; nox conscia sola ē.
Præmia magna peti fateor.sed demit honorem
Aemulus aiaci.non est tenuisse superbum:
Sit licet hoc ingens:quicquid sperauit ulysses.
Ipse tulit precium iam nunc certaminis huius:
Q ui cum uictus erit:mecum certasse feretur.
Atque ego:si uirtus in me dubitabilis esset:
Nobilitate potens essem telamone creatus:
Mœnia qui forti troiana sub hercule cepit:
Littoraq; intrauit pagasea colcha carina.
Aeacus huic pater est:qui iura silentibus illic
Reddit: ubi æoliden saxum graue sisyphon urget.
Aeacon agnouit summus:prolemque fatetur
Iupiter esse suam.sic a ioue tertius aiax:
Nec tamen hæc series in causam prosit achiui:
Si mihi cum magno non est communis achille.
Frater erat.fraterna peto.quid sanguine cretus
Sisyphio:furtisque & fraude simillimus illi
Inseris æacidis alienæ nomina gentis?
An q̄ in arma prior:nulloque sub indice ueni:
Arma neganda mihi? potiorq; uidebitur illis
Vltima qui cepit:detrectauitque furore
Militiam ficto? donec sollertior isto
Et sibi inutilior timidi commenta retexit
Naupliades animi:uitataque traxit ad arma?
Optima nunc sumat:qui sumere noluit ulla.
Nos inhonorati & donis patruelibus orbi:
Obtulimus quia nos ad prima pericula:simus.
Atq; utinam aut uerus furor ille:aut creditus esset:
Nec comes hic phrygias unq̄ ueniſſet ad arces
Hortator sceleꝝ.non te pœantia proles
Expositum lemnos nostro cum crimine haberet:

Vltima qui cepit. Vltimus per hypallagen: ut intelligatur qui ultimus cepit arma: Detrectauit:uitauit. Sollertior.prudentior. Et sibi inutilior.Nam palamedes in se ulyssem concitauit:cuius arte tandem ut proditor a cūcto græcorū exercitu fuit interfectus.Nam Vlysses litteras finxit a Priamo ad Palamedē datas:quibus significare uidebat priamus se magnum auri pondus misisse:aliudq; missurum.Cum uero littere ad Agamemnonem fuissent perlatæ principesq; omnes præter Palamedem cōueniſſent:uixq; illud scelus in palamedem cadere posse cunctis uideretur:Vlysses nihil temere de tanto uiro credēdum dixit:nisi aurum: quod ille iam per seruos corruptos i tēctorio defodiendum curauerat: deprehenderetur. Qui igitur missi ad hoc inquirēdū fuerant:cū renūciaſſent inuētū: lapidibꝫ Palamedes a toto exercitu de quo optime meritus erat: obrutus ē. Naupliades.Palamedes nauplii filius.Nauplius āt Neptuni & Amimones nymphæ filius i Euboea regnauit. Optima nūc sumat.ironia indignatiōis plena: q̄ Aiax significat Vlyssē nulla rōne armis Achillis esse dignum.se autem esse digniſſimum. Furor ille.insania illa Vlyssis. Hortator scelerum. Hactenus in contemptum.nunc in odium Aiax Vlyssem adducit.

Non te pœantia proles. Cum accepiſſent græci troiā sine Herculis sagittis capi non posse: Vlysses missus ad Philocteten pœātis filium : cui moriens Hercules arcum sagittasq; reliquit: inueniendū: troiāq; adducendū:cum forte iter nauigādum sagitta hydræ ueneno tincta e pharetra cadens Philectete pedē uulneraſſet:eum in lemno nullo adhibito uulneri remedio reliqt. Lemnos īsula est una ex cicladibus uulcano dicata. q̄ duo oppida habet ephestiam & Myrinam in cuius forū solstitio Athos eiaculatur umbrā: ut Plynius

ſcribit. Qui nũc ut memorant. Oratorie miſerias Philoctetæ amplificat Aiax: ut maius in odiũ Vlyſſem ad ducat. Troianis fatis: Troiano excidio. Sine crimine, ꝓditiõis. Cõuicti furoris. deꝑhẽſæ iſaniæ. detectæ.

Nimium male memor. Illa nanq; memoria Palamedes optime de græcorum exercitu meritus: fuit interfectus. Præfoderat. Ante defoderat in tentorio Palamedis per ſeruos corruptos: ut diximus. Ergo aut exilio, relinq̃ns Philoctetẽ in lẽno tãq̃ exulẽ. Aut nece. Inducẽs exercitũ ad lapidãdũ Palamedẽ. Deſertũ ut neſtora.

Vt i octauo Iliados narrat Homerus: Cũ neſtor una cũ aliis græcis fulmine Iouis territis fugere nõ poſſet: qd unus exiꝑius eqs foret ab alexãdro catapulta uulneratus: facile fuiſſet ab hectore oppreſſus: niſi re cognita Diomedes & clara uoce: Vlyſſẽ inclamaſſet ad opẽ Seni ferendã: & nihilo minus illo fugiẽte ſolus ipſe Neſtorẽ ab ipetu Hectoris ꝓtexiſſet ac in ſuũ currũ recepiſſet. Proditus a ſocio ẽ. Ab Vlyſſe fuit derelictus. Qui autẽ ſocios in pugna derelinquũt: ut ꝓditores habentur. Trepido. timido. Alludit ãt ad uerba quæ Diomedi attribuit Homerus. Quo fugis inquit Vlyſſes Laertæ fili? Cur terga uertis? Cur cõmittis ut tanq̃ imbellis ac timidus a tergo uulnereris? Mane hic mecum, mane dum a ſene amico trucem Hectorem arceamus. Mortalia. Mortaliũ. hæc autẽ ſententia eo ꝓtinet, ut q ferre opẽ noluit: ea indigere cogat. En eget auxilio: qui nõ tulit, hoc de undecimo iliados libro ſumptũ eſt. Nam ut ibi ſcribit Homerus: cum Vlyſſes ſocum Hippaſi filium interfeciſſet: troianorũ turba in illum ſic impetum fecit: ut & ſe retroferre: & ſuorũ auxiliũ implorare ſit coactus: cum iam Soci haſta fuiſſet uulneratus. Aiax igit a Menelao admonitus ſcuto illum accurrens a ui hoſtiũ intrepide protexit. Vulnuſq; tuum. Nam latus illius haſta trai ecerat Socus. Hector adeſt. Aduenit. Deos. deorum in primiſq; Iouis auxiliũ Nam ut ſcribit Homerus: ſe iouis filiũ eſſe iactabat. Non tu tantũ. Emphaſis eſt. Intelligit. n. quod non exprimit. Nõ tantum tu: q es omniũ timidiſſimus terreris impetu Hectoris. Sed etiã fortes. Eſt aũt Apoſtrophe cõtemptus plena.

Tantũ trahit ille timoris. acclamatio ẽ. Ingẽti ꝑondere. Maximo ſaxo. Nã ut in. xiiii. iliados uolumine legit: cũ Hector haſtã in aiacem ieciſſet neq; uulneraſſet: aiax ipſe ſublato maximo ſaxo pectus illius ita ꝓcuſſit: ut cũ ingẽti armorũ ſtrepitu in terrã caderet. Hunc ego poſcentem. ꝓuocantẽ. Id aũt ex ſeptimo iliados libro ẽ notũ Ibi nãq; ſcribit Hector heleni uatis exhortatiõe græcos oẽs ad ſingulare certamẽ ꝓuocare. Ac cũ hi nouem græcoꝝ fortiſſimi. Agamẽnon. Diomedes. Duo. aiaces. Idomenæus. Meriones. Eurypylus Euemõis filius. Thoas Andræmõides. Vlyſſes Neſtoris exhortatõe inter ſe forẽt ſortiti q̃s ipſoꝝ cũ Hectore pugnare deberet: Aiax ſorte ſe Hectori obiecit. q cũ aduenĩẽte nocte e pugna æq̃li cũ honore diſcederẽt: ſe iuicẽ muneribꝫ ſũt ꝓſecuti. Nã hector Aiaci gladiũ. Cõtra aiax Hectori baltheũ dono dedit. Sortẽq; meã uouiſtis Achiui. Hoc quoq; ab Homero ſũptũ eẽ uidet: q ſcribit Achiuos ſublatis in altũ oculis manibus q; his precibꝫ ad Iouẽ uſos fuiſſe. Iupiter pr̃ da ut aut Aiacis Telamonii aut Aiacis oilei aut Agamẽnonis ſorti ſit locus. atq; ita euẽit: ut Aiacis id qd maxime optabãt: ſors proferretur.

Q ui nũc (ut memorãt) ſilueſtribus abditus antris
Saxa moues gemitu: laertiadæq; precaris
Q uæ meruit: quæ ſi dii ſunt: non uana preceris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma:
Heu pars una ducum: quo ſucceſſore ſagittæ
Herculis utuntur: fractus morboque fameq;
Venaturq; aliturq; auibus: uolucreſque petendo
Debita troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen uiuit: quia non comitatur ulyſſem
Vellet & infelix palamedes eſſe relictus.
Viueret: aut certe letum ſine crimine haberet.
Q uem male conuicti nimium memor iſte furoris
Prodere rem danaum finxit: fictũque probauit
Crimen: & oſtendit quod iam præfoderat aurũ.
Ergo aut exilio uires ſubduxit achiuis:
Aut nece ſic pugnat. ſic eſt metuendus ulyxes:
Q ui licet eloquio fidum quoq; neſtora uincat:
Haud tamen efficiet: deſertum ut neſtora crimen
Eſſe rear nullum: qui cum imploraret ulyſſem:
Vulnere tardus equi: feſſuſq; ſenilibus annis
Proditus a ſocio eſt. non hæc mihi crimina fingi
Scit bene tydides: qui nomine ſæpe uocatum
Corripuit: trepidoq; fugam exprobrauit amico.
Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.
En eget auxilio qui non tulit: utque reliquit:
Sic linquendus erat. legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios. adſum. uideoq; trementem:
Pallentemq; metu: & trepidantem morte futura.
Oppoſui molem clypei: texique iacentem:
Seruauiq; animam. nimium eſt hoc laudis: inertẽ.
Si perſtas certare: locum redeamus ad illum:
Redde hoſtes: uulnuſque tuũ: ſolitumque timorẽ:
Poſt clypeumq; late: & mecum contende ſub illo.
At poſtq̃ eripui: cui ſtandi uulnera uires
Non dederant: nullo tardatus uulnere fugit.
Hector adeſt: ſecumq; deos in prœlia ducit:
Q uaque ruit: non tu tantum terreris ulyſſe:
Sed fortes etiam. tantum trahit ille timoris.
Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.
Hunc ego poſcentem cum quo concurreret unus
Suſtinui: ſortemq; meam uouiſtis achiui:

Et ueſtræ ualuere preces. ſi quæritis huius
Fortunam pugnæ: non ſum ſuperatus ab illo.
Ecce ferunt troes ferrumq; igneſque iouemque
In danaas claſſes. ubi tunc facundus ulyſſes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem ueſtri reditus. date pro tot nauibus arma.
Quod ſi uera licet mihi dicere: quæritur iſtis
Quã mihi maior honos: cõiũctaq; gloria nr̃a eſt.
Atq; aiax armis. non aiaci arma petuntur.
Conferat his ithacus Rheſum imbellemq; dolona:
Priamidemq; helenum rapta cum pallade captũ.
Luce nihil geſtum eſt. nihil eſt Diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam uilibus arma:
Diuidite: & pars ſit maior Diomedis in illis.
Quo tamen hæc ithaco? qui clam. q ſemp inermis
Rem gerit: & furtis incautum decipit hoſtem?
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet: manifeſtabitq; latentem.
Sed neq; dulichius ſub achillis caſſide uertex
Pondera tanta feret. nec non onerosa grauiſq;
Pelias haſta poteſt ibellibus eſſe lacertis:
Nec clypeus uaſti cælatus imagine mundi
Conueniet timidæ natæque ad furta ſiniſtræ.
Debilitatur̃q; quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error achiui:
Cur ſpolieris erit: non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga qua ſola cunctos timidiſſime uincis:
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde quod iſte tuus tam raro prœlia paſſus
Integer eſt clypeus. noſtro qui tela ferendo
Miſſe patet plagis: nouus eſt ſucceſſor habẽdus.
Deniq; quid uerbis opus eſt? ſpectemur agendo.
Arma uiri fortis medios mittantur in hoſtes.
Inde iubete peti: & referentem ornate relatis.
Finierat telamone ſatus: uulgique ſecutum
Vltima murmur erat: donec laertius heros
Aſtitit: atque oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres: expectatoque reſoluit
Ora ſono: neque abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum ueſtris ualuiſſent uota pelaſgi:
Non foret ambiguus tãti certaminis hæres:
Tuque tuis armis. nos te potiremur achille.
Quem quoniam non æqua mihi uobiſq; negarũt
Fata (manuque ſimul ueluti lachrymantia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedit achilli:
Quam per quẽ magnus danais ſucceſſit achilles?

Vouiſtis ergo uoto optaſtis. tam & ſi nouiſtis fere legatur. Et ueſtræ ualuere preces. Nam ut optauerant: Sors Aiacis prima prolata eſt: ut cũ Hectore pugnaret. Non ſum ſuperatus ab illo. Pari nanq; gloria uterq; ex ea pugna receſſit.

Ecce ferunt troes. Hoc quoq; in. xv. iliados deſcribit Homerus. Iouemq;. Auxiliũ iouis Hectori fauentis. Nempe ego. ſolus Aiax aliis græcorum ducibus pterritis claſſem ab ignibus hoſtium protexiſſe ab Homero quoq; ſcribitur.

Quod ſi uera licet. arrogãter nimiũ hæc quoq; dicunt. Conferat his Ithacus rheſum. His. Geſtis meis. Rheſus ãt rex fuit Thraciæ: q ut ſcribit Homerus: cum in auxilium troianorum cũ candidiſſimis equis ueniſſet: a Diomede & ulyſſe ea ipa nocte. qua ad Troiam peruenerat fuit interemptus. Imbellemq; Dolona. Dolõ ut idẽ ſcribit Homerus: Eumedis præconis filius cum ſpeculator ad caſtra græcoꝝ ab Hectore miſſus eſſet: a Diomede ſimul & Vlyſſe captus fuit & interfectus. Priamidẽq; Helenum. Helenus priami fuit filius: qui a Diomede & Vlyſſe captus fata Troianoꝝ arcana græcis reuelauit. Rapta cũ Pallade. cũ palladio: quod Vlyſſes una cũ Diomede rapuit. Quo tamẽ hæc Itacho? Arma Achillis incõmodo potiuſq; cõmodo ulyſſi futura oſtẽdit aiax. Quo. ad quid. ad quem finem. petunt aũt uerbũ ẽ iubaudiendũ. Et furtis. dolis. fraudibus. inſidiis. Dulichius uertex. Vlyſſis caput. Nam Dulichium inſula ẽ Ithacæ Vicina. Nec nõ onerosa. Ordo ẽ & ſenſus. Et pelias haſta nõ poteſt non eẽ onerosa & grauis imbellibus lacertis. Nec clypeus uaſti. In clypeo Achillis: ut ſcribit Homerus: quatuor elementa ſculpta uidebãtur. Quod tibi ſi populi. Hoc quoq; cõtra artis præcepta ab Aiace dictum eſt. Neq; n. error iudicibus fuit obiiciẽdus. Trahenti. ꝓprie dixit. Illa. n. trahimus: quæ geſtare nõ poſſumus. Viri fortis. Achillis. Vulgiq; ſecutũ ultima murmur erat. Nam populus murmure ſuo aiacis dicta approbare ẽ uiſus. Aſtitit. Surrexit. Atq; oculos paulũ tellure moratos. Imitat Homer̃ Ouidius q Vlyſſẽ ſtetiſſe oculis i terrã defixis: imotoq; ſceptro: priuſq; illã eloq̃ntiæ ꝓcellã effũderet: ſcribit.

Si mea cũ uris. Artificioſiſſima ulyſſi attribuit oratio: ut ꝓſonæ decor̃ ſeruet. Nã Vlyſſes cũ ab aliis tũ ab Homero inter eloq̃ntiſſimos nũerat: Quare & affectus mouet: & ſua ſine ulla arrogãtia amplificat: & ab aduerſario obiecta ita refellit ut illũ in maximã adducat inuidiã: ac deniq; principibus ꝓſuadeat: ſe arma Achillis q̃ aiax magis meruiſſe. Principiũ aũt a Beniuolẽtia ſũptũ eſt. Se. n. cũ aliis græcis ſemp optaſſe ait ſalutẽ Achillis: ꝓ qđ ſignificat ſe uehemẽter illius morte dolere: q græcis oĩbus gratiſſimus fuiſſet. Tuq; tuis armis. Potireris. ac poſſideres. Hac ãt apoſtrophe ad Achillẽ aĩos auditoꝝ ad fletum inclinat. Manuq; ſimul. hæc ex ꝓſona poetæ dicunt. Ex arte autem finxit ſe flere Vlyſſes: quo facilius ꝓſuaderet ſe morte Achillis uehementer dolere. Quam per quem Magnus Danais. hoc ẽ. quã is cuius opera Achilles ad bellum Troianum

deductus est? Is autem Vlysses fuit. Nam ut ipse paulo post narrat: cum Thetis mater Achillis cognosceret filium in bello troiano periturum: illum Virginis habitu ornatum Lycomedi Scyri insulæ regi una cū filiabus ipius educandum cōmendauit: ut tanti sper apud eum in Virgineo habitu esset: dum troia foret deleta. Cū uero sine Achille Troia capi nō posset nec usq; iueniret: Vlysses id qđ erat suspicatus: mercibꝫ qbꝫ fœminæ capiunt: gladium scutūq; ac galeam immiscēs ad Lycomedē se cōtulit: ubi mercibus illis expositis achilles gladiū ac scutū alia negligēs tracta re cœpit: ex quo cognitus Achilles ad bellū troia nū fuit deductus. Huic mō ne ꝓsit. Aduersariū ut hebetē ac ingenio tardū oiq; facūdia carētē i cōtēptū adducit. Siq; est. Ex arte suā eloquētiā extenuat Vlysses: ne in se inuidiā odiūq; auditoꝝ trāsferat. Inuidia careat. Nā aiax in īuidiā Vlyssis eloquētiā adducere conatus ē: cum dixit. Tutius esse fictis uerbis contendere q̄ manu pugnare.

Bona sua. propria uel natura data: uel industria cōparata. Acrisius illi. Duo fuerūt nobiles Acrisii & hic Iouis filius ac Vlyssis auus: & alter Abantis argiuoꝝ regis filius ac Danaes pater. Neq; in his quisq; damnatus & exul. Peleum Achillis patrem notat Vlysses: qui Phoco fratre interfecto ab Aeaco patre i exilium fuit expulsus. Est quoq; ꝓ mrem. Anticlia mr Vlyssis filia fuit primi Sinonis Mercurii filii. Phthiā Scyronq; ferātur. Phthiam ad Peleum. Scyrō ad Pyrrhū Achillis filium ex Deidamia Lycomedis filia. Ergo operæ quoniā. Quoniā inqt questio est sola, uter nrm pluribus ac maioribus meritis græcorū exercitum affecerit: nō oia quæ gessi referre possū.

Præscia uenturi: Hinc incipit merita sua cōmemorare sine ulla arrogātia ulysses. Genitrix Nereia. Thetis Nerei filia materq; Achillis. Dissimulat cultu natū. hoc ē habitu simulat Achillē non esse puerum sed puellam. In quibus. inter quos. Arma. gladium. hastam. parmam.

Proiecerat. deposuerat. Ad fortia. Subaudiamus gerenda. Ergo opera illius mea sunt. Colligit ulysses omnia quæcunq; gessit Achilles: sibi esse ascribēda: cum illum latitantem dephēderit ad bellum q; Troianū adduxerit. A Causa enim effectus separari non pōt. Ego telephon hasta. Telephus Herculis filius ex auge nympha rex fuit Lyciæ: qui cum resisteret Græcis ab Achille in fœmore fuit ꝓcussus: ac deinde iterato uulnere: ut iam diximus: sanatus. Quod thebæ ceciderem meum est. De thebis ciliciæ patria Andromaches intelligendum est. Nā eas diripuit Achilles. Me credite lesbon. Lesbos insula ē clara Alcæi carminibus & sapphus. Chrysenq; & cillan. chryse urbs ē asiæ prope lemnum Apollini sacrata: quam expugnauit Achilles: cum pro troianis sentiret. Sunt tamen & aliæ urbes hoc nose & loca. Est enim urbs i Hellespōto inter Ophrynium & Abydum. Est etiam promontorium lesbi in Tenedum uergens. est & Bithyniæ urbs & Cariæ. Cilla quoq; urbs est Troadis Apollini sacra a græcis directa. Et Syrū. Syros absq; c. insula ē ioniæ cū urbe eiusdem nois. Nā Scyros ꝓ c. patria est Lycomedis. Tam & si seston forsitan nō inepte legeret. Est. n. Sestus urbs Hellespontinotissima. Lyrnesia mœnia. Lyrnesus urbs su

Huic mō ne prosit: quod ut est hebes: esse uidetur:
Ne ue mihi noceat: quod uobis semper achiui
Profuit ingenium: meaque hæc facundia: si qua ē:
Q uæ nunc pro domino, ꝓ uobis sæpe locuta est:
Inuidia careat. bona nec sua quisque recuset.
Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi:
Vix ea nostra uoco. sed enim quia rettulit aiax
Esse iouis pronepos: nostri quoque sāguinis auctor
Iupiter est: totidemque gradus distamus ab illo.
Nam mihi laertes pater est. acrisius illi.
Iupiter huic. neq; in his quisq; damnatus & exul.
Est quoque per matrem cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. deus est in utroque parente.
Sed neque materno q ꝓ sum generosior ortu:
Nec mihi q ꝓ pater est fraterni sanguinis insons:
Proposita arma peto. meritis expendite causam.
Dummodo q ꝓ fratres telamon peleusque fuerunt:
Aiacis meritum non sit. nec sanguinis ordo:
Sed uirtutis honor spoliis quæratur in istis.
Aut si ꝓximitas primusque requiritur hæres:
Est genitor peleus. est pyrrhus filius illi.
Q uis locus aiacī phthiam hæc scyronque ferāt.
Nec minus est isto teucer pateruelis achilli.
Non petit ille tamen. num si petat auferat illa?
Ergo operæ quoniam nudum certamen habetur:
Plura quidem feci: q̄ quæ comptēdere dictis
In promptu mihi sit. rex tamen ordine ducar.
Præscia uenturi genitrix nereia leti
Dissimulat cultu natum: & deceperat omnes:
In quibus aiacem sumptæ fallacia uestis.
Arma ego fœmineis animum motura uirilem
Mercibus inserui. neq; adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus: cū parmam hastamq; tenenti
Nate dea: dixi: tibi se peritura reseruant
Pergama. quid dubitas ingētem euertere troiam?
Inieciq; manum: fortemq; ad fortia misi.
Ergo opera illius mea sunt. ego telephon hasta
Pugnantem domui: uictum orantemq; refeci.
Q uod thebæ cecidere meum est. me credite lesbō.
Me tenedon chrysēq; & cillan apollinis urbes:
Et syrum cepisse. mea concussa putate
Procubuisse solo lyrnesia mœnia dextra:
Vtq; alios taceam: qui sæuum perdere posset

Hectora nempe dedi.per me iacet inclytus hector.
Illis hæc armis:quibus est inuentus achilles:
Arma peto.uiuo dederam.post fata reposco.
Vt dolor unius danaos peruenit ad omnes:
Aulidaq; euboicam complerūt mille carinæ:
Expectata diu nulla aut contraria classi
Flamina sunt:duræq; iubent agamēnona sortes
Immeritam sæuæ natam mactare dianæ.
Denegat hoc genitor:diuisq; iratscitur ipsis:
Atq; in rege tamen pater est.ego mite parentis
Ingenium uerbis ad publica commoda uerti.
Nunc equidem fateor:fassoq; ignoscat atrides.
Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.
Hūnc tamen utilitas populi fraterq; datiq;
Summa mouet sceptri:laudē ut cū sanguine pensēt.
Mittor & ad matrem:quæ non hortanda:sed astu
Decipienda fuit:quo si telamonius issēt:
Orba suis essent etiā nunc lintea uentis.
Mittor & iliacas audax orator ad arces:
Visaq; & intrata est altæ mihi curia troiæ.
Plenaq; adhuc erat illa uiris.interritus egi
Quā mihi mandarat cōmunis græcia causam.
Accusoq; parin:prædāq; helenamq; reposco:
Et moueo priamū:priamoq; antenora iunctū.
At paris & fratres & qui rapuere sub illo
Vix tenuere manus(scis hæc menelae)nefandas.
Primaq; lux nostri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora est:quæ consilioq; manuq;
Vtiliter feci spatiosi tēpore belli.
Post acies primas urbis se mœnibus hostes
Continuere diu:nec apti copia martis
Vlla fuit:decimo demū pugnauimus anno.
Quid facis interea:qui nil nisi prælia nosti:
Quis tuus usus erat:nam si mea facta requiris:
Hostibus insidior.fossas munimine cingo.
Consolor socios:ut longi tædia belli
Mente ferāt placida.doceo quo simus alendi
Armandiq; mō.mittor quo postulat usus.
Ecce iouis monitu deceptus imagine somni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli.
Ille pōt auctore suam defendere uocem.
Non sinat hoc aiax:delendaq; pergama poscat.
Quodq; pōt pugnet.cur nō remoratur ituros:
Cur non arma capit:det quod uaga turba sequatur.
Non erat hoc nimiū.nunq; nisi magna loquenti.
Quid q; & ipse fugit:uidi:puduitq; uidere.

it Troadis unde Briseida rapuit Achilles. Sæuū Hectora.magnum. terribilem.illum enim ex arte laudat:ut ide maior Achillis:qui eū superauit: gloria cognoscatur. Viuo dederam arma.Cum ea mercibus inserui.Tunc enim primū arma tractare cœpit Achilles.Hic autē est epilogus primi meriti Vlyssis:quo Achillē in bellum misit. Vt dolor unius.Secundum exponit meritū Vlysses quo probat se armis Achillis digniorē esse q̄ aiax. Nam cum mille græcoꝝ naues ad aulida conuenissent:inde tempestatibus ipediti soluere nō poterant.Quare cōsulti uates responderunt:Dianā sanguine filiæ Agamēnonis esse placandam. Nā Agamēnon illius ceruum imprudēs necasse memoraī.Cū uero pater filiā īmolare nollet:ui eloquētiæ Vlyssis expugnatus est:ut publicam utilitatē priuatæ anteponeret caritati.Missus quoq; ad clytæmnæstram non minore arte ab ea filiam abduxit.Quæ nisi perfecisset Vlysses:classis græcorum nunq̄ ab Aulide ꝓfecta esset. Vt dolor unius.Postq̄ dolor unius Menelai:quem ex Helena uxore sibi ablata capiebat. Aulidaq; Euboicā. Aulis Boetiæ urbs est iuxta chalcidem conuentu mille nauium græcorum nobilis. Atq; in rege tamen pater est.Paterna caritas. Tenui.obtinui.

Difficilem causam.propter iniquum iudicem Nam agamēnon magis priuata caritate q̄ publica utilitate moueri uidebatur. Summa.potestas.

Laudem & cum sanguine pēset.gloriam.Hæc autem omnia ab Vlysse fuerunt Agamēnoni cōmemorata.publica utilitas. Menelaus frater:ac summa potestas illi data. Mittor & iliacas.Vlysses:ut Homerus quoq; scribit:una cū Menelao ad Helenam repetendam orator ad priamū missus est. Priamoq; Antenora iunctū.Nam Antenor semper censuit Helenam Menelao esse reddendā. Sub illo.In illo tempore. Spatiosi belli. diuturni ac longi & in decimum usq; annum ꝓtracti. Quis tuus usus erat:Quæ tua græcis utilitas erat: Ecce iouis monitu.Aliud cōmemorat in græcos meritū Vlysses.Nam ut Homerus in secūdo iliados narrat:Iupiter per somnū Agamēnonem admonuit:ut toto exercitu cum troianis confligeret.Futurum enim ut uictoriā adipisceretur.Agamēnon uero ut suoꝝ animos tēptaret.conuocatis ad contionem græcis finxit se in somnis a ioue admonitū:ut græciā toto exercitu repeteret.Troiā enim nulla ratione capi posse.Quare cum omnes deducerent naues:ut redirent in patriam:Vlysses id dissuadere principibus cœpit:tantumq; eloquētia ualuit:ut omnes mutare sententiam coegerit. Auctore.Iouis auctoritate. Nō sinat hoc Aiax.Pulchra ironia qua significat Vlysses Aiacem nulla præditū eloquentia illud prohibere non potuisse. Det.edat.dicat aliquid.Proponat aliquod cōsilium quod turba sequatur. Non erat hoc nimium.Aiaci inquit magna semper iactanti nimium non erat.

Inhoneſta uela.inhoneſte ac turpiter.nomẽ.n. pro aduerbio poſitũ eſt.Vela aũt legendũ eſt:non bella:ut fere in exẽplaribus eſt deprauatũ. Quid facitis?Hæc ex ea oratione ſumpta ſunt:quã Homerus artificioſiſſimã Vlyſſi attribuit. Captam troiã.Non quæ re uera capta eſſet.Sed quæ in eo erat:ut facile capi poſſet.Nam apud Homerꝝ colligit Vlyſſes futurꝝ eẽ:ut Troia decimo anno:quo uolebant recedere:omnino capiaſ. In quæ.Ad quæ. Dolor ipſe diſertum.Exarte eloquentiã ſuam Vlyſſes in doloré refert:quo & arrogantiã uitet:& magis ſibi græcos conciliet:quoꝝ dedecore ſe maximo affectũ fuiſſe dolore ait. Profuga de claſſe.Ad fugiendum parata. Conuocat Atrides.Agamẽnon.Hoc quoq; de Homero eſt ſumptũ. Telamoniades.Aiax Telamonis filius.

Inceſſere.,puocare. Dictis cõuitiis:ut ſecũdo iliados patet. Therſites.Therſites quo nemo deformior.nemo lingua proteruior in græcoꝝ exercitu fuiſſe ab Homero ſcribiſ:cum Agamẽnonẽ quoq; conuitiis inceſſiſſet ab Vlyſſe ſceptro grauiter fuit percuſſus. Refundo.in aios eoꝝ remitto.Reparo.Reſtituo.q̃uis in quibuſdã exẽplaribus repoſco legatur. Tempore ab hoc.elegãter colligit Vlyſſes:quecũq; aiax fortiter fecit: poſteaq̃ eum cũ aliis a fuga reuocauit:ſibi potius eſſe aſcribẽda. Eſt aliqd.Modeſte loquiſ Vlyſſes.Innuit autem pulchrũ ac glorioſum eẽ a præſtanti uiro ſocium eligi.Nam Diomedes unũ ex oĩbus græcoꝝ optimatibus Vlyſſem ſociũ delegit ad ſpeculãdũ Troianoꝝ caſtra iturus:ut apte in decimo ſcribit Homerus. Nec me ſors ire iubebat.Significat ſe ſpõte ſocium Diomedi iuiſſe ad ſpeculandũ quid hoſtes in caſtris agerent: qua nocte & doloné:qui & ipſe ad græcoꝝ caſtra ſpeculator ueniebat interemerũt:& Rheſum Thraciæ regem qui auxilium Troianis tulerat:una cũ comitibus interfecerũt:ac equos candidos in ſua caſtra priuſq̃ quicq̃ pabuloꝝ Troiæ guſtarẽt abduxerunt:ut ex Homerico Vergilianoq; carmine notiſſimum eſt. Auſum eadem quæ nos.Nã & ipſe ſpeculator ad caſtra græcoꝝ fuerat miſſus.

Perfida troia.Perfidi troiani.Eſt.n.metonymia Nam cõtinens ,p cõtento poſitũ eſt. Speculares explorarẽ.inquirerẽ. Cuius equos preciũ.Dolon noctu ad ſpeculandũ quid hoſtes agerẽt:miſſus:equos Achillis ſibi ,p mercede dari:ſi Troiani uincerent depopoſcit.Eſt autẽ ordo.Arma mihi eius uiri negate:cuius equos hoſtis dolon ,p nocturna ſpeculatione popoſcerat. Illa uero ironia Vlyſſes arma Achyllis & Aiaci negãda & ſibi adiudicãda eſſe oſtendit. Benignior.beneficẽtior. gratior.ironicos aũt hæc quoq; dicunt. Quid Iycii referã ſarpedõis.Sarpedõ filius fuit iouis ex Europa ac Minois frater.Hic cũ rex eẽt lyciæ troianiſq; faueret:multis ex eius ſociis ab Vlyſſe cæſis a Patroclo tãdẽ fuit iterfectus. Cœranõ iphitiden.iphiti filiũ.Fere aũt eos q hoc loco ab Vlyſſe enumeranſ:& ſarpedonis ſocios fuiſſe & ab Vlyſſe iterfectos i iliados qnto ſcri.Home.ενθογε κοιρανον ειλεν αλαζοραται χρομιοντε:αλκαν Δρ/ ονθαλιον τε νοημονα τε πρυτανιντε. Veſtẽq;

Cum tu terga dares:inhoneſtaq; uela parares.
Nec mora.quid facitis?quæ uos dementia dixi:
Concitat o ſocii captam dimittere troiam?
Q uidue domũ fertis decimo niſi dedecus anno?
Talibus atq; aliis:in quæ dolor ipſe diſertum
Fecerat:auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat atrides ſocios terrore pauentes.
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam
Audet.& auſus erat reges inceſſere dictis
Therſites etiam per me haud impune proteruus.
Erigor:& trepidos ciues exhortor in hoſtes:
Amiſſamq; mea uirtutem uoce refundo.
Tempore ab hoc quodcunq; poteſt feciſſe uideri
Fortiter iſte:meum eſt:qui dantem terga retraxi.
Deniq; de danais quis te laudatue petitue?
At ſua tydides mecum communicat acta.
Me probat:& ſocio ſemper confidit ulyxe.
Eſt aliquid de tot graiorum milibus unum
A diomede legi.nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſq; hoſtiſq; periclo
Auſum eadem:quæ nos:phrygia de gente dolona
Interimo:non ante tamen:q̃ cuncta coegi
Prodere:& edidici quid perfida troia pararet.
Omnia cognoram:nec quid ſpecularer habebam:
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti.
Haud contentus eo petii tentoria Rheſi:
Inq; ſuis ipſum caſtris comiteſq; peremi:
Atq; ita captiuo uictor uotiſq; potitus
Ingredior curru lætos imitante triumphos.
Cuius equos preciũ pro nocte popoſcerat hoſtis:
Arma negate mihi:fueritq; benignior aiax.
Q uid Iycii referam ſarpedonis agmina ferro
Deuaſtata meo?cum multo ſanguine fudi
Cœranon iphitiden & alaſtoraq; chromiumq;
Alcandrumq; Haliumq; Noemõaq; Prytaninq;:
Exitioque dedi cum pheridamante thoona
Et Charopem:fatiſque ĩmitibus ennomon actum:
Q uiq; minus celebres noſtra ſub mœnibus urbis
Procubuere manu.ſunt & mihi uulnera ciues
Ipſo pulchra loco.nec uanis credite uerbis.
Aſpicite en(ueſtemq; manu diduxit)& hæc ſunt
Pectora ſemper ait ueſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot telamonius annos
Sanguinis in ſocios:& habet ſine uulnere corpus.
Q uid tamen hoc refert:ſi ſe pro claſſe pelaſga
Arma tuliſſe refert contra troaſq; iouemque?

Cõfiteorque:tulit.neque.n. benefacta maligne
Detrectare meum ẽ. modo ne communia ſolus
Occupet:atq; aliquẽ uobis quoq; reddat honorem.
Rep pulit actorides ſubimagine tutus achillis
Troas ab arſuris cu m defenſore carinis.
Auſum etiã hectoreis ſolum cõcurrere tælis
Se putat oblitus regiſq; ducíſq; meique
Nonus i officio:& prælatus munere ſortis.
Sed tamẽ euentus ueſtræ fortiſſime pugnæ
Q uis fuit:hector abit uiolatus uulnere nullo.
Me miſeꝝ q̃to cogor meminiſſe dolore
Temporis illius:quo graium murus achilles
Procubuit:nec me lachrymæ luctuſq; timorq;
Tardarunt:quin corpus humo ſublime referrem
His humeris.his iq̃ humeris ego corpus achillis
Et ſimul arma tuli:quæ nunc quoq; ferre laboro.
Sunt mihi quæ ualeant in talia pondera uires.
Eſt animus certe ueſtros ſenſurus honores.
Scilicet iccirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit:ut cæleſtia dona
Artis opus tantæ rudis & ſine pectore emile s
Indueret:neq;.n. clypei cælamina nouit.
Oceanum & terras:cumq; alto ſidera cælo
Pleiades hyadeſq; imunemq; æquoris arcton:
Diuerſaſq; urbes:nitidumq; orionis enſem
Poſtulat:ut capiat quæ non intelligit arma.
Q uid:q; me duri fugientem munera belli
Arguit incœpto ſerum acceſſiſſe labori:
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit achilli.
Si ſimulaſſe uocas crimen:ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt:ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit cõiunx.pia mater achillem.
Primaq; ſunt illi data tempora.cætera uobis:
Haud timeo:ſi iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune uiro.deprenſus ulyſſis
Ingenio tamen ille.at non aiacis ulyſſes.
Ne ue in me ſtolidæ conuitia fundere linguæ
Admiremur eum:uobis quoq; digna pudore
Obiicit.an falſo palameden crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi:uobis damnaſſe decoꝝ:
Sed neq; naupliades facinus defendere tantum
Tamq; patens ualuit:nec uos audiſtis in illo
Crimina.uidiſtis:precioq; obiecta patebant.
Nec pœantiaden q; habet uulcania lemnos:
Eſſe reus merui.crimen defendite ueſtrum:
Conſenſiſtis.n.nec me ſuaſiſſe negabo:
Vt ſe ſubtraheret belliq; uiæq; labori:

mãu diduxit rẽouit diuiſit.Hæc ãt ex poetæ pſo na dicta ſũt. Reppulit actorides.Patroclus acto ris nepos:q armis Achillis idutus ab Hectore tã dẽ fuit iterfectus.Cum enĩ Achilles Agamẽnoni iratus in aciem aduerſus hoſtes deſcẽdere nollet p̃cibus amicoꝝ cõceſſit Patroclo:ut ſuis armis i dutus Troianoꝝ impetũ retardaret. Troas cũ defenſore.Hectore.Troianoꝝ nãq; defenſor fu it Hector. Auſum etiam Hectoreis. Aiax ut narrat Homerus:cum Hectore ſingulari certa mine pugnauit:cum id ei ſorte contigiſſet. Qua ex pugna uterq; ſine uulnere diſceſſit ab altero p nicioſis donatus muneribus.Hector quidẽ Bal theo:quo ligatus circum llii mœnia fuit tractus. Aiax uero gladio:in quẽ incubuit ſe ipm interfi ciens. Regis.Agamemnonis. Ducis.Menelai.

Et prælatus munere ſortis.Colligit Vlyſſes nõ uirtute ſed ſorte aiacem cum Hectore cõtendiſ ſe.Cum.n.nouem:ut diximus:ſe pugnaturos cũ Hectore profiterent:conſilio Neſtoris factum ẽ ut ſortem quiſq; ſuam in galeam deiiceret:ac cu ius prima educta foret:is in certamen cum He ctore deſcenderet. Et prælatus.Antepoſitus aliis nulla re alia q̃ ſorte. Fortiſſime.Ironicos ẽ dictum.Qui tibi uideris fortiſſimus:cum non ſis. Me miſerum.Hæc lachrymans uidet pro nunciaſſe Vlyſſes. Quanto dolore.Cum pre poſitio ſubaudiatur:ut cum quanto dolore itel ligat. Graium murus.Græcorum propugna culum.Eſt autẽ metaphora:qua maxime Achil les cõmendatur. Referrem.Reportarem cor pus humo ſublatum.Hoc autem facto ſe maxie dignũ Achillis armis Vlyſſes oſtendit. His hu meris.Indicans humeros ſuos hæc dicit Vlyſſes. Eſt aũt pulchra anadiploſis:qua pulchre &ab aia ce obiecta diluit:& ſe aptum eſſe ad ea gerẽda ar ma oſtẽdit. Laboro.exopto.ſtudeo.enitor. Sẽſu rus.Cogniturus.itellecturus. Veſtros honores. Celaturã armoꝝ mihi a uobis adiudicatoꝝ. Sci licet idcirco.Ironia q̃ Aiacẽ i cõtẽptũ ulyſſes addu cit.Cærula mr̃.Thetis:q̃ cũ Hectór patroclo iter fecto Armis Achillis foret potitus rogauit uulca nũ:ut filio ſuo ſcutũ galeã tibialia ac thoracẽ ãcẽ tia fabricaret.Ille uero: cũ alia:tũ ſcutũ ex arte ex poliuit:ut ĩ eo cælũ cũ q̃tuor elemẽtis ſpectaret Eoꝝ ãt artificiũ nõ itellectũ iri ab Aiace Vlyſſes ait:cũ & ĩgenio careat & oĩ doctrina. Sine pecto re.ĩgenio. Cælamina.Cælaturã & ſculpturã.

Oceanũ & terras.Cælaturã clypei deſcribit Oui dius ab Homero ſumptã. Pleiades Hyadeſq;. Sic Hõerus.πληίαλάσ θυαλάστετοτε.σθενοσ ωρίωνοσ. Immunẽq; æquoris arctõ.Arctos mi nor ẽ urſa:ut ſupius quoq; dixĩus:q̃ currus quo q; ut Homerus ſcribit cognoiat.αρκτον θην και αμαξαν επικλησιν καλεουσιν. Id ẽ Vrſãq; quã & currũ cognométo uocãt.Solũ ãt ex oĩbus hoc ſidus nunq̃ occidit:ac idcirco ab Homero quoq; æquoris exps dr̃ eẽ.οιη λαμπροτατοσ εσι λοετρων ωκεανοιο.Id ẽ.Sola ãt expers ẽ lauacroꝝ oceani.

Diuerſaſq; urbes.In ſcuto Achillis duæ diuerſæ urbes a uulcano ut narrat Homerus cælatæ fue rũt:q̃ꝝ altera pace frui,altera bello & obſidiõe p

mi uidebaſ. Nã ĩ altera nuptiæ atq; conuiuia celebranſ:
iudiciaq; exercẽſ. Alterã duo exercitus & qdẽ ĩter ſe diſ
ſidẽtes obſidere uidenſ. Illi. uxori. Ne ue in me ſtoli/
dæ. Aiacẽ in cõtẽptũ adducit: q tãta ſit ſtultitia: ut ea di/
xerit quæ in iudicũ pudorẽ recidere poſſint. Nam ſi ĩqt
mihi turpe ẽ accuſaſſe palamedẽ: turpe itidẽ uobis ẽ eũ
dãnaſſe. Hæc enĩ duo ſe iuicẽ cõfirmãt ac ſub eãdẽ rõnẽ
cadũt. Precio. Auro: quod in tentorio palamedis fuit
deꝑhenſum: cum illuc opera Vlyſſis foret importatum

Nec pœantiaden. Quæ de philocteta ſibi ſũt obiecta
refellit Vlyſſes. Contenſiſtis. n. ut illum in lẽno relin/
querẽ curãdum. Melius telamonius ibit. pulchra iro
nia: qua Aiacem deridet Vlyſſes: ut inertem atq; inge/
nio carentem. Ante retro Simois fluet. Ante rex; natu
ra mutabiſ: q uobis Aiacis igeniũ ꝓdeſſe poſſit. Et ſi/
ne frõdibus. Arboribus. a ꝑte nãq; totũ itelligimus.

Achaia. Græcia. Meo pectore. Mea prudẽtia. Sol
lertia. Ingẽii acumẽ. Sis licet ifeſtus. apoſtrophe ad Phi
loctetẽ: q̃ ſignificat ſe Vlyſſes eloquẽtia ſua multũ græ/
co; rebus ꝓdeſſe poſſe. ac ſe philocteten q̃libet ſibi ira/
tũ placatu; ac ſecũ ad troianũ bellũ adductu; pollice/
tur. Sociis. græcis. Regiq;. Agamẽnoni. Meũq; de
uoueas ſine fine caput. hoc ẽ. Quãuis aſſidue mihi ma/
la ipreceris: atq; ea oĩa facias: quæ ſolẽt a capitalibus ini
micis fieri & optari. te tamẽ eloq̃ntia mea placabo. Te
tamẽ aggrediar. Verbis & oſone. hoc ẽ alloq̃r. Tãq; tu
is potiar ſagittis. Sic in ptãte mea tuas ſagittas hẽbo: ut
hũi & Helenũ uatẽ egregiũ & palladiũ qđ niſi hoſtibus
abſtuliſſẽ: troia nũq̃ capi potuiſſet. Faueat fortuna. Dũ
mõ ſubitelligaſ. Dardanio uate. Periphraſis ẽ Heleni
uatis egregii. Nã Heleus Priami fuit filius: uaticinãdi ar
te iſignis: ut ex carmie quoq; Vergiliano eſt notũ: Qui
ab Vlyſſe captus oĩa Troianor; fata reuelare coactus ẽ.

Retexi. Aperui. Signũ penetrale phrygiæ Mineruæ.
Palladiũ: quod Vlyſſes una cũ Diõede Cæſis ſũmæ cu/
ſtodibus arcis rapuit: cũ oraculũ eẽt capi troiã nõ poſſe
q̃diu ĩ ea palladiũ ipm ſeruareſ. Et ſe mihi comparat
Aiax. Affectui & indignatõi ſeruit illa & copula. Per ex
cubias. per uigilias & cuſtodias hoſtiũ. Ex arte aũt exag
gerat hoc factũ Vlyſſes: ut oſtẽdat ſe auctorẽ fuiſſe Tro
iæ capiundæ. Sua æde. Suo tẽplo. Leua. Manu ſini
ſtra. Tauror; tergora ſeptẽ. hoc ẽ ſcutũ ſeptẽ coriis boũ
tectũ. Illa nocte mihi. Se rapiẽdo Palladiũ Vlyſſes colli
git auctorẽ fuiſſe uictoriæ Troianæ. Tydidẽ meũ. Dio
medẽ mihi amicũ. In illo. Palladio a nobis rapto. Mi
norẽ. inferiorẽ. Sapiẽte. eloq̃nte: Ois. n. eloq̃ns ſapiẽs eẽ
exiſtimaſ. Moderatior Aiax. Oilei filius q ĩter fortes
ab Homero nũeraſ. Ex arte ãt ſibi iudices cõciliat Vlyſ
ſes: illos tũ a modeſtia: tũ a uirtute laudãdo. Eurypyluſ
q; ferox. Eurypyli duo ad bellũ Troianũ ꝓfecti ſũt. alter
Herculis filius ex Co ĩſula Augurio iſignis. Alter Euæ/
mones filius ex Ormenio urbe: q ut ſcribit Homerus:
cũ q̃dragĩta nauibꝫ ĩ expeditionẽ troianã Agamẽnona ẽ
ſecutus. Is cũ uiribus plurimũ poſſet: arma tamẽ Achil
lis nõ popoſcit. Claroq; Andremõe natus. Periphraſis
Thoãtis. Nã ut in ſcdo narrat Homerus: Thoas Andre/
monis filius priceps ætolor;. ad bellũ Troianũ cũ q̃dra/
ginta nauibus ẽ ꝓfectus. Nec minus idomeneus. Nec
nõ ẽt. Idomeneũ aũt Lyctiũ fuiſſe ac Cretẽſibus ĩperaſ/
ſe ĩ expeditõeq; troiana una cũ Meriõe: quo auriga ute
baſ: fortiſſime ſe geſſiſſe: & Homeri & Vergilii carmi/
nibus notiſſimũ eſt. Patria eadẽ. Ambo nãq; Lyctii fue/
rũt. Peteret maioris fr̃ Atridæ. Menelaus Agamẽno/

Tẽptaretq; feros requie lenire dolores.
Paruit: & uiuit. non hæc ſententia tantum eſt
Fida: ſed & felix cum ſit: facit eſſe fidelem.
Q uẽ quoniã uates deléda ad ꝓgama poſcũt:
Ne mandate mihi. melius telamonius ibit:
Eloquioq; uiꝝ morbis iraq; furentem
Molliet: aut aliqua præducet callidus arte.
Ante retro ſimois fluet: & ſine frondibus ide
Stabit: & auxiliũ ꝓmittet achaia troiæ:
Q uã ceſſante meo pro ueſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi danais ſollertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis: regiq; mihiq;
Dure philoctete licet execrere: meumq;
Deuoueas ſine fine caput: cupiaſq; dolenti
Me tibi forte dari noſtrũq; haurire cruorem.
Te tamẽ aggrediar: mecũq; reducere nitar.
Vtq; tui mihi: ſic fiat tibi copia noſtrum.
Tamq; tuis potiar (faueat fortuna) ſagittis:
Q uam ſum dardanio: quẽ cepi: uate potitus.
Q uam reſponſa deũ: troianaq; fata retexi.
Q uã rapui phrigiæ ſignũ penetrale mieruæ
Hoſtibus e mediis: & ſe mihi cõparat aiax.
Nempe capi troiã ꝓhibebãt fata ſine illo.
Fortis ubi eſt aiax? ubi ſunt ingẽtia magni
Verba uiri? cur hic metuit? cur audet ulyſſes
Ire per excubias? & ſe cõmittere nocti?
Perq; feros enſes non tantũ mœnia troum:
Verũ etiã ſũmas arces intrare: ſuaq;
Eripere æde deam: raptamq; auferre ꝑ hoſtes?
Q uæ niſi feciſſem: fruſtra telamone creatus
Geſtaſſet leua tauroꝝ tergora ſeptem.
Illa nocte mihi troiæ uictoria parta eſt.
Pergama tũc uici: cum uinci poſſe coegi.
Deſine tydiden: uultuq; & murmure nobis
Oſtentare meũ. pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu cũ ſocia clipeum ꝑ claſſe tenebas:
Solus eras. tibi turba comes. mihi cõtigit unus
Q ui niſi pugnacẽ ſciret ſapiente minorem
Eſſe: nec ĩdomitæ deberi præmia dextræ: (iax
Ipſe quoq; hæc peteret: peteret moderatior a/
Eurypilus q; ferox: claroq; ãdremõe natus.
Hæc minus idomeneus: patriaq; creatus eadẽ
Merio nes. peteret maioris frater atridæ:
Q uippe manu fortis: nec ſũt tibi marte ſecũdi
Conſiliis ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis: ingeniũ ẽ qđ eget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris: mihi cura futuri.

Tu pugnare potes:pugnādi tempora mecū
Eligit atrides.tu tantum corpore prodes.
Nos animo.quātoq; ratē qui tempat āteit
Remigis officiū.quanto dux milite maior:
Tātū ego te ſupero.necnō i corpore noſtro
Pectora ſūt potiora nam.uigor oīs ī illis.
At uos o ꝓceres uigili date præmia ueſtro:
Proq; tot annoꝝ curis:quos anxius egi:
Hūc titulū meritis pēſandū reddite noſtris.
Iā labor in fine ē. obſtantia fata remoui:
Altaq; poſſe capi faciendo pergama cepi.
Per ſpes nūc ſocias:caſuraq; mœnia troum:
Perq; deos oro:quos hoſti nuper ademi:
Et ſiquid ſup eſt:qđ ſit ſapienter agendum.
Siqđ adhuc audax ex præcipitiq; petēdū ē:
Si troiæ fatis aliquid reſtare putatis:
Eſte mei memores:aut ſi mihi nō dat arma:
Huic date:& oſtēdit ſignū fatale mineruæ.
Mota manus ꝓcerū ē:& qđ facūdia poſſet:
Tūc patuit:fortiſq; uiri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus: q ferrūq; ignēq; iouēq;
Suſtinuit totiens:unā non ſuſtinet iram.
Inuictūq; uirum uicit dolor.abripit enſē:
Et meus hic certe ē.an & hūc ſibi poſcit ulyſ
Hoc ait utēdū ē ī me mihi:qq; cruore (ſes:
Sæpe phrygū maduit:dōini nūc certe ma-
Ne qſq; aiacē poſſit ſupare:niſi aiax. (debit
Dixit:& in pectus tū demū uulnera paſſū
Q ua patuit ferro:letalē condidit enſem.
Nec ualuere manus ifixū educere ferrum.
Expulit ipſe cruor:rubefacta ſāguine tellus
Purpureū uiridi genuit de ceſpite florem.
Q ui prius oebalio fuerat de uulnere natus
Littera cōmunis mediis pueroque uiroque
Inſcripta ē foliis hæc nominis.illa querelæ.
Victor ad hypſipyles patriā clariq; thoātis
Et ueteꝝ terras infames cæde uiroꝝ
Vela dat:ut referat tirynthia tela ſagittas.
Q uæ poſtq; ad graios dōino comitāte reue
Impoſita ē ſero tādē māus ultia bello. (xit:
Troia ſimul priāuſq; cadūt.priameia cōiūx
Perdidit infelix hominis poſt omia formā:
Externa ſque nouo la tratu terruit auras.
Lōgus ī āguſtū qua clauditur helleſpōtus:
Ilion ardebat:neque adhuc conſederat ignis

nis frater. Nec ſūt tibi marte ſcđi. Nec te ſūt pugnādo in feriores. Cōſiliis meis.Meæ prudētiæ. Ingeniū qđ eget moderamīe noſtro.ſed cōiūctio ſubitelligat. Vires.n.corporis Aiaci cōcedit Vlyſſes. Cæteꝝ feroci ingenio qđ ſuo regimine indigeat.illū ꝑditū eē ait. Sine mēte.Sine ingenio.& prudētia.Eſt aūt pulchra cōpatio:q ſe Vlyſſes Aiace multo ꝑſtātioré eē oſtēdit. Tēperat:Regit & gubernat.

Pectora potiora manu.ingenii acumina uiribus corporis meliora. Vigor omnis ī illis.oīs iḡt Virtus ī ingenii acumine cōſiſtit. At uos o Proceres.Artificioſe in poratione Vlyſſes & q̄dā ex meritis ſuis cōmemorat: & iudices rogat ut ſe habeāt cōmēdatū:ſibiq; Achillis arma uelit adiudicare. Vigili ueſtro eiq ꝓ uobis libēter uigilare cōſueuit. Tot āноꝝ. Decē.n.annos ꝓ græcis ſollicitus fuerat Vlyſſes. Hūc titulū.hunc honorē. Iā labor in fine ē.Scite.Nam finito labore præmiū debeć. Obſtantia fata remoui.ex arte id quod maximū eſt iteꝝ cōmemorat Vlyſſes:ut oſtēdat ſe auctorē fuiſſe ut Troia capi poſſit. Poſſe capi faciendo.Vt capi poſſent in ſoluta diceręć oīone.

Perq; deos oro.per palladē:cuius ſimulacrū Troiāis abſtulerat. Siquid adhuc ſupeſt.Reſtat. Siqđ adhuc audax.In quo cōficiūdo audacia opus ſit. Ex præcipitiq; petendū.Ex periculoſo loco ſumendū. Fatis Troiæ.Fatis ꝓhibentibus ne troia capiaťć. Huic date.Digito & manu palladiū: quod Troianis abſtulerat Vlyſſes idicauit. Mota manus ꝓceꝝ ē. Cōmota & ꝓſuaſa fuit prīcipū græcoꝝ multitudo Vlyſſis oīone. Et quid facundia poſſet Tūc patuit:Tūc inquit manifeſtum fuit quantum eloquentia ualeat in animis hominum flectendis. Tulit.Habuit.

Inuictumq; uirū uicit dolor. Stulte dictum eſſe uideć. Quo nanq; modo eum dolor uincat q uinci nō pōt? Sed aut ante:aut alioqui ē ſubaudiēdū: ut ītelligamus.alioqui anteue inuictū Aiacem a dolore & indignatione fuiſſe ſuperatū. Et meus hic certe eſt.Illa & copula maxima ſignificat indignatione Aiacem fuiſſe uexatum. De œbalio uulnere.De ſanguine hyacinthi œbalii qui: ut in decimo narrauit poeta:in florem purpureum ab Apolline amato re fuit conuerſus. Littera cōmunis.In foliis inquit illius floris in quem Aiax fuit conuerſus:communis eſt & Hyacinthi pueri quærelis & nomini Aiacis. Nam in illo flore ut in decimo quoq; diximus: inſcriptæ uidentur hæ duæ litteræ græce.αι.quæ in diphthongū coagmentatæ & q̄rimoniæ ſunt indices:& in hoc nomine αιαϛ primæ. Hinc aūt illud quoq; apte colligiť eos magnope decipi qui putant hya in decimo eē legēdū easq; ſras in flore inſcriptas.

Victor ad hypſipyles.Hecubæ in canē metamorphoſin apte cū ſuperioribus cōnectit poeta. Nā troia tādē incēſa cū græci claſſē in Thraciā appuliſſēt.Polyxenā Priami at q; Hecubæ filiā manibus Achillis eā poſcētibus īmolarūt. cuius corpus lotura cum ad littus Hecuba acceſſiſſet:forte Polydori filii a Polymeſtore Thracie rege interempti cadauer ibi cōſpicata Vlciſci tantū ſcelus decreuit. Nā Priamus Polymeſtori tanq̄ amicœ belli euētū ignorās cū multis pecuniis filiū cōmēdarat:ut ſiqd urbi accideret: ſuoꝝ aliqs ſupeſſet. Hecuba igiť accerſitū ad ſe Polymeſtora ſub ſpe theſauri indicandi Vna cū aliis mulieribus captiuis excæcauit. Quare cū Thraces ipſam lapidibus inſectarentur in illos latrare cœpit:uolūtate deoꝝ in canē conuerſa.

Victor. Vlysses in certamine armoꝝ Achillis uictor. Ad hypsipyles patriam. periphrasis est. Lemni insulæ. Nam Hypsipyle filia fuit Thoantis Lemnioꝝ regis. Et ueteꝝ terras ifames. Lẽniæ mulieres cũ ueneré in adulterio deprehensam cum marte contemnerent: in se deæ iram concitarunt. Nam uenus hircino odore illis immisso effecit: ut a maritis spernerentur. Qua re de illis cũ ad bella aduersus thraces gerenda ꝓfecti eẽnt interficiendis: cum primũ rediissent: uxores consilium inierũt. Quod qdẽ cũ reliquæ effecissent: sola hypsipyle Thoanti pri pepercit. Domino. Philoctetæ cui moriens Hercules donauerat sagittas. Iouis ara. Ad quã priamus ipse fuerat interfectus. Exiguũ cruoré. In senibus paꝝ eẽ sanguinis physici aiũt. Antistita. Casãdra Phœbi sacerdos. Mittit Astyanax illis. Astyanax Hectoris ex Andromache fuit filius sic dictus: ꝙ urbi uideret imperaturus. Nam ἄϛυ urbs ἀγαξ rex sterprætatur. Is ab Vlysse post troiæ direptionẽ ex altissima turri fuit præcipitatus. Troia uale Ordo ẽ. Troades & mulieres Troianæ clamant. Troia uale. Rapimur & ui abducimur. Dulichiæ traxere manus. Vlysses. Nam illi sorte obtigerat. Hectoris in tumulo. Anadiplosis ad miseratione accõmodata. Est ubi troia fuit. Thraciam e regione Troadis esse ait. Bistoniis uiris. Thracibus. Nam Bistonia urbs est Thraciæ a Bistone martis & Callirroes filio cognominata. Vnde & Bistones & Bistonii Thraces dicũtur. Thracia autem Hellesponto a phrygia separatur. Cõsiliũ sapiẽs. Acclamatio est: qua Priami prudẽtia cõmendat. Sui alumni. Polydori quẽ a patre alendũ nutriendũꝙ susceperat. Quo petiit agamẽnona. Quo tẽpore ob Briseidem raptam in Agamemnonẽ strinxit ensem Achilles. ut in primo iliados narrat. Mactata polyxena. Imolata. Polyxena uero quæ multorum hospita interpretatur filia fuit Priami ex Hecuba: quã Achilles & uiuus amauit & mortuus sibi imolari efflagitauit. Parentibus. obediẽtibus. Immiti umbræ Crudeli: quæ sibi uirginẽ imolari uolebat. Ad tumulum. ad sepulchrum achillis: quod in sigeo promontorio erat. Quæ memor ipsa sui. Suæ generositatis.

Exiguumque senis priami iouis ara cruorem
Combiberat: tractisque comis antistita phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patrioꝝ signa deorum:
Dum licet amplexas: succensaque templa tenẽtes
Inuidiosa trahunt uictores præmia graii.
Mittitur astyanax illis de turribus: unde
Pugnantem ꝓ se: proauitaque regna tuentem
Sæpe uidere patrẽ: monstratum a matre solebat.
Iamque uiam suadet boreas: flatuque secundo
Carbasa mota sonant. iubet uti nauita uentis.
Troia uale. rapimur clamant. dant oscula terræ
Troades: & patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conscendit classem (miserabile uisu)
In mediis hecube natoꝝ inuenta sepulchris.
Prensantem tumulos atqꝫ ossibus oscula dantem
Dulichiæ traxere manus. tamen unius hausit:
Inqꝫ sinu crineres secum tulit hæctoris haustos.
Hectoris in tumulo canum de uertice crinem
Inferias inopes crinem lachrymasqꝫ reliquit.
Est ubi troia fuit: phrygiæ contraria tellus
Bistoniis habitata uiris. polymestoris illic
Regia dives erat: cui te commisit alendum
Clam polydore pater: phrygiisqꝫ remouit ab armis.
Cõsilium sapiens: sceleris nisi præmia magnas
Adiecisset opes: animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna phrygum: capit impius ensem
Rex thracum: iugulоqꝫ sui demisit alumni.
Et tanq̃ tolli cum corpore crimina possent:
Exanimem scopulo subiectas misit in undas.
Littore threicio classem religarat atrides:
Dum mare pacatum. dum uentus amicior esset:
Hic subito q̃tus: cum uiueret: esse solebat:
Exit humo late rupta similisque minanti
Temporis illius uultum referebat achilles:
Quo ferus iniusto petiit agamennona ferro.
Immemoresqꝫ mei disceditis inquit achiui:
Obrutaqꝫ est mecum uirtutis gratia nostræ:
Ne facite: utqꝫ meum nõ sit sine honore sepulchrũ
Placet achilleos mactata polyxena manes.
Dixit. & immiti sociis parentibus umbræ
Rapta sinu matris: quam iam ꝑpe sola fouebat.
Fortis & infelix & plusq̃ fœmina uirgo
Ducitur ad tumulum: diroqꝫ fit hostia busto:
Quæ memor ipsa sui: postq̃ crudelibus aris

Admota est:sensitque sibi fera sacra parari.
Vtq; neoptolemum stantem ferrumq; tenentem:
Vtque suo uidit figentem lumina uultu:
Vtere iam dudum generoso sanguine dixit.
Nulla mora est.aut tu iugulo uel pectore telum
Conde meo.iugulumque simul pectusq; retexit.
Scilicet haud ulli seruire polyxena uellem.
Haud per tale factū numen placabitis ullum.
Mors tantum uellem matrem mea fallere posset.
Mater obest:minuitque necis mihi gaudia:quis
Non mea mors illi:ue; sua uita gemenda est.
Vos modo:ne stygios adeam non libera manes:
Este procul:si iusta peto:tactuque uiriles
Virgineo remouete manus.acceptior illi
Quisquis is est:quem cæde mea placare paratis:
Liber erit sanguis.si quos tamen ultima nostri
Verba mouent oris:priami uos filia regis.
Nunc captiua rogat:genitrici corpus inemptum
Reddite:ne ue auro redimat ius triste sepulchri:
Sed lachrymis.tūc cū poterat redimebat & auro.
Dixerat.& populus lachrymas:quas illa tenebat:
Non tenet.ipse etiam flens inuitusque sacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa super terram defecto poplite labens
Pertulit intrepidos ad fata nouissima uultus.
Tunc quoque cura fuit:partes uelare tegendas:
Cum caderet:castique decus seruare pudoris.
Troades excipiunt:deploratosque recensent
Priamidas:& quid dederit domus una cruoris:
Teq; gemunt uirgo:teque o modo regia cōiunx.
Regia dicta parens.asiæ florentis imago
Nūc etiam. prædæ mala sors:quam uictor ulyxes
Esse suam nollet:nisi q; tamen hectora partu
Ediderat.dominum matri uix repperit hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane:
Quas totiens patriæ dederat natisque uiroq;: (dit
Huic quoq; dat lachrymas. lachrymas ī uulnera fū
Osculaq; ore tegit:consuetaq; pectora plangit:
Caniciemq; suam concreto in sanguine uertens:
Plura quidem:sed & hæc laniato pectore dixit.
Nata tuæ(quid.n. superest:)dolor ultime matris
Nata iaces:uideoq; tuum mea uulnera pectus.
Et ne perdiderim quenq; sine cæde meorū.
Tu quoq; uulnus habes.at te quia fœmina:rebar
A ferro tutam.cecidisti & fœmina ferro.
Totq; tuos idem fratres,te perdidit idem
Iugulumq; simul.Hæc a poeta dici notius ē: q; ut sit admonendum. Per tale factum. p meā cædem.Figurata autem oratione utitur polyxena:qua tametsi nihil de morte curare uideatur:ī nuit tamen cæde sua nullū numen iri placatum eoq; se non esse imolandam. Fallere.latere. Se autem Polyxena in matrem piam ostendit.Hæc uero ex Hecuba Eurypidis sumpta esse uident.

Mater obest.Dolor quo mater afficitur morte mea. Vos modo ne stygios.Rogat Polyxena ne quisq; uirorum se tangat:ut inuiolata ad inferos descendat. Ne non libera.ut libera moriar.

Acceptior.Gratior. Quisqs is ē.Siue deus.siue Heros.Ignorat.n.polyxena:quē cæde sua sint placaturi. Ius sepulchri.facultatem sepeliendi.

Quas illa tenebat. Mira puellæ constantia ex primitur:q; tam intrepide mortem exciperet.

Præbita.Exhibita. Defecto poplite. Deficiē tibus genibus. Ad fata nouissima.usq; ad mortem. Tunc quoq; cura fuit.Hec idem & Eurypides scribit:quam curam iulio quoq; cæsari fuisse narrat Trāquillus.ut togam ad pedes demitteret: quo a coniuratoribus uulneratus honestius caderet. Partes tegendas.pudendas. Recē sent.recognoscunt. enumerāt. Quid cruoris. quantum sanguinis.Nam priamidæ omnes fuerant interfecti. Teq; gemunt uirgo. Apostrophe ad polyxenam atq; Hecubam:quæ paulo ante Asiæ regina uocabatur.Deplorat autem illius calamitatem poeta:quam omnes captiuam propter senectutem aspernabantur. Nisi quod tamen Hectora partu:Ediderat.Ratio qua motus Vlysses eam accepit captiuam. Animæ tam fortis inane.Tam constanti anima uacuum. Osculaq; ore tegit. Parua polyxenæ ora. Est enim abore diminutiuum hoc loco osculū. Plāgit.percutit. Concreto.Coagulato. Vertens.Voluēs. Nata tuæ.Pathetica oratio maxime querelis doloribusq; accommodata. Nata iaces. Repetitio: lugenti hecubæ:quæ ex tam felicissimo statu in tantam ceciderat miseriam:maxime cōueniens. Tuum pectus.uulnere transfixū subaudiatur. Mea uulnera.Meos dolores.

Orbator nr̃i. Qui nos liberis orbauit atq; ſpoliauit. Paridis phœbiq; ſagittis. Dirigẽte nanq; Paridis ſagittas Apolline: ut & Homerus & Vergilius ſcribũt: Achilles fuit interfectus. Mi. Mihi. In genus hoc. In genus noſtrum. Tumulo quoq; ſenſimus hoſtẽ. In tumulo & ſepulchro exiſtentem. Aeacidæ fœcunda fui. Ad Achillis uoluptatem multos pepi filios. Soli. mihi. Nam perinde in me ſæuiũt hoſtes atque ſi finis nõ eẽt impoſitus bello. In curſu. in perſeuerantia. Neq; enim finitur. Modo maxima rerum. ex qua felicitate in quas miſerias reciderit flebiliter Hecuba cõmemorat. Tot generis natiſq; potens. Hecuba Priamo ſeptem filias & duodecim filios peperiſſe ſcribitur. Ex aliis nanq; mulieribus reliquos ad qnquaginta uſq; Priamus ſuſcepit. Piaſti. placaſti. Eſt autem apoſtrophe ad Polyxenã cõmiſerationis plena. Quo ferrea reſto. Ad quẽ uitæ exitum dura ego ac in me ipſam crudelis reſeruor? Quid ue moror. expecto. Differtis. in longum tempus producitis. Viuacem anũ. Me uetulã diu uiuentem. Nec te mea nata. Rationibus colligit Hecuba Priamum inter felices numerandũ. At puto funeribus dotabere. exequiarum honoribus ornaberis. Eſt autẽ Ironia qua ſignificat Hecuba Polyxenã & funeris & ſepulturæ honore carituram. Datus. miſſus. Iſmario regi. Polymeſtori Thraciæ regi. Nam Iſmarus Thraciæ mons eſt. De hoc autem polydoro ſic & Vergilius in tertio æneidos ſcribit. Hũc polydoꝝ auri quõdã cũ põdere magno Infelix priamus furtim mandarat alendum Threiicio regi: cum iam diffideret armis Dardaniæ: cingiq; urbem obſidiõe uideret. Ille ut opes fractæ teucꝝ: & fortuna receſſit: Res Agamemnonias uictricia q; arma ſecutus Fas omne abrumpit. Polydorũ obtruncat: & auro Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Introrſus obortas. intus natas. Deuorat. Conſumit. Modo. interdũ. Toruos uultus. Triſticia efferatos.

Exitium troiæ noſtriq; orbator achilles.
At poſtq̃ cecidit paridis phœbiq; ſagittis:
Nunc certe (dixi) non eſt metuendus achilles.
Nũc quoq; mi metuendus erat. cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſæuit. tumulo quoq; ſenſimus hoſtẽ.
Aeacidæ fæcunda fui. iacet ilion ingens:
Euentuq; graui finita eſt publica clades.
Sed finita tamen ſoli mihi pergama reſtant:
In curſuq; meus dolor eſt. modo maxima rerum
Tot generis natiſque potens nuribuſq; uiroque
Nunc trahor exul. inops. tumulis auulſa meoꝝ
Penelope munus: quæ me data penſa trahentem
Matribus oſtendens ithacis. hæc hectoris illa eſt
Clara parens. hæc eſt dicet priameia coniunx.
Poſtq; tot amiſſos tu nunc: quæ ſola leuabas
Maternos luctus: hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi. quo ferrea reſto?
Quid ue moror? quo me ſeruas annoſa ſenectus?
Quo dii crudeles? niſi quo noua funera cernam:
Viuacem differtis anum? quis poſſe putaret
Felicem priamum poſt diruta pergama dici?
Felix morte ſua eſt. nec te mea nata peremptam
Aſpicit: & uitam pariter regnumque reliquit.
At puto funeribus dotabere regia uirgo:
Condeturq; tuum monumentis corpus auitis?
Non hæc eſt fortuna domus. tibi munera matris
Contingent fletus: peregrinæq; hauſtus harenæ.
Omnia perdidimus. ſupereſt cur uiuere tempus
In breue ſuſtineam: proles gratiſſima matri:
Nunc ſolus: quondam minimus de ſtirpe uirili:
Has datus iſmario regi polydorus in oras.
Quid moror interea crudelia uulnera lymphis
Abluere? & ſparſos immiti ſanguine uultus?
Dixit: & ad littus paſſu procedit anili
Albentes lacerata comas. date troades urnam
Dixerat infelix: liquidas hauriret ut undas.
Aſpicit eiectum polydori in littore corpus:
Factaq; threiiciis ingentia uulnera tælis.
Troades exclamant. obmutuit illa dolore:
Et pariter uocem lachrymaſq; introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor: duroque ſimillima ſaxo
Torpet: & aduerſa figit modo lumina terra.
Interdun toruos extollit ad æthera uultus:
Nunc poſiti ſpectat uultum. nũc uulnera nati:
Vulnera præcipue: ſeq; armat: & inſtruit ira:
Qua ſimul exarſit: tanq̃ regina maneret:

Vlciſci ſtatuit:pœnæq; in imagine tota eſt.
Vtq; furit catulo lactente orbata leæna
Signaq; nacta pedum ſeq̃tur:quẽ non uidet hoſtẽ.
Sic hecube poſtq̃ cum luctu miſcuit iram:
Non oblita animoꝝ.annoꝝ oblita ſuoꝝ
Vadit ad artificem diræ polymeſtora cædis:
Colloquiumq; petit.nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi:quod nato redderet:aurum.
Credidit odryſius:prædæq; aſſuetus amore
In ſecreta uenit.tum blando callidus ore
Tolle moras hecube dixit.da munera nato:
Omne fore illius quod das:quod & ante dediſti
P[illegible]ſuperos iuro.ſpectat truculenta loquentem
Falſaque iurantem:tumidaque exæſtuat ira:
Atq; ita correpto captiuaꝝ agmina matrum
Inuocat:& digitos in perfida lumina condit:
Expilatq; genis oculos(facit ira ualentem.)
Immergitq; manus.fœdataque ſanguine ſonti
Non lumẽ (neq; enĩ ſupereſt) loca luminis haurit.
Clade ſui thracum gens irritata tyranni
Troada teloꝝ lapidumque inceſſere iactu
Cœpit.at hæc miſſum rauco cum murmure ſaxũ
Morſibus inſequitur:rictuque ad uerba parato
Latrauit conata loqui.locus extat:& ex re
Nomen habet:ueteꝝque diu memor illa maloꝝ:
Tum quoque ſithonios ululauit mœſta per agros.
Illius troaſque ſuos hoſteſque pelaſgos
Illius fortuna deos quoque mouerat omnes:
Sic omnes:ut & ipſa iouis cõiunxque ſororque
Euentus hecubam meruiſſe negauerit illos.
Non uacat auroræ:q̃q̃ iiſdem fauerat armis:
Cladibus & caſu troiæque hecubæque moueri.
Cura deam ꝓpior luctuſque domeſticus angit
Memnonis amiſſi:phrygiis quem lutea campis
Vidit achillea pereuntem cuſpide mater.
Vidit.& ille color:quo matutina rubeſcunt
Tempora: palluerat:latuitque in nubibus æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens.ſed crine ſoluto
Sicut erat:magni genibus procumbere non eſt
Dedignata iouis:lachrymiſque has addere uoces.
Omnibus inferior:quas ſuſtinet aureus æther:
(Nam mihi ſũt totum rariſſima templa per orbẽ)
Diua tamen ueni:non ut delubra dieſque
Des mihi ſacrificos calituraſque ignibus aras.
Si tamen aſpicias q̃tum tibi fœmina præſtem:

Vtq; furit.Sæuit. Hac aũt ſimilitudine oſtendit poeta:quantam iram indignationemq; conceperit Hecuba aduerſus Polymeſtorẽ filii: quẽ educandũ ſuſceperat: interfectorem. Animorum. Magnitudinis ac præſtantiæ animi ſui.

Nam ſe mõſtrare. Ait uel ſimile uerbũ: quod eleganter prætermittitur:eſt ſubaudiẽdũ. Latens.occultum. Odryſius.Polymeſtor Thracius.Nam odryſæ: ut ſepe iam ſcripſimus: populi ſunt thraciæ &odryſia urbs eoꝝ. Tumida ira, Ab effectu quæ tumidos &inflatos hoĩes reddit.

Correpto.Cõpræhenſo Polymeſtore. Expilat.extrahit,eruit. Facit ira ualentem.paréthe/ſis taciteæ obiectioni occurrens. Sanguine ſonti.Sanguine nocentis ac ſcelerati polymeſtoris.

Lumen,oculos. Supereſt.Saluum ẽ. Haurit, percutit.aperit. Troada:Hecubam Troianam.

Rauco cum murmure.Cum uoce canina. Iam enim in canem fuerat conuerſa. Et ex re nomẽ habet.Nam.κυνοσσημα appellatur. ideſt canis ſepulchrum .eſt autem in Cherſoneſo Thracia iuxtæ Abydum:ut Strabo refert. Per Sithonios agros.Thracios.Nam Sithonia pars eſt Thraciæ. Vt & ipſa iouis.iuno quæ troianorũ adeo atrox erat inimica. Non uacat auroræ.Memnõ Tithoni atq; auroræ filius cũ in bello troiano ab Achille fuiſſet interfectus:mater iouem rogauit ut aliquo eum afficeret honore.iupiter autem fa uillas rogi ipſius cõgregatas eiuſq; ſocios i aues cõmutauit:quæ memnonides a memnone uocatæ ſingulis qbuſq; annis ad ſepulchrum illius acriter inter ſe pugnantes duci ſuo parentare uidenẽ. Quãquã iiſdẽ fauerat armis.propter Tithonum maritum:q laomedõtis fuerat filius:ac priami frater. Non ſuſtinuit.Nõ potuit. Parens,cauſa cur nõ ſuſtinuerit ſpectare. Quia parens. Nam mihi ſunt.parentheſis cauſam continens cur aurora oĩum dearũ ſit infima. Dies ſacrificos.In quibus mihi ſit ſacrificandum.

Ignibus.ſacrificiis.

Pro patruo ſuo.priamo. Maternaq; uulne/ra leni. Maternos dolores mitiga. Volumina. reuolutiones. Infra.nebulas ſubaudiendum.

Glomerataq;.Congregata. Faciemq; capit. Figuram ac formam accipit. Atq; animum ex igni.Scite.Anima nanq; ut flamma ſemper eſt in motu.Vnde philoſophorum quidã dixerunt animam eſſe ignem. Quibus eſt eadem nata/lis origo.Nã &ipſæ ex fauillis ſũt ortæ. Luſtrãt. Circũuolant. Plangor.clangor. Seducũt ca/ſtra.Separãt caſtra & diuidunt ſe in duas partes.

Diuerſa de parte.Ex partibus aduerſis. Co/gnata.Simul nata. Præpetibus ſubitis.Subito natis alitibus. Auctor.Memnon earum origo.

More parentali.More eorum qui inferis parẽ tant.Parentalia uero proprie dicuntur ſacrificia quæ manibus fiunt. Rebellant.bellum iterũ i ſe ſuſcipiunt. Dymantida.Hecubam Dymã/tis filiam:q̃q̃ alii in primiſq; Euripides ac Vergi/lius ciſſei regis Thraciæ filiam fuiſſe ſcribant.

Rorat.rorẽ fũdit. Nõ tamẽ euerſã.Anii Apol linis Delii ſacerdotis filiarum metamorphoſin in colũbas deſcripturus poeta: Aeneæ pietatem prius ad Delumq; nauigationem cõmemorat: quo aptius fabulæ connectant. Sacra & Sacra altera patrẽ.Aeneas ex incendio troiano & ſacra deæ ueſtæ & patrem anchiſen abſtuliſſe.Aſcaniũ q; abduxiſſe: carmine quoq; Vergiliano ẽ notũ.

Et ſacra altera.Neq; enim minus pium eſt parẽ tibus q̃ſacris auxilium ferre. Cythereius He/ros.Aeneas Veneris:quæ & cytherea dicitur: fi/lius. Prædam illam.Sacra & patrem. Fertur ab antandro.Antandrus urbs eſt ſub ida:ab An/tãdro duce cognominata.Ariſtoteles autem ſcribit illam prius Edonida ſuiſſe uocatam: quo tempore a Cimmeriis inhabitabatur. Liquit. Quãuis ibi iã urbẽ ænũ ædificaſſet: ut Vergilius narrat. Apollineam urbem.Delum Apollinis oraculo inſignem. Hunc Anius.Hunc Deli re gem fuiſſe Apolliniſq; ſacerdotem etiã Vergilius ſcribit. Rex Anius.rex idem hominum phœbi/q; ſacerdos. Quo rege homines. Vtebantur ẽ ſubaudiendum. Delubraq; nota. clara propter oraculum. Duas ſtirpes.Apollinem & Dianã.

Retentas.Alludit ad fabulam. Nã Iuno ita la/tonã dicit̃ pſecuta ut nuſq; geſcere poſſet. Cum uero Delum conſcendiſſet: Apollinem peperit atq; Dianam.

Tum cum luce noua noctis cõfinia ſeruo:
Præmia danda putes.ſed non ea cura:neq; hic eſt
Nunc ſtatus auroræ:meritos ut poſcat honores.
Memnonis orba mei uenio:qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo:primiſq; ſub annis
Occidit a forti(ſic dii uoluiſtis)achille.
Da precor huic aliquem ſolatia mortis honorem
Summe deum rector:maternaq; uulnera leni.
Iupiter annuerat:cum mẽnonis arduus alto
Corruit igne rogus:nigriq; uolumina fumi
Infecere diem:ueluti cum flumina natas
Exhalant nebulas.nec ſol admittitur infra.
Atra fauilla uolat:glomerataq; corpus in unum
Denſatur:faciemq; capit:ſumitq; colorem:
Atq; animum ex igni.leuitas ſua præbuit alas:
Et primo ſimilis uolucri.mox uera uolucris
Inſonuit pennis.pariter ſonuere ſorores
Innumeræ:quibus eſt eadem natalis origo.
Terq; rogum luſtrant:& conſonus exit in auras
Ter plangor.quarto ſeducunt caſtra uolatu.
Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt:roſtriſq; & aduncis unguibus iras
Exercent:alaſque aduerſaque pectora laſſant:
Inferiæque cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora:ſeque uiro forti meminere creatas:
Præpetibus ſubitis nomen facit auctor:ab illo
Memnonides dictæ.cum ſol duodena peregit
Signa:parentali morituræ more rebellant.
Ergo aliis latraſſe dymantida flebile uiſum eſt.
Luctibus eſt aurora ſuis intenta:piaſque
Nunc quoq; dat lachrymas:& toto rorat in orbe.
Non tamen euerſam troiæ cum mœnibus eſſe
Spem quoq; fata ſinũt.ſacra & ſacra altera patrem
Fert humeris uenerabile onus cythereius heros.
De tantis opibus prædam prius eligit illam:
Aſcaniumq; ſuum:profugaq; per æquora claſſe
Fertur ab antandro:ſceleratæq; littora thracum:
Et polydoreo manantem ſanguine terram
Liquit:& utilibus uentis æſtuq; ſecundo
Intrat apollineam ſociis comitantibus urbem.
Hunc anius quo rege homines. antiſtite phœbus
Rite colebatur:temploq; domoque recepit:
Vrbemq; oſtendit:delubraq; nota:duaſque
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis uinoq; in thura profuſo
Cæſarumq; boum fibris de more crematis:

Regia tecta petunt:positisq; tapetibus altis
Munera cum liquido capiũt cerealia baccho.
Tunc pius anchises.o phœbi lecte sacerdos
Fallor:an & natum:cũ primum hæc mœnia uidi:
Bisq; duas natas(quãtũ reminiscor)habebas:
Huic anius niueis circundata tempora uittis
Cõcutiens & tristis ait:non falleris heros
Maxime.uidisti natoq; quinq; parentem:
Quẽ nunc (tanta homines req; incõstãtia uersat)
Pene uides orbum.quod eni mihi filius absens
Auxilium:quẽ dicta suo de nomine tellus
Andros habet,p pane locumq; & regna tenentem:
Delius augurium dedit huic.dedit altera liber
Fœmineæ stirpi uoto maiora fideq;
Munera.nam tactu nataq; cuncta mearum
In segetem laticemq; meri baccamq; mineruæ
Trasformabantur:diuesq; erat usus in illis.
Hoc ubi cognouit troiæ populator atrides:
Ne non ex aliqua uestram sensisse procellam
Nos quoq; parte putes:armoq; uiribus usus
Abstrahit inuitas gremio genitoris:alantq;
Imperat argolicam cælesti munere gentem.
Effugiunt quo quæq; potest.euboea duabus:
Et totidem natis andros fraterna petita est.
Miles adest:& ni dedantur:bella minatur.
Victa metu pietas consortia corpora pœnæ
Reddidit:& timido posses ignoscere fratri.
Non hic Aeneas.non qui defenderet andron
Hector erat:per quos decimũ durastis in annum:
Iamq; parabantur captiuis uincla lacertis.
Illæ tollentes etiam nunc libera cælo
Brachia:bacche pater fer opem dixere:tulitq;
Muneris auctor opem:si miro perdere more
Ferre uocatur opem:nec qua ratione figuram
Perdiderint potui scire:aut nunc dicere possum.
Summa mali nota est,pẽnas sumpsere:tuæq;
Coniugis in uolucres niueas abiere columbas.
Talibus atq; aliis postq̃ conuiuia dictis
Implerũt:mensa somnum petiere remota:
Cumq; die surgunt:adeuntq; oracula phœbi.
Qui petere antiquam matrem cognataq; iussit
Littora.prosequitur rex:& dat munus ituris.
Anchisæ sceptrũ.chlamydẽ pharetrãq; nepoti.
Craterem æneæ:quem quõdam miserat illi
Hospes ab aoniis Therses ismenius oris.
Miserat hunc illi Therses: fabricauerat alcon
Mileus:& longo cælauerat argumento.

Munera cerealia.Cibos. Bisq; duas natas. Anius quatuor habuit filias:quibus Bacchus cõcessit:ut quicquid tangerent in frumentum uel uinum uel oleũ cõmutaret.Eas cum Agamemnon ui ducere uellet in expeditionem troianam ut exercitum alerent: Bacchi auxilio in columbas fuisse conuersas fabulantur. Tanta inconstãtia.instabilitas fortunæ.Est autem acclamatio senis grauitati maxime conueniens. Quod.n. mihi filius absens auxilium? Nulli inquit sibi eẽ auxilio filium absentem:q̃is sit uiuus. Andros hẽt. Andros insula est una ex Cycladibus: ab Andro Anii filio:ut scribit Ouidius:ut alii:Euryma chi denominata. Augurium. Auguriorum ac uaticinãdi peritiam. Voto maiora fideq;.hoc ẽ maiora q̃ quis expetere aut credere debeat. Laticemq; meri. Vinũ. Baccãq; mineruæ.oliuam. pallas enim oliuam extulit in lucẽ. Diues usus. Opulenta utilitas. Euboea duabus.Euboea insula est Boetiæ adiacens admodũ longa.Vnde & macris fuit quondam appellata & Macra.id est lõga:ut tradit plynius:sed & chalcodotis:& chalcis: ære ibi primum reperto:& Abãtias:& Asopis Cõsortia corpa.sorores. Per quos.Quoq; uirtute. Miro more.Mirando mõ. Tuæ coniugis.Veneris.Nam ueneri columbæ sunt dicatæ. Abiere. Conuersæ fuere. Talibus atq; aliis. Thebani cum pestilẽtia laborarẽt:oraculũ accepe rũt eã esse cessaturam :si se duæ uirgines pro populo deuouerent. Duæ autem Echionis filiæ cũ se imolandas tradidissent:iamq; cremarent duo iuuenes q Stephani hoc ẽ coronæ sũt uocati de rogi fauilla uisi sunt exire: exeqasq; matrũ celebrare. Antiquam matrẽ.Italiã.unde Dardanus in phrygiam fuerat profectus. Sic & Vergilius.

Dardanidæ duri quæ uos a stirpe parentum.
Prima tulit tellus:eadem uos ubere læto
Accipiet reduces:antiquam exquirite matrẽ.
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur annis
Et nati natorum & qui nascentur ab illis.

Ismenius.Thebanus.ab Ismeno Boetiæ fluuio: Alcon Mileus.Milei filius.Duo autem fuerũt Alcones clari.Hicargentarius faber:&alter Cretensis arte sagittandi insignis. Longo argumento.prolixa materia. Vrbs erat.In illo cratere celata.Thebæ autẽ Bœotiæ fuerãt sculptæ. Hæ pro nomine erant.Nam septem portæ significant eas esse Thebas Bœotias. Thebæ enim bœotiæ septem portas habuisse dicuntur. Lambunt arentia saxa. Herbæ nanque omnes aruerant. Natas ab Echione. Filias Echionis.The/

bani. Non fœmineũ.timidũ.ſed uirile & audax. Coronas.latine dixit.Nam apud græcos Stephani uocãt.
Sũmis In ſũmitate. Aurato acantho.Acanthus frutex eſt ſpinoſus ſemp florens.Vergilius in Georgicis. &
baccas ſemp florentis Acanthi. Leuiora.minora. Remittunt.Retribuunt. Inde recordati teucros Apol/
linis oraculũ nõ ꝓcipiẽtes troiani in Crætã nauigarũt.Primam enĩ originẽ ſe putabãt ducere a Teucro Scamãdri
Cretẽſis filio:qui ĩ Phrygiã profectus arcem Troianam ædificauit: Sed ante eũ Dardanus ea loca tã cœpat habi
tare. Iouẽ.aerẽ.Nam ut ſcribit Vergilius pœſtilentia laborare cœperũt. Centũq; relictis urbibus. Creta in/
ſula hecaton polis ab Homero uocãt:quod centum urbibus fuerit ornata. Auſonios. Italos. Auſonia nanq;
Italia ab Auſonibus populis fuit cognominata. Stro
phadũq; receptos.Strophades ĩſulæ ſunt in mari Ionio
duæ iuxta zacynthũ απο τησ ςροφησ. hoc eſt a cõuer
ſiõe. zethi & Calais dictæ.Nã illuc uſq; harpyias ꝓſecu
ti retro rediere. Aello.nomẽ ẽ unius Harpyiarũ.quæ
tres eẽ fingunt Neptũi & terræ filiæ. Aello.Ocypite &
Celeno. Et iã Dulichios portus.Dulichiũ. Ithaca.ſa/
mus inſulæ ſũt ĩ Ionio mari:ꝗbus ĩperauit Vlyſſes. Sa
mus ꝗdẽ ĩſula ẽ tetrapolis:hoc ẽ q̃tuor urbiũ:e ꝗbꝫ una
Same uocãt.Vnde Vergilius.Iã medio appet curſu ne/
moroſa zacynthos Dulichiũq; Sameq; & Neritos ar/
dua ſaxis. Neritiaſq; domos.Neritus & mons eſt in
Ithaca inſula et urbs:ut Strabo refert: quæ etiã Leucas
appellãt.Vnde Neritius poſſeſſiuũ. Certatã lite deoꝝ
Ambraciã. Ambracia urbs eſt Epiri ab Ambrace Theſ/
proti filio dicta:uel ut alii dicũt:ab ambracia Aegei fi/
lia.quã Auguſtus apud actiũ ꝓmontoriũ Victo Anto
nio amplificauit una cũ templo Apollinis Actiaci:eãq;
Nicopolim appellauit hoc ẽ uictoriæ urbẽ.Ab Ambra
cia uero ſinus dr̃ Ambracius anguſtis admodũ fauci/
bus ſpatioſũ æquor accipiẽs. Certatã.ꝓticipiũ contra
grãmatices rõnẽ formatũ.de q̃ dii certarũt. Qui uero
fuerit dii illi actiudex qĩ ſaxũ fuit mutatus nõ memini
me legiſſe. Ab apolline.ob Apollinis Actiaci tẽplũ.Il/
luc.n.ad qnquẽnales ludos multi populi cõfluebãt.
Actiaco.qapd̃ Actiũ colebãt.Actiũ ſane & urbis & tẽ
pli & ꝓmõtorii nomẽ ẽ.Vnde Actiacũ decliãt. Terrã
Dodonida.Dodone urbs ẽ epiri.Vnde iupiter Dodo/
neus.Dicta ẽ aũr a Dodone nympha:uel a Dodono Io
uis & Europæ filio. Sua q̃rcu.Nã ĩ nemore q̃rno Do
done uicino colũbas dediſſe reſpõſa. ex ſnia Dodoneo
rũ ãtiſtitũ Herodotus ſcribit qaſſeruer̃ gemĩas ex ægy
pto colũbas euolauiſſe.utrãq; nigrã.unã qdẽ in Aphri/
cã: alterã uero ad ipos:q̃ fago iſidẽs humana uoce locu
ta ſit:eo loci Iouis oraculũ cõdi debere.& ſe iterp̃tatos
eẽ:qd̃ ipis ãnũciaret̃ diuinitus fieri:&ob id ſe ita feciſſe
Dodoneũ ãtoraculũ oĩum græciæ oraculoꝝ fuit uetu
ſtiſſimũ. Chaonioſq; ſinus Chaones populi ſunt Epi/
ri.Vnde &chaonia:ut ſcribit Plynius:fuit dicta. Quã/
uis Vergilius aſſerat a chaone troiãõ fuiſſe cognoiatã.
Vbi nati rege Moloſſo.Hæc fabula mihi ẽ ignota.
Proxia Phæacũ.Aeneæ nauigationẽ deſcribit poeta.
quo ĩ Siciliã tãdẽ ꝓueniat:ubi Acis iuuenis ĩ fluuiũ ſui
nois fuit cõuerſus. Phæacũ.Phæaces populi corcyræ
ĩſulæ a Phæace filio Neptũi & cercyre Aſopi filiæ Aq̃
ẽt ĩſula Cercyra fuit dicta.Nã ãtea Drepane & Scheria
uocabãt. Epiros ab his.Poſt hæc.Nã ĩ Italiã nauigãti/
bꝫ a Corcyra occurrit epirus regio:ĩ q̃ ẽ Buthrotus,oli
romanoꝝ colonia.Nã epiros & ꝓpriũ ẽ regiõis &gene
rale nomẽ:ſignificatq; cõtinẽtẽ.Terra. n.in tres epiros
& cõtinẽtes dr̃ diuiſa Aſiã.Europã.africã. Buthrotos
aũt ẽ urbs haud lõge a Corcyra diſtãs:a primo habita/
tore ſic dicta. Phrygio uati.Heleno priami filio. Si
caniã.Siciliã:quæ tria habet ꝓmõtoria. pachynum.Li
lybæum & Peloꝝ. Tribus linguis.tribus ꝓmontoriis
quoꝝ Pachynus Græciã.Lilybæus Aphrycam.pelorus italiam ſpectat.

Vrbs erat:& ſeptem poſſes oſtendere portas.
Hæ ꝑ noie erant:& quæ foret illa docebant.
Ante urbem exequiæ tumuliq; igneſq; rogiq;
Effuſæq; comas & apertæ pectora matres
Significãt luctũ.nymphæ quoq; flere uidẽt:
Siccatoſq; queri fontes.ſine frondibus arbor
Nuda riget.lambũt arentia ſaxa capellæ.
Ecce facit mediis natas ab echione thebis.
Hanc nõ fœmineũ iugulo dare pectus aperto.
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo:pulchriſq; per urbẽ
Funeribus ferri:celebriq; in parte cremari.
Tum de uirginea geminos exire fauilla:
Ne genus itereat:iuuenes:quos fama coronas
Nominat:& cineri materno ducere pompã.
Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære
Sũmus in aurato crater erat aſper achanto.
Nec leuiora datis troiani dona remittunt:
Dantq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerrim.
Dãt pateram claraq; auro gẽmiſq; coronam.
Inde recordati teucros a ſanguine teucri
Ducere principium cretam tenue re:locique
Ferre diu nequiere iouem:cẽtumq; relictis
Vrbibus auſonios optant cõtingere portus.
Sæuit hyems:iactatq; uiros:ſtrophadũq; re.
Portibus infidis exterruit ales aello. (ceptos
Et iam dulichios portus ithacamq; ſamũq;
Neritiaſq; domos regnum fallacis ulyſſi
Prætereunt uecti certatam lite deorum
Ambraciã:uerſiq; uident ſub imagine ſaxum
Iudicis:actiaco quæ nunc ab apolline nota eſt:
Vocalemque ſua terram dodonida quercu.
Chaonioſque ſinus:ubi nati rege moloſſo
Impia ſubiectis fugiere incendia pennis.
Proxima phæacum felicibus obſita pomis
Rura petunt.epiros ab his:regnataq; uati
Buthrotos phrygio: ſimulataq; troia tenetur.
Inde futuroꝝ certi:quæ cuncta fideli
Priamides helenus monitu prædixerat: itrant
Sicaniam.tribus hæc excurrit ĩ æquora liguis.

E quibus imbriferos uersa ẽ pachynos ad austros.
Mollibus expositum zephyris lilybæon. ad arctos
Aequoris expertes spectat:boreamque peloros.
Hanc subeunt teucri.remis æstuque secundo
Sub noctem potitur zanclæa classis harena.
Scylla latus dextrum.leuum irrequieta charybdis
Infestant.uorat haec raptas reuomitque carinas.
Illa feris atram canibus succingitur aluum
Virginis ora gerens:& si non omnia uates
Ficta reliquerũt:aliquo quoq; tempore uirgo.
Hanc multi petiere proci:quibus illa repulsis
Ad pelagi nymphas pelagi gratissima nymphis
Ibat:& elusos iuuenum narrabat amores:
Quam dũ pectendos præbet galathea capillos:
Talibus alloquitur referens suspiria dictis.
Te tamen o uirgo genus haud immite uirorum
Expetit:utq; facis:potes his impune negare.
At mihi:cui pater est nereus.quam cærula doris
Enixa est:quæ sum turba quoq; tuta sororũ:
Non nisi per luctus licuit cyclopis amorem
Effugere.& lachrymæ uocem impediere loquẽtis:
Quas ubi marmoreo detersit pollice uirgo:
Et solata dea est:refer o gratissima dixit:
Ne ue tui causam tege.sum tibi fida:doloris.
Nereis his contra resecuta crateide natam est.
Acis erat fauno nymphaq; simetide cretus:
Magna quidem patrisq; sui matrisq; uolupras:
Nostra tamen maior.nam me sibi iunxerat uni
Pulcher:& octonis iterũ natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego.me cyclops nullo cum fine petebat.
Nec si quæsieris odium cyclopis:amor ue
Acidis in nobis fuerit præstantior:edam
Par utrunq; fuit.proh quanta potentia regni
Est uenus alma tui.nempe ille immitis:& ipsis
Horrendus siluis:& uisus ab hospite nullo
Impune:& magni cum diis contemptor olympi:
Quid sit amor sentit:nostriq; cupidine captus
Vritur oblitus pecorum antroruq; suorum:
Iamq; tibi formæ:iamq; est tibi cura placendi.
Iam rigidos pectis rastris polypheme capillos:
Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam.
Et spectas eferos in aqua:& componere uultus
Cædis amor feritasq; sitisq; imensa cruoris
Cessant:& tutæ ueniunt abeuntq; carinæ.
Telemus interea siculum delatus in æquor.

Zanclæa harena.Zancle urbs est Siciliæ a Zancl o gigãte:uel a Zancle fonte dicta:ut scribit Hecatæus. Alii aũt quod ibi saturnus occultauit falcem:qua patris testiculos amputauit. Nã siculi falcem Zanclon uocant. Scylla latus dextrum. Duæ fuerũt Scyllæ a poetis decantatæ:quarum altera Nisi filia in auẽ fuit cõmutata.altera Phorci filia in monstrum:quod in freto siculo nauigãtibus insidiatur.cuius fabulam in principio libri sequentis plene poeta expõit.Charybdis uero uetula fuit uoracissima quæ cũ Herculi bouẽ furata esset:ab illo in fretum proiecta in monstrum marinum fuit conuersa: quod adhuc pristinam retinet rapiendi naturam. Nam illac transeũtes naues ad se rapit:deuorat:ac reuomit.Vnde Seneca ĩ Thyeste. Quod rapax hausit reuomit charybdis. Quam dum pectendos. Galatea Nerei & Doridis fuit filia:quæ amore Acidis capta Polyphemũ Cyclopẽ se amantẽ fugiebat.Sed cum Cyclops eam in gremio Acidis residentẽ deprehendisset:ira correptus ingens saxum in illos conie/cit.quo Acis obtritus(Nã Galatea aufugerat)in fluuiũ sui nominis fuit cõuersus. Marmoreo pollice.Candidis digitis. Virgo.Scylla. Deam. Galateã. Nereis.Galatea Nerei filia. His resecuta.His uerbis respondit. Et lachrymæ uocem.Ex persona poetæ hæc dicunt. Crateide natam.Scyllam phorci & Crateides nymphæ filiam. Nympha Simetide.Simeti fluuii filiæ. Et octonis.Sexdecim annos natum Aci fuisse significat. Nec si quesieris. Vtrũ maiori odio Cyclopem.an amore Acidem prosequeret ignorat.

Impune.Sine pœna. Omnes enim ad se uenientes interficiebat Polyphemus. Rastris. Pulchra emphasis:q̃ capillorũ polyphemi & magnitudo: &dẽsitas inuitur:ut qui nõ pectinibus sed rastris pecterent. Et cõponere uultus.Gratos efficere uultus & iucũdos:ut amicæ possit placere. Telephus iterea. Telephus quidẽ legit. Sed Telemus legendũ esse facile ex Theocrito colligitur. Nam Telemus Eurymi filius inter Cyclopas uates fuit egregius.

Quem nulla fefellerat ales. Augurioq; peritiſ
ſimũ Telemũ fuiſſe oſtẽdit. Altera iam rapuit.
Galatea. Ad id aũt alludit: quod cæci fingunt eẽ
amantes. Sic. huiuſmodi dictis. Prominet i
pontũ. Topographia. Deſcribit. n. promontoriũ
poeta: in quod ſe Polyphemus recepit. Promi
net. pcurrit. Cuneatuſq; collis. In cunei ſimilitu
dinẽ factus. Mediuſq; reſedit. In medio. Quod
eni loci eſt. ad hoiem eſt relatũ. Cui poſtquã pi
nus. Per emphaſin quantus fuerit Polyphemus
poeta oſtẽdit: pinũ pro baculo ei geſtãdam attri/
buens: ex qua malus nauis cõmode fieri poſſet.

Paſtoria ſibila. Paſtorales cantus. Hauſi. au
diui. Candidior folio. Cantilena Cyclopis lau
des Galateæ cõtinens tã aperte deſcribit a poeta:
ut nihil expoſitiõe indigere uideat. Sumpta aũt
ex Theocrito eſſe uidet. Niuei Liguſtri. Candi
di floris. Eſt aũt Liguſtrum uiolæ genus candi/
diſſimæ. Procerior. Lõgior atq; rectior. Alno.
Alnus arbor eſt in ripis fluminũ in magnã alti/
tudinẽ creſcens. Leuior. politior. Lentior. fle/
xibilior. Aſperior tribulis. Tribulus herba eſt
ſpinoſa ſegetibus inimica. Truculentior. Ter/
ribilior. Fœta urſa. Vrſa quæ peperit. Calca
to hydro. Preſſo ſerpente. Fugacior. uelocior
ad fugiendum. At bene ſi noris. Me ſubaudia
mus. Enumerat autẽ Polyphemus omnia: quæ
ſibi adſunt bona: quo Galateam in ſuum pellici
at amorem. Labores. Studeas acnitaris. Au
ro ſimiles. Bene maturæ. Leges. colliges. Au/
tumnalia: autũni tẽpore matureſcentia.

Telemus eurymides: quem nulla fefellerat ales:
Terribilem polyphemon adit: lumẽq; quod unum:
Fronte geris media: rapiet tibi dixit ulyſſes:
Riſit: & o uatum ſtolidiſſime falleris inquit.
Altera iam rapuit. ſic fruſtra uera monentem
Spernit: & aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat: aut feſſus ſub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis. utrunq; latus circunfluit æquoris unda.
Huc ferus aſcendit cyclops: mediuſq; reſedit.
Lanigeræ pecudes nullo ducente ſecutæ:
Cui poſtq̃ pinus: bacculi quæ præbuit uſum:
Ante pedes poſita eſt antẽnis apta ferendis:
Sũptaq; harũdinibus cõpacta eſt fiſtula centum:
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes.
Senſerunt undæ. latitans ego rupe meiq;
Accidis in gremio reſidens procul auribus hauſi
Talia dicta meis. auditaq; uerba notaui.
Candidior folio niuei galatea liguſtri.
Floridior prato. longa procerior alno.
Splendidior uitro. tenero laſciuior hædo:
Leuior aſſiduo detritis æquore conchis.
Solibus hybernis. æſtiua gratior umbra.
Nobilior pomis. platano conſpectior alta.
Lucidior glacie. matura dulcior uua:
Mollior & cygni plumis: & lacte coacto:
Et ſi non fugias: riguo formoſior horto.
Sæuior indomitis eadem galatea iuuencis:
Durior annoſa quercu. fallacior undis.
Lentior & ſalicis uirgis & uitibus albis:
His immobilior ſcopulis. uiolentior amne:
Laudato pauone ſuperbior. acrior igni:
Aſperior tribulis. fœta truculentior urſa.
Surdior æquoribus. calcato imitior hydro:
Et quod præcipue: ſi poſſem demere: uellem:
Non tantum ceruo claris latratibus acto:
Verũ etiam uentis uolucriq; fugacior aura.
At bene ſi noris: pigeat fugiſſe: moraſq;
Ipſa tuas damnes: & me retinere labores.
Sunt mihi pars montis uiuo pendentia ſaxo
Antra: quibus nec ſol medio ſentitur in æſtu.
Nec ſentitur hyems. ſũt poma grauantia ramos.
Sunt auro ſimiles longis in uitibus uuæ.
Sunt & purpureæ. tibi & has ſeruamus & illas.
Ipſa tuis manibus ſilueſtri nata ſub umbra
Mollia fragra leges. ipſa autũnalia corna:

Prunaq; non solum nigro liuentia succo:
Verum etiam generosa:nouasq; imitantia cæras.
Nec tibi castaneæ me coniuge.nec tibi deerunt
Arbutei fœtus.omnis tibi seruiet arbor.
Hoc pecus oẽ meũ ẽ.multæ quoq; uallibus errãt.
Multas sylua tegit:multæ stabulantur in antris.
Nec si forte roges:possem tibi dicere quot sunt.
Pauperis est numerare pecus.de laudibus harum
Nil mihi credideris.præsens potes ipsa uidere.
Vt uix circumeat distentum cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoq; par ætas aliis in ouilibus hædi.
Lac mihi semper adest nueũ.pars inde bibenda
Seruatur.partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi deliciæ faciles uulgataq; tantum
Munera contingent:damæ leporesq; capræq;:
Parq; columbarum:demptusue cacumine nidus.
Inueni geminos:qui tecum ludere possint
Inter se similes:uix ut dignoscere possis:
Villosæ catulos in summis montibus ursæ
Inueni:& dixi dominæ seruabimus istos.
Iam modo cæruleo nitidum caput exere ponto.
Iam Galatea ueni.nec munera despice nostra.
Certe ego me noui:liquidæq; in imagine uidi
Nuper aquæ:placuitq; mihi mea forma uidenti.
Aspice sim quantus.non est hoc corpore maior
Iupiter in cælo. nam uos narrare soletis
Nescio quẽ regnare iouem.coma plurima toruos
Prominet in uultus:humerosque ut lucus obũbrat
Nec mea q; duris horrent densissima setis
Corpora:turpe puta.turpis sine frondibus arbor.
Turpis equus:nisi colla iubæ flauentia uelent.
Pluma tegit uolucres.ouibus sua lana decori est.
Barba uiros hirtæque decent in corpore setæ.
Vnum est in media lumen mihi fronte.sed instar
Ingentis clypei.quid? non hæc omnia magno
Sol uidet e cælo? solis tamen unicus orbis.
Adde q; in uestro genitor meus æquore regnat:
Hunc tibi do socerum.tantum miserere:precesque
Supplicis exaudi.tibi enim succumbimus uni:
Q uiq; iouem & cælũ sperno:& penetrabile fulmẽ
Nerei: te uereor.tua fulmine sæuior ira est:
Atq; ego contemptus essem patientior huius:
Si fugeres omnes.sed cur cyclope repulso
Acin amas? præferque meis amplexibus acin?
Ille tamen placeatque sibi:placeatque:licebit

Verũ etiam generosa.Aurei ac crocei coloris.
Hoc pecus omne meum.Hæ omnes meæ sunt oues. Distentum uber.Plena ubera.Significat autem ingressum ouium magnitudine uberum impediri. Durant.Condensant in caseũ. Dominæ Amicæ.Amatores nanq; amicas appellare dominas solent:t Tibullus.Quam iuuat immitis uentos audire cubantem.& dominam tenero continuisse sinu. Exere.emitte. Certe ego me noui.Se quoq; formosum esse colligit Polyphemus. Nec mea quod duris horrent densissima setis.Hypallage est.Nã dura corpora densissimis setis intelliguntur horrere. Vnum est in media lumẽ mihi frõte.Hipophoræ & obiectioni quæ fieri posset occurrit Polyphemus fateturque se unum dũtaxat oculum habere:sed ita magnum ut par duobus esse possit. Sed instar.Ad magnitudinem & similitudinem magni scuti. Meus genitor.Neptunus. In uestro æquore.ubi uos uisuitis o nereides. Tibi enim succũbimus uni. Subiicimus nos tibi soli. Sperno.Contemno. Patientior.tolerantior. Placeatque sibi.Pulcher sibi uideatur.

Vror.Crucior. Acrior.Acrius & uehementius.Nomen enim pro aduerbio ponitur. Cũ ſuis uiribus.Cum ſuis ignibus.Vires enim ætnæ incendia ſunt aſſidua. Ferus.Terribilis. Ignaros.neſcios nos uideri:eoq; ſecuros. Veſtris regnis.In ueſtra aquarum regna. Vires auitas.uires ſimethi fluuii:ut í fluuiũ cõuerteretur. Tũmoles tacta dehiſcit.Tum rupes percuſſa aperitur. Properataq; ſurgit harũdo.Properata quidem legitur,ſed procera hoc eſt recta & longa harundini magis conuenire uidetur. Extitit.extra ſtetit.Incinctus iuuenis flexis.Sic quidem legitur Sed inflexis forſitan & cinctus ſic eſt legendum: ut alteꝛ in alterius locum tranſferatur:hoc modo.Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis. Nam fluuioꝝ dii cornua habere fingũtur:quod boum ſimiles eſſe dicũtur:& propter ſtrepitum & propter circunflexiones:quas cornua uocant. Cincta autem cornua cannis idcirco habere fingũtur:quod fere in ripis fluminum harũdines naſcuntur. Et antiquũ tenuerunt flumina nõmen.acis nanq; fluuius ille fuit appellatus. Deſierat galatea loqui.Finem ſermoni ſuo impoſuerat galatea,hæc autem ad connectendam cum ſuperioribus glauci tranſſigurationem a poeta narrantur.Nam glaucus piſcator cum eſſet:forte piſces captos in prato expoſuit:qui cum in mare reſiluiſſent:ut cauſã huius rei cognoſceret: dẽtibus cœpit illas herbas mandere in quibus iacuerant piſces.Sed ſtatim mutata natura ſe in mare precipitauit:quẽ dii miſerati in deum marinum cõmutarunt. Scylla redit. Ad littus reuertitur.

Seductos receſſus gurgitis.Secretos ſinus.

Nouus incola.glaucus qui pauloante in deum marinum fuerat commutatus.Fuerunt aũt tres glauci poetarum carminibus clari.is:qui ĩ deum marinum fuit cõuerſus.& quem in iliados ſexto ſcribit Homerus cũ ferreis Diomedis armis ſua aurea permutaſſe:& quẽ narrat Vergilius ĩ georgicis ob contemptam uenerem dẽtibus ſuarum equarum fuiſſe laniatũ. In euboica Anthedone.Anthedõ urbs eſt boetiæ maritima ab Anthedone Dii & Alces Abantis filio denominata uel quod omnium ſit ανθηροτατη.ideſt floridiſſima.Eſt & alia eodem nomine iuxta gazam itidẽ maritima.Vnde Anthedonius.eſt etiam portus Anthedonius. Euboica.Quia euboea Boetiæ adiacet. Morari.Remorari.Retinere.

Quod nollem:Galatea tibi:modo copia detur:
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore uires.
Viſcera uiua traham: diuulſaq; mẽbra per agros:
Perq; tuas ſpargam:ſi ſe tibi miſceat:undas.
Vror enim:læſuſq; exæſtuat acrior ignis.
Cumq; ſuis uideor tranſlatã uiribus ætnam
Pectore ferre meo.nec tu galatea moueris.
Talia nequicquã queſtus (nam cuncta uidebam)
Surgit:& ut taurus uacca furibundus adempta
Stare nequit:ſyluaq; & notis ſaltibus errat:
Cum ferus ignaros nec quicq̃ tale timentes
Me uidet atq; acim.uideoq; exclamat:& iſta
Vltima ſit:faciam:ueneris concordia ueſtræ.
Tantaque uox:quãtam cyclops iratus habere
Debuit:illa fuit.clamore perhorruit ætna.
Aſt ego uicino pauefacta ſub æquore mergor.
Terga fugæ dederat conuerſa Simæthius heros.
Et fer opẽ Galatea precor.mihi ferte parentes.
Dixerat:& ueſtris periturum admittite regnis.
Inſequitur cyclops:partemq; e monte reuulſam
Mittit:& extremus quãuis peruenit ad illum
Angulus e ſaxo:totum tamen obruit acim.
At nos quod fieri ſolum per fata licebat:
Fecimus:ut uires aſſumeret acis auitas.
Puniceus de mole cruor manabat:& intra
Temporis exiguum rubor euaneſcere cœpit.
Fitq; color primo turbati fluminis imbre:
Purgaturq; mora.tum moles tacta dehiſcit.
Viuaq; per rimas,pceraq; ſurgit harundo.
Oſq; cauũ ſaxi ſonat exultãtibus undis.
Miraq; res:ſubito media tenus extitit aluo
Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis:
Qui niſi q; maior,q; toto cærulus ore eſt:
Acis erat.& ſic quoq; erat tamẽ acis in amnem
Verſus:& antiquum tenuerunt flumina nomen.
Deſierat Galatea loqui:cœtuq; ſoluto
Diſcedunt:placidiſq; natãt nereides undis.
Scylla redit (neq; enim medio ſe credere ponto
Audet) & aut bibula ſine ueſtibus errat harena:
Aut ubi laſſata eſt ſeductos nacta receſſus
Gurgitis:incluſa ſua mẽbra refrigerat unda.
Ecce fretum ſcindẽs alti nouus ĩcola ponti
Nuper in euboica uerſis anthedone mẽbris
Glaucus adeſt:uiſæq; cupidine uirginis ardet:
Et quæcũque putat fugientẽ poſſe morari
Verba refert,fugit illa tamẽ:ueloxque timore

Peruenit in summū positi prope littora montis.
Ante fretum est igens apicem cōiectus in unum
Lōga sub arboribus cōuexus ad æquora uertex.
Constitit hic.& tuta loco monstrumne:deusne
Ille sit:ignorans admiraturque colorem:
Cæsariēq; humeros subiectaq; terga tegentem:
Vltimaq; excipiat quod tortilis inguina piscis.
Sensit:& innitens quæ stabat proxima moli:
Non ego prodigium:nec sū fera bellua uirgo:
Sed deus inqt aquæ.nec maius i æquore ꝓteus
Ius habet & triton athamātiadesq; palæmon.
Ante tamen mortalis eram:sed scilicet altis
Deditus æquoribus.tantum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia pisces.
Nūc in mole sedens moderabar harūdie linum.
Sunt uiridi prato confinia littora:quorum
Altera pars undis:pars altera cingitur hærbis:
Q uas neq; cornigeræ morsu læsere iuuencæ:
Nec placidæ carpsistis oues:hirtæue capellæ.
Non apis inde tulit collectos sedula flores:
Nō data sūt capiti genialia serta.nec unquam
Falciferæ secuere manus.ego primus in illo
Cespite consedi:dum lina madentia sicco:
Vtq; recenserem captiuos ordine pisces:
Insuper exposui:quos aut in retia casus:
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos:
Res similis fictæ.sed qd mihi fingere prodest:
Gramine contacto cœpit mea præda moueri:
Et motare latus:terraque ut in æquore niti:
Dumq; moror:mirorq; simul:fugit ois ī undas
Turba suas: dominumq; nouū littusq; relīquūt.
Obstupui:dubitoq; diu:causa mq; requiro:
Nū deus hæc aliqs:num succus fecerit herbæ.
Q uæ tamē has inquā uires hēt herba: manuq;
Pabula decerpsi:decerptaque dente momordi.
Vix bene cōbiberant ignotos guttura succos:
Cum subito trepidare intus præcordia sensi:
Alteriusque rapi naturæ pectus amore:
Nec potui restare diu:repetendaq; nunq̄
Terra uale dixi:corpusq; sub æquora mersi.
Dii maris exceptum socio dignantur honore:
Vtq; mihi:quæcunq; feram mortalia:demant:
Oceanū tethynq; rogant.ego lustror ab illis:
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor supponere centum.
Nec mora.diuersis lapsi de partibus amnes:

Conuexus.Inclinatus. Locum autem describit præcipitio accommodatum. Tortilis piscis. qui se facile torquet. Sensit. Animaduertit glaucus eam mirari & addubitare utrum deus an monstrum esset. Et innitens moli. Adhærens rupi & saxo. Athamātiades. Athamantis filius.nota est fabula. Linum.hamilineam. Sunt uiridi prato. Topographia & loci descriptio. Genialia serta. genio ac uoluptati cōueniētia. Lina madētia. retia madefacta per metonymiā.

Insuper.Desuper.Superne. Gramine.herba. Motare.frequenter mouere. Dūq; moror mirorq; simul. Agnominatio lepida. Trepidare.salire. mouere. Alterius nature.æquoris ac piscis. Socio honore. Nam me quoq; in suum numerum admiserunt.

Lustror.purgor. Supponere.Subiicere.

Quæ poſtquam redeunt, poſtquam inquit fluuii æquoraq; a me receſſerunt: alium me eſſe percepi: q̃ paulo ante fueram. Recepi, percepi. Nec eundem mente. Nam mentem quoq; mutaueram. Nõ tangeris. Non moueris. Titanidos circes. titani hoc eſt ſolis filiæ.

Raphaelis Regii ĩ quartumdecimũ metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Amq; giganteis. Glaucus cum a ſcylla fuiſſet ſpretus ſe ad circen ſolis filiam herbis carminibuſq; potentiſſimã contulit: eãq; rogauit: ut ſibi opem ferret: efficeretq; carminibus: ut a Scylla redamaretur. Sed circe illius ſtatim amore capta ipſum in ſuos amplexus pellicere tẽptauit: a quo ſpræta cum fuiſſet: omnem indignationem in Scyllã conuertit: ac ſinum quendam in quẽ deſcendere ſcylla conſueuerat: uenenis infecit: quibus pube tenus in uaria monſtra marina cõuerſa cum ſibimetipſi diſpliceret: in fretum ſiculum deſiliuit: ubi in circes odium Vlyſſis ſocios ſubmerſit. Ac forſitan etiam æneæ ſtruxiſſet inſidias: niſi iam in ſaxum fuiſſet cõuerſa: quod etiamnũ a nautis uitatur. Giganteis faucibus. Capitibus gigantum: qui oppreſſi Aetna dicuntur. Quid raſtra. Sint uerbum quod ſæpe eleganter prætermittitur: ſubaudiatur. Euboicus cultor. glaucus antedonius. Aduerſaq; mœnia rhegi. Meſſenam ſignificat. quæ e regione rhegii poſita eſt. Rhegium autẽ ẽ urbs in finibus calabriæ: ubi ſicilia ab italia diſtracta fuiſſe memoratur. Vnde & rhegium ἀπὸ τοῦ ῥηγνυσθαι dictum eſt. Naufragumq; fretum. in quo multa fiũt naufragia. Preſſum. anguſtatum. Herbiferos colles. circeũ ſignificat: in quo monte circe dicitur habitaſſe: quæ homines carminibus ſucciſq; herbarum in feras conuertebat. Leuare. leuem facere. Titani. O circe filia Titanis & ſolis. Fineq; nil. quia nihil opus ẽ fine. Talibus flammis. Talibus amoribus. Partem ferat illa caloris. oro ſubaudiatur. Vellet enim efficeret circe ut a ſcylla redamaretur.

Totaq; uertuntur ſupra caput æquora noſtrũ:
Q uæ poſtq̃ redeunt: alium me corpore toto
Ac fueram nuper: nec eũdem mente recepi.
Hactenus acta tibi poſſũ memoranda referre:
Hactenus & memini. nec mẽs mea cætera ſẽſit.
Hanc ego tũ primum uiridem ferrugine barbã
Cæſariemq; meam: quã lõga per æquora uerro
Ingenteſq; humeros & cærula brachia uidi:
Cruraq; pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Q uid tamẽ hæc ſpẽs? qd diis placuiſſe maris?
Q uid iuuat eſſe deum? ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem dicturum plura reliquit
Scylla deum. furit ille irritatuſque repulſa
Prodigioſa petit titanidos atria circes.

Pu. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos liber. xiiii.

Amq; giganteis iiectã faucibus ætnam:
Aruaq; cyclopum: qd raſtra. q̃d uſus aratri
Neſcia: nec q̃cq̃ iũctis debentia bobus
Liq̃rat euboicus tumidaq; cultor aquarũ.
Liq̃rat & zanclen aduerſaq; mœnia rhegi:
Naufragũq; fretũ: gemino quod littore preſſũ
Auſoniæ ſiculæq; tenet confinia terræ.
Inde manu magna tyrrhena p æquora uectus:
Herbiferos adiit colles: atque atria glaucus
Sole ſatæ circes uariarum plena ferarum.
Q uã ſimul aſpexit dicta acceptaque ſalute:
Diua dei miſerere precor. nam ſola leuare
Tu potes hũc dixit (uidear mõ dignus) amorẽ.
Q uanta ſit herbarum titani potentia nulli
Q uã mihi cognitius: qui ſum mutatus ab illis.
Ne ue mei non nota tibi ſit cauſa furoris:
Littore in italico meſſenia mœnia contra
Scylla mihi uiſa eſt. pudor ẽ promiſſa preceſq;
Blanditiaſq; meas contemptaq; uerba referre.
At tu ſiue aliquod regnũ eſt in carmine: carmen
Ore moue ſacro: ſiue expugnatior herba eſt:
Vtere temptatis operoſæ uiribus herbæ.
Nec medeare mihi: ſaneſq; hæc uulnera mãdo
Fineque nil opus eſt. partem ferat illa caloris.
At circe (neque. n. flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium) ſeu cauſa eſt huius in ipſa:

Seu uenus indicio facit hoc offensa paterno:
Talia uerba refert. melius sequere uolentem:
Optantemq; eadem: pariliq; cupidine captam.
Dignus eras: ultro poteras certeq; rogari:
Et si spem dederis mihi crede rogaberis ultro.
Ne dubites: adsitque tuæ fiducia formæ.
En ego cum dea sim. nitidi cum filia solis.
Carmie cũ tantũ: quãtũ quoq; gramie possim:
Vt tua sim uoueo. spernentem sperne. sequenti
Redde uices: unoque duas ulcisere facto.
Talia temptãti: prius inquit in æquore frondes
Glaucus: & in sũmis nascentur mõtibus algæ:
Sospite q̃ scylla nostri mutentur amores.
Indignata dea est: & lædere quatinus ipsum
Non poterat: nec uellet amans: irascitur illi:
Quæ sibi prælata est: ueneriscq; offẽsa repulsa:
Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit: & tritis hecateia carmina miscet.
Cærulaq; induitur uelamina: perque ferarum
Agmen adulantũ media processit ab aula:
Oppositumq; petens contra zancleia saxa
Rhegion ingreditur: feruẽtesq; æstibus undas:
In quibus ut solida ponit uestigia terra:
Sũmaq; decurrit pedibus super æquora siccis.
Paruus erat gurges curuos sinuatus in arcus.
Grata quies scyllæ: quo se referebat ab æstu
Et maris & cæli: medio cum plurimus orbe
Sol erat: & minimas a uertice fecerat umbras.
Hunc dea præuitiat: portentificisq; uenenis
Inquinat. hic pressos latices radice nocenti
Spargit: & obscuq; uerboq; ambage nouorum
Ter nouies carmen magico demurmurat ore.
Scylla uenit: mediaq; tenus descenderat aluo:
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris
Aspicit: ac primo non credens corporis illas
Esse sui partes: refugitq;: abigitque: timetq;
Ora ꝓterua canũ. sed quos fugit: attrahit una:
Et corpus quærens femoq; cruorumq; pedũq;:
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statq; canum rabies: subiectaq; terga ferarum
Inguinibus truncis uteroq; extante coercet:
Fleuit amans glaucus: nimiumq; hostiliter usæ
Viribus herbarum fugit connubia circes.
Scylla loco mansit: cũq; est data copia: primum
In circes odium sociis spoliauit ulyssem.
Mox eadem teucras fuerat mersura carinas:

Indicio paterno. Indicio solis: qui illius cum Marte concubitum uulcano indicauit: quare uenus indignata omnem solis progeniem turpissimis amoribus inquinauit. Volentem. me subaudiamus. Pariliq; cupidine. pari amore. Dignus eras. Amari. Adsitq; tuæ fiducia formæ. hoc est tuæ pulchritudini cõfide. Voueo. uotis exopto. Hinc autem ostẽdit glaucum singulari quadam pulchritudine ornatum. Spernẽtem. Scyllam. Sequenti redde uices. Me uicissim sequere ac redama. Vnoq; duas ulcisere facto. Et me quæ tibi ea quæ rogasti concedere nolo: & scyllam: quæ te est aspernata. Prius in æquore. Ante rerum natura cõmutabitur: q̃ ego ab amãda scylla desistam. Quatinus. Quoniam. quatenus uero in quantum significat.

Lædere non poterat. deus enim erat. Amans. causa cur nollet: quia amans. Repulsa ueneris. propter coitus repulsam. Infamia pabula. ifames herbas ꝓpter nocumenta. Hecateia carmina. Incantationes ab Hecate acceptas. Cærula uelamia. cæruleas uestes.

Ponit uestigia. ingreditur. Paruus erat gurges. gurgitẽ describit ĩ quo se lauare solebat scylla Glauci amica. Medio cum plurimus orbe sol erat. periphrasis ẽ meridiei. Medio orbe. medio cœlo. Præuitiat. ante inficit præcorrumpit. Portentificis uenenis. portenta ac monstra facientibus. Pressos latices. Succos expressos ex herbis noxiis. Fœdari. Deturpari. Abigit. depellit manibus. Ora proterua. improba. rabida. Corpus femoq;. carnẽ ac pulpã summarum coxarum. Femora enim summitates coxarũ dicuntur: ac pro inguinibus ponuntur. Vnde femoralia declinantur qbus pudenda teguntur. Cerbereos rictus. ora canum. cerbero similium. Stat. horret. Inguinibus truncis. Mutilatis. Nam inguina in canes fuerant conuersa. Vtero extante. Eminente uentre. Coercet. continet. comprimit. Fleuit amans glaucus. Quia amans fleuit scyllæ fatum. Scylla loco mansit. in eodem gurgite remansit. In circes odium. sciebat enim Vlyssem a circe amari. Multos autem e sociis suis i freto siculo amisit ulysses: ut i odyssea narrat Homerus.

Ni prius in ſcopulum. Vt & alii geographi & plynius in primis ſcribunt: Scylla ſaxum eſt ingens quod in parte ſuperiore humanã habet effigiem: in inferiore uero plures habet cauernas: quibus undæ refractæ latratus canum: & luporum ululatus referre uidentur. Hunc ubi troianæ. Errores Aeneæ deſcribit poeta: ut cum ad pithecuſam eum deduxerit inſulam: cõmodius Cercopidum i ſimias metamorphoſin deſcribere poſſit. Auidam charybdim: quæ deuorat naues atq; euomit. Non bene latura. nam ſeipſam interfecit: ut ex carmie Vergiliano etiam pueris eſt notum. Sidonis. Dido ſidonia. Decepta. Ab ænea qui eam reliquit: quæ ſibi illum ut maritum copularat. Harenoſæ terræ. Carthaginis. unde Iarbas apud Vergiliũ, Cui littus arandum dedimus.

Ad fines erycis. Mons eſt Siciliæ eryx ab eryce amyci Bebryciog; regis & ueneris filio: q uiribus corporis p̃ſtans tandem cum hercule ceſtibus pugnans occubuit. Vnde uenus erycina fuit appellata. Iris iunonia. A iunone miſſa. Notum eſt aũt hoc ex quinto Vergilii. Hippotadæ regnum. Aeoli hippotæ nepotis. Nam æolus iouis fuit filius ex Aceſta hippotæ troiani filia.

Sirenũ acheloidum. Acheloi filiarũ. Sirenes enim Acheloi fluuii filiæ ex Calliope muſa fuiſſe dicuntur: quæ iuxta fretum ſiculũ habitantes ſuauiter adeo canebant. ut illac nauigantes ſopirent: ſomnoq; oppreſſos mergerent. Tres aũt fuiſſe dicuntur parthenope. Leucoſia. Ligia. Orbataq; præſide pinus. Nauis palinuro gubernatore priuata: ut plene Vergilius narrat. Inarimen prochytẽq; legit. Tranſit. Inarime autem inſula eſt in ſinu campano in qua eſt mons flammas eructans. Prochyte uero inſula eſt ſic dicta quod terræ motu ab ænaria ſic profuſa. Nam πρόχεω ſignificat profundo. Pythecuſas habitantum nomine dicta. Pythecuſa inſula eſt in ſinu campano urbem in monte habens pythecuſas a multitudine ſimiarũ dicta. Nam πίθηκος ſimia dicitur. Iupiter enim cercopum perfidiam odio habens eos in ſimias conuertit: hancq; inſulam illis aſſignauit habitandam. Plynius uero audacter ab Ouidio diſſentiens ſcribit pythecuſam non a ſimiarum multitudine: ut aliqui exiſtimauere: ſed a figulinis doliariorum denominatã eſſe. Pithos nãq; dolium a græcis appellatur. Cecropidũ exoſus. Cũ maxima Athenienſium: qui & cecropidæ dicuntur ignominia ſic legitur: cum p̃ſertim nuſquã reperiatur Athenienſes ioui odio fuiſſe: quare loco cecropidum audacter contenderim cercopum penultima producta eſſe legendũ. Nã cercopas oẽs doloſos ac perfidos & undecũq; lucrari cupientes homines in ſimias fuiſſe conuerſos poeta ſcribit. Videtur autẽ ad id alludere quod cercopytheci ſimiæ caudatæ dicuntur: quãuis ἀπὸ τῆς κέρκω hoc eſt a cauda cognominentur. Cercopa ſane ut ait. Sex. Pompeius: græci appellant lucrari undiq; cupiẽtem quaſi κερδῶνα: quẽ nos quoq; lucrionem uocamus. Poſſe q̃ri. Facultatẽ querendi ac lamentandi. Verbum enim pro nomine poſitum eſt. Has ubi p̃teriit. aduentũ æneæ ad ſibyllã deſcribit poeta: ut ſibyllã ipſam in uocẽ tãdẽ cõuerſã exponat. Nã ſibylla dũ eſſet uirgo ab apolline amata: cũ ab eo: ut q̃cq̃ uellet peteret hortãte: ipetraſſet ut tot ãnos uiueret: quot in manu harenas tenebat. oblita ẽ adiicere uoto. ne unq̃ ſeneſceret: quare cũ phœbo morẽ gerere noluerit: ad tãtũ decrepitatis p̃uenit: ut a corpore derelicta tota i uocẽ fuerit cõmutata. Parthenopeia mœnia. Neapolim: q̃ & parthenope ab una Sirenũ illic ſepulta: fuit appellata. Canori æolide. Miſeni æoli filii: quo nõ p̃ſtãtior alter ære ciere uiros martẽq; accẽdere cãtu: ut canit Vergilius. unde ẽt p̃mõtoriũ miſenũ fuit appellatũ. Littora cumarum. cumæ urbs cãpaniæ antiqſſima Italicaq; urbiũ atq; ſiculaq; a chalcydenſibus q̃dẽ cõdita: ut Stra. inq̃t. Sed a cumeis denominata. Nã coloniæ ductores Hippocles cumeus & Megaſthenes chalcydenſis iter ſe pepigerũt: ut chalcydẽſiũ

Ni prius i ſcopulũ: qui nũc quoq; ſaxeus extat:
Trãſformata foret. ſcopulũ quoq; nauita uitat.
Hunc ubi troianæ remis auidãque charybdim
Eurere rates: cum iam prope littus adeſſent
Auſonium: libycas uento referuntur ad oras.
Excipit ænean illic animoq; domoque
Non bene diſſidium phrygii latura mariti
Sidonis: inque pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro: deceptaq; decipit omnes.
Rurſus harenoſæ fugiẽs noua mœnia terræ
Ad ſedes erycis fidumque relatus aceſten
Sacrificat: tumulumq; ſui genitoris honorat.
Q uaſque rates iris iunonia pene cremarat:
Soluit: & hippotadæ regnum terraſq; calenti
Sulfure fumãtes. acheloidũque relinquit
Sirenum ſcopulos: orbataque præſide pinus
Inarimen p̃chytenque legit. ſterilique locatas
Colle pithecuſas habitantum nomine dictas.
Q uippe deum genitor fraudẽ & p̃iuria quõdã
Cercopũ exoſus gentiſque admiſſa doloſæ
In deforme uiros animal mutauit: ut idem
Diſſimiles homini poſſent: ſimileſque uideri.
Membraque cõtraxit: nareſq; a fronte remiſſas
Contudit: & rugis perarauit anilibus ora:
Totaque uelatos flauenti corpora uillo
Miſit in has ſedes. nec non prius abſtulit uſum
Verborum: & natæ dira in periuria linguæ.
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit.
Has ubi præteriit & parthenopeia dextra
Mœnia deſeruit: leua de parte canori
Aeolidæ tumulũ: & loca fœta paluſtribus uluis:
Littora cumarum: uiuaciſq; antra ſybillæ
Intrat: & ut manes adeat per auerna paternos
Orat. at illa diu uultum tellure moratum
Erexit: tandemq; deo furibunda recepto:
Magna petis dixit uir factis maxime: cuius
Dextera per ferrum. pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen troiane metum. potiere petitis:
Eliſiaſq; domos: & regna nouiſſima mundi

Me duce cognoſces: ſimulacraq; cara parentis.
Inuia uirtuti nulla eſt uia. dixit: & auro
Fulgentem ramū ſylua iunonis auernæ
Monſtrauit: iuſſitque ſuo diuellere trunco.
Paruit æneas: & formidabilis orci
Vidit opes: atauoſq; ſuos: umbramque ſenilem
Magnanimi anchiſæ. didicit quoq; iura locorꝝ.
Quæque nouis eſſent adeūda pericula bellis.
Inde ferens laſſos auerſo tramite paſſus
Cum duce cumea fallit ſermone laborem.
Dumq; iter horrēdū p opaca crepuſcula carpit:
Seu dea tu præſens: ſeu diis gratiſſima dixit
Numinis inſtar eris ſemper mihi. meq; fatebor
Muneris eſſe tui: quæ me loca mortis adire.
Quæ loca me uiſæ uoluiſti euadere mortis.
Pro quibus aerias meritis aduectus ad auras
Tēpla tibi ſtatuam. tribuā tibi thuris honores.
Reſpicit hunc uates: & ſuſpiratibus hauſtis.
Nec dea ſum dixit: nec ſacri thuris honore
Humanū dignare caput. neu neſcius erres:
Lux æterna mihi carituraq; fine dabatur:
Si mea uirginitas phœbo patuiſſet amanti.
Dū tamen hāc ſperat. dū præcorrūpere donis
Me cupit: elige ait uirgo cumæa quid optes.
Optatis potiere tuis. ego pulueris hauſti
Oſtēdēs cumulū: quot haberet corpora puluis
Tot mihi natales contingere uana rogaui.
Excidit: ut peterem iuuenes quoq; ptinus ānos.
Hos tamen ille mihi dabat æternamq; iuuentā:
Si uenerem paterer. cōtempto munere phœbi
Innuba permaneo. ſed iam felicior ætas (ctus:
Terga dedit: tremuloq; gradu uenit ægra ſene-
Quæ patiēda diu. nā iā mihi ſæcula ſeptem
Acta uides. ſupeſt numeros ut pulueres aequē:
Tercentum meſſes. tercentū muſta uidere.
Tempus erit: cū de tanto me corpore paruam
Longa dies faciat: cōſūptaq; membra ſenecta
Ad minimū redigent onus. nec amata uidebor.
Nec placuiſſe deo. phœbus quoq; forſitan ipſe
Vel non agnoſcet: uel dilexiſſe negabit.
Vſqadeo mutata ferar nulliq; uidenda.
Voce tamē noſcar. uocē mihi fata reliquent.
Talia cōuexum per iter memorante ſibylla:
Sedibus euboicam ſtygiis emerſit in urbem
Troius æneas: ſacriſq; ex more litatis
Littora adit nondū nutricis habentia nomen.

quidem colonia eſſet. A cumeis nomen acciperet. Alii ἀπὸ τῶν κυμάτων hoc eſt abundis cumas ſcribunt fuiſſe denominatas. Viuacis ſibyllæ. q̄ multos ānos uixit. Regna nouiſſima. infima. Iunonis auernæ. p̄ſerpinæ. Nemus enim iuxta auernū & plutoni & p̄ſerpinæ fuit dicatū. Formidabilis. formidādus. Muneris eſſe tui. Me uitā abs te dono accepiſſe. Tribuam tibi Thuris honorē. hoc eſt: tibi tāquā deæ ſacrificabo.

Et ſuſpiratibus hauſtis. Suſpiriis tractis. Humanū. mortale. Patuiſſet. expoſita & aperta fuiſſet. Vana. ſtulta. Excidit. e memoria oblita ſum. Innuba. uirgo. Sine nuptiis: Felicior ætas. iuuenilis ætas. Terga dedit. Fugit. Supeſt uidere. poetica locutio. ſupeſt ut uideā. Talia cōuexū. pulchra phātaſia: ad deſcribēdā ſocioꝝ Vlyſſis in uarias feras metamorphoſin deſcēdit poeta: ac eorūdem in humanā figurā reſtitutionē. Macareū enī neritiū atq; achimenidē Vlyſſis comites fingit ea q̄ ſibi euenerūt cōmemorare. De odyſſea aūt Homeri hæc ſumūtur. Euboicā in urbē. Cumas dicit: q̄a chalcydenſibus conditæ fuerūt. Nutricis nomen. caietæ. nā Caieta nutrix æneæ fuit: quæ moriens & urbi & portui nomē dedit: ut carmine Vergiliano ē notū. Tu quoq; littoribus noſtris æneia nutrix æternam moriens famam caieta dediſti. Neritius Macareus. Hic ſorte ad circes potentiam explorandam ab Vlyſſe miſſus cū potionē ab ipſa circe acceptam guſtaſſet: una cum omnibus ſociis: præter unū Eurylochū: qui nihil bibere uoluit: in porcū fuit cōuerſus. ſed p̄cibus ulyſſis circe eos tādē priſtinæ reſtituit figuræ.

Hic quoq; ſubſtiterat. Illic quoq; remanſerat. Neritius. Ithaceſius. Neritus enim ithacæ mons eſt. Deſertum quondam. Olim derelictum. Noſcit achimeniden. Achimenides timore Polyphemi cyclopis in Sicilia ab Vlyſſe relictus ab Aenea illac nauigãte fuit exceptus: ut ex carmine Vergiliano etiam pueris eſt notum. Iam non hirſutus amictu, iam non aſperis ĩdutus ueſtibus: quales in ætna latitãs gerebat. Iam ſuus, iam ſui iuris. Reduxit, liberauit. Iterum polyphemon, illi interrogationi reſpondet. Cur barbara graium prora uehit. Se autem gratum erga Aeneã oſtendit achimenides. Aſpiciam. utinam iterum aſpicere poſſim. Fluidos, fluentes. Ithaciq; carina. Etiam Vlyſſis naue. Minus genitore, minus quã patrem.

Vt tumulo, ſepulchro. In illa aluo, cyclopis mihi formidata. Permiſit. Contorſit, coniecit. Tormẽti uiribus. Tormentum inſtrumentum eſt bellicũ ad contorquenda ſaxa accõmodatum. Deprimeret, demergeret. Reduxit, liberauit. Et luminis orbus, oculo priuatus. Eliſi artus, contuſa membra. Luridus horror, Ab effectu: quod luridos & nigros faciat.

Et inanem luminis orbem, Circulum oculo uacuũ.

Minimum tamen ipſa doloris, afferebat eratue ſubaudiatur, ſe autem ex morte: quæ ſibi inſtare uidebat: minimum doloris ſe cepiſſe Achimenides ait: quod uidebat Polyphemum oculo priuatum ſue crudelitatis pœnas dediſſe.

Hic quoq; ſubſtiterat poſt tedia longa laborum
Neritius macareus comes experientis ulyſſei,
Deſertum quondã mediis in rupibus ætnæ
Noſcit achimeniden: ĩprouiſoq; repertum
Viuere miratur, quis te caſuſue deuſue
Seruat achimenide? cur inquit barbara graium
Prora uehit? petitur ueſtra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirſutus amictu:
Iam ſuus & ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur achimenides, iteq; polyphemon & illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus:
Hæc mihi ni potior domus ẽ ithaciq; carina:
Si minus ænean ueneror genitore: nec unq;
Eſſe ſatis potero: præſtẽ licet omnia: gratus.
Quod loquor & ſpiro: cælũq; & lumina ſolis
Aſpicio: poſſim ne ingratus & immemor eſſe?
Ille dedit quod nõ anima hæc cyclopis in ora
Venit: & ut lumen iã nũc uitale relinquam:
Vt tumulo: aut certe non illa cõdar in aluo.
Quid mihi tunc animi: niſi ſi tior abſtulit oẽm
Senſũ animũq;: fuit? cũ uos petere alta relictus
Aequora conſpexi? uolui inclamare: ſed hoſti
Prodere me timui, ueſtræ quoq; clamor ulyſſis
Pene rati nocuit. uidi cum monte reuulſum
Immanem ſcopulum medias permiſit ĩ undas.
Vidi iterum ueluti tormenti uiribus acta
Vaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctuſue lapiſue carinam:
Pertimui iam me non eſſe oblitus in illa.
Vt uero fuga uos ab acerba morte reduxit:
Ille qdem totam gemebũdus obambulat ætnã:
Prætẽptatq; manu ſiluas: & luminis orbus
Rupibus incurſat: fœdataq; brachia tabo
In mare protendens gẽtem execratur achiuam.
Atq; ait. o ſi quis referat mihi caſus ulyſſem:
Aut aliquẽ ex ſociis: in quem mea ſæuiat ira:
Viſcera cuius edam, cuius uiuẽtia dextra
Mẽbra mea laniem, cuius mihi ſanguis inundet
Guttur: & eliſi trepident ſub dentibus artus:
Quã nullũ aut leue ſit dãnũ mihi luc{ adẽptæ?
Hæc & plura ferox, me luridus occupat horror
Spectantem uultus: & iam nũc cæde madentes
Crudeleſq; manus: & inanẽ luminis orbem:
Mẽbraq; & humano cõcretã ſanguine barbã:
Mors erat ãte oculos, minimũ tamẽ ipſa doloris
Et iam prenſurum, iam nũc mea uiſcera rebar

In sua mersurę:mentiq; hærebat imago
Temporis illius:quo uidi bina meorum
Ter quater affligi sociorum corpora terræ.
Dum super ipse iacens hirsuti more leonis
Viscera & carnes:cumq; albis ossa medullis:
Semianimesq; artus auidā cōdebat in aluum.
Me tremor iuasit.stabam sine sanguīe mœstus:
Mandentemq; uidens eiectantēq; cruentas
Ore dapes:& frusta mero glomerata uomētē.
Talia fingebam misero mihi fata parari:
Perq; dies multos latitans:oēmque tremiscens
Ad strepitū:mortemq; timēs:cupiduscq; moriri
Glande famē pellens:& mixta frōdibus herba:
Solus inops. expes.leto pœnæq; relictus
Hāc procul aspexi lōgo post tempore nauem.
Orauiq; fugam gestu:ad littusq; cucurri:
Et moui:graiumq; ratis troiana recepit.
Tu quoq; pande tuos comitū gratissime casus:
Et ducis & turbæ:quæ tecum est credita ponto.
Aeolon ille refert thusco regnare profundo:
Aeolon hippotaden cohibentē carcere uentos:
Q uos bouis icluſos tergo memorabile munus
Dulichium sumpsisse ducem:flatuq; secundo
Lucibus isse nouem:& terrā aspexisse petitam.
Proxima post nonā cum sese aurora moueret:
Inuidia socios prædæq; cupidine uictos
Esse ratos aurum dempsisse ligamina uentis:
Cū quibus isse retro:p quas mō uenerat undas:
Aeoliique ratem portus repetisse tyranni.
Inde lami ueterem læstrygonis iquit in urbem
Venimus.antiphates terra regnabat in illa.
Missus ad hūc ego sum numero comitāte duoꝝ
Vixque fuga quæsita salus comitique mihique:
Tertius e nobis lestrygonis impia tinxit
Ora cruore suo.fugientibus instat & agmen
Concitat antiphates.coeunt:& saxa trabesque
Coniiciunt:mergūtque uiros:mergūtq; carinas.
Vna tamen quæ nos ipsumq; uehebat ulysſem
Effugit.amissa sociorum parte.dolentes
Multaque conquesti terris allabimur illis:
Q uas ꝑcul hīc cernis. ꝑcul hīc(mihi crede)ui
Insula uisa mihi.tuq; o iustissime troum (dēda
Nate dea(neque enim finito marte uocandus
Hostis es ænea)moneo fuge littora circes.
Nos quoq; circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores imansuetique cyclopis

Affligi.allidi. Semianimes.semimortuos. Sine sanguine.Pallidus. Glomerata.coniuncta. Cupiduscq; moriri.Moriendi.est enim græca figura. Moriri aūt secundum quartam declinauit coniugationem: cum frequentius secundum tertiā dicatur. Expes. extra omnē spem constitutus. Graium.græcū:ac si diceret sibi hostē. Et turbæ. & comitum. Quæ tecum est credita pōto. Quæ se tecum mari cōmisit.

Aeolon ille refert. Aeolus iouis ex alcesta filia Hippotæ troianifilius regnasse dicit apud insulas Aeolias ab ipso appellatas:qui ex consurgētibus nebulis ita uētos ꝑdicebat futuros: ut eos in sua potestate habuisse sit creditus. Ad hūc: ut Homerus scribit:cum Vlysses peruenisset:quo cōmodius in patriam nauigaret:uentos in utre ligatos ab ipso accepit.Sed socii aurum esse putantes utrem soluerunt. unde erumpentes uēti maximam excitarunt tempestatem. Thusco profundo.In thusco mari. Hippotaden. Hippotæ nepotē.

Bouis tergo. In utre ex tergore & pelle bouis confecto. Proxima post nonam aurora. Decima dies.

Dēpsisse ligamina uentis.Dissoluisse uētos. Dulichium ducem.Vlyssem. Terram petitam.Ithacam patriam. Inde lami ueterem. Lamus antiquissimus Læstrigonum rex fuit: qui populi fuerunt feritate famosi in ultimo Italiæ angulo habitātes. Ad eos cū uenisset ulysses: Antiphates regnabat: a quo nōnullis & nauibus & sociis fuit spoliatus. Læstrigonis. Antiphatæ. Coeunt. conueniunt.concurrunt. Terris allabimur illis. Ad illas terras nauigamus. Procul uidenda.Neq; enim tutum est accedere propius. Immansueti. crudelis.

Ire negabamus.nolebamus. Simul.poſtquam. Tecti. domus per ſynecdochen. Leæq;.& leænæ. Sed nulla.ferarum ſubaudiatur. Idcirco autẽ nulla earum timenda uidebatur:quia nondum humanitatem depoſuerant:eoq; hominibus adulabantur. Comitant.Archaiſmos.comitãtur enim nunc dicimus. Marmore tecta. marmoreis ſegmentis incruſtata. Aurato amictu. Aurato pallio. Gramina.herbas. Secernunt.diſcernunt. Variaſq; coloribus herbas. uariorum colorum herbas. Opus exigit.perficit.cõplet. Quis uſus.Quæ utilitas. Quo in folio.In qua herba. Synegdochicos. A parte nãq; totum intelligimus. Penſas.ponderatas. Neq; enim pharmaca niſi ponderentur:recte componi poſſunt. Diffudit uultus.exhilarauit. Et reddidit omnia uotis.hoc ẽ.Oia pro uotis reſpondit. Hordea toſti grani. Hypallage eſt.grana enim hordei toſti intelligimus. Cum lacte coagula paſſo. Periphraſis eſt caſei. Sacra dextra.execrabili. Arenti ore.Sicco:per quod itelligimus ipſos fuiſſe bibendi auidos. Occalleſcere.in callum cõmutari. Pando roſtro.Recuruo. Colla tumere toris. extantibus carnibus tumida fieri. Illa ueſtigia feci. Brachia in crura anteriora fuiſſe cõmutata ait. Cũq; eadem paſſis.cum ſociis meis qui eadem erant paſſi. Ab illo certior.Factus ſubaudiatur. Pacifer cyllenius. Mercurius qui ad pacem mittitur: quẽadmodũ iris ad diſcordiam. Moly uocant ſuperi. Quod ſubaudiatur. Quod ſuperi uocant moly. Sic autẽ & Homerus de hoc flore in odyſſea ſcribit.

Ire negabamus:& tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti.ſors me fidumq; politen:
Eurylocumq; ſimul nimiique elpenora uini:
Biſque nouem ſocios circæa ad mœnia miſit.
Quæ ſimul attigimus:ſtetimuſq; ĩ limie tecti:
Mille lupi mixtique lupis urſique leæque
Occurſu fecere metum.ſed nulla timenda:
Nullaq; erat noſtro factura in corpore uulnus:
Quin etiam blandas mouere per aera caudas
Noſtraque adulantes comitant ueſtigia: donec
Excipiunt famulæ:perque atria marmore tecta
Ad dominã ducũt.pulchro ſedet illa receſſu
Solenni ſolio:pallamq; induta nitentem:
Inſuper aurato circumuelatur amictu.
Nereides nymphæq; ſimul:quæ uellera motis
Nulla trahũt digitis.nec fila ſequentia ducunt.
Gramĩa diſponunt:ſparſoſq; ſine ordine flores
Secernũt calathis uariaſque coloribus herbas.
Ipſa quod hæ faciũt:opus exigit.ipſa quis uſus
Quoue ſit in folio.quæ ſit concordia mixtis
Nouit:& aduertens penſas examinat herbas.
Hæc ubi nos uidit:dicta acceptaque ſalute
Diffudit uultus:& reddidit omnia uotis.
Nec mora:miſceri toſti iubet hordea grani:
Mellaq; uimq; meri & cũ lacte coagula paſſo.
Quiq; ſub hac lateant furtim dulcedie: ſuccos
Adiicit.accipimus ſacra data pocula dextra.
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore:
Et tetigit ſummos uirga dea dira capillos:
Et pudet:& referam:ſetis horreſcere cœpi.
Nec iam poſſe queri.pro uerbis edere raucum
Murmur:& in terram toto procumbere uultu.
Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro.
Colla tumere toris:& qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant:illa ueſtigia feci:
Cũq; eadem paſſis(tantũ medicamina poſſũt)
Claudor in antra.ſuis ſolum caruiſſe figura
Vidimus eurylocum.ſolus data pocula fugit.
Quæ niſi uitaſſet pecoris pars una maneret
Nunc quoque ſetigeri:nec tantæ cladis ab illo
Certior ad circen ultor ueniſſet ulyſſes.
Pacifer huic dederat florem cyllenius album.
Moly uocant ſuperi.nigra radice tenetur:
Tutus eo monitiſq; ſimul cæleſtibus intrat
Ille domum circes:& ad inſidioſa uocatus
Pocula:conãtem uirga mulcere capillos

Reppulit:& ſtricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides.dextræq; datæ: thalamoq; receptus
Coniugii dotem ſociorum corpora poſcit.
Spargimur ignotæ ſuccis melioribus herbæ:
Percutimurq; caput conuerſæ uerbere uirgæ.
Verbaq; dicuntur dictis contraria uerbis.
Quo magis illa canit;magis hoc tellure leuati
Erigimur:ſetæque cadūt:biſidoſque relinquit
Rima pedes.redeūt humeri.& ſubiecta lacertis
Brachia ſunt.flentem flētes complectimur illū:
Hæremuſq; ducis collo.nec uerba locuti
Vlla priora ſumus:q̄ nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora:multaq; præſens
Tempore tam longo uidi.multa auribus hauſi:
Hoc quoq; cū multis:qđ clā mihi rettulit una
Quattuor e famulis ad talia ſacra paratis.
Cum duce nanq; meo circe dum ſola moratur:
Illa mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendens iuuenile gerens in uertice picum
Aede ſacra poſitum.multiſq; inſigne coronis.
Quis foret:& quare ſacra colereтur in æde.
Cur hanc ferret auem:quærenti & ſcire uolenti
Accipe ait macareu:dominæq; potētia quæ ſit
Hinc quoq; diſce meæ.tu dictis adiice mentem.
Picus in auſoniis proles ſaturnia terris
Rex fuit utilium bello ſtudioſus equorum.
Forma uiro quam cernis erat.licet ipſe decorē
Aſpicias:fictaq; probes ab imagine ueram.
Par aius formæ. nec adhuc ſpectaſſe tot annos
Quiquēnē poteras graia quater edere pugna.
Ille ſuos dryades latiis in montibus ortas
Verterat in uultus.illum fontana petebant
Numina naiades:quas albula:quaſq; numici:
Quas anienis aquæ: curſuq; breuiſſimus albo:
Nar ue tulit præceps:& opacæ farfarus undæ:
Quæq; colūt ſcythicæ ſtagnū nemorale diānæ:
Finitimoſq; lacus. ſpretis tamē omnibus unam
Ille colit nymphā:quā quōdam in colle palati
Dicitur ancipiti peperiſſe uenilia iano.
Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis:
Præpoſito cunctis laurenti tradita pico eſt.
Rara quidem facie.ſed rarior arte canendi.
Vnde canens dicta eſt.ſiluas & ſaxa mouere
Et mulcere feras:& flumina longa morari
Ore ſuo:uolucreſq; uagas retinere ſolebat.
Quæ dū fœminea modulatur carmia uoce:

Sociorum corpora.ut reſtituat ſociorum corpora priſtinæ figuræ. Quam nos teſtantia gratos.ſe gratias ulyſſi egiſſe ait. Hoc quoq; cum multis.pici iuuenis in auem ſui nominis portēto ſam metamorphoſim narrat Achimenidi macareus.Nam picus ſaturni filius rex fuit Latii:qui cum iam canentem ex Venilia iani filiam duxiſſet uxorem: a circe forte in uenatione uiſus:cum ei morem gerere nollet:in auem ſui nominis fuit mutatus. Paratis.inſtructis. Cū duce meo. cum Vlyſſe. Illa.famula. Signum.ſtatuam. Inſigne.ornatum. Accipe.audi. Adiice.adhibe. Proles ſaturnia.filius ſaturni. Forma uiro. tali erat pulchritudine:quali & ſtatua ipſius. Licet ipſe decorē. Tantum fuiſſe decoris in uiuente pico: quantum ē in ipſius imagine ait. Nec adhuc ſpectaſſe tot annos. ſignificat picum tum cum mutatus fuit:nondum ad uiginti annos peruenīſſe. Eſt autem ordo. Nec poteras edere ipſum quater quinquennem ſpectaſſe tot ānos graia pugna.hoc eſt: in paleſtra quam idcirco graiam pugnam uocat:quod a græcis fuit inſtituta. Innuit autem eū uiſum fuiſſe iuniorem q̄ erat. Quod uero quidam graiam pugnam pro bello troiano putant accipiendam mihi non probatur. Quas albula. Tybris qui a colore aquæ prius albula dicebat. Quaſq; numici. Numicus fluuius eſt laurentis agri:in quē Aeneā cecidiſſe ferunt. Albo. fluuius haud longe ab urbe Roma diſtans:qui in tyberim haud longe a fonte īgreditur. Nar ue tulit præceps. Nar fluuius eſt umbriæ in tyberim labens. Et opacæ Farfarus undæ. Farfarus fluuius ē Sabinorum. Scythicæ Dianæ. Quæ ab Horeſte una cum iphigenia ex Taurica regione Arciam uſq; allata fuit. Stagnum nemorale.iter nemora poſitum. Nam ut Strabo ſcribit: Artemiſio id ē dianæ & luco & templo lacus adiacet iſtar pelagi fluctuans:qui undiq; ſyluis circundatur. Venilia. uxor fuit iani antiquiſſimi italiæ regis. Ancipiti iano. bicipiti atq; bifronti. Rara quidem facie. præſtās facie. Oē enim rarum præclarum eſt. Vnde canens dicta eſt. Nam canens nomine proprio uocabatur.

Exierat tecto laurentis picus in agros
Indigenas fixurus apros:tergũq; premebat
Acris equi:leuaq; haſtilia bina ferebat:
Phœniceã fuluo chlamydẽ cõprenſus ab auro,
Venerat in ſiluas & filia ſolis eaſdem:
Vtq; nouas legeret fœcũdis collibus herbas:
Nomine dicta ſuo circæa reliquerat arua:
Q uæ ſimulac iuuenem uirgultus abdita uidit:
Obſtupuit.cecidere mãu:quas legerat herbas:
Flammaq; per totas uiſa eſt errare medullas.
Vt primum ualido mentem collegit ab æſtu:
Q uid cuperet faſſura fuit:ne poſſet adire
Curſus equi fecit:circumfuſuſq; ſatelles.
Non tamen effugies:uento rapiare licebit:
Si modo me noui.ſi non euanuit omnis
Herbaꝝ uirtus.nec me mea carmia fallunt.
Dixit.& effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri:præterq; oculos trãſcurrere regis
Iuſſit:& in denſum trabibus nemus ire uideri.
Plurima qua ſilua ẽ:& equo loca peruia nõ ſũt.
Haud mora.cõtinuo prædæ petit iſcius umbras
Picus:equiq; celer ſpumãtiaq; terga reliquit.
Spemq; ſequẽs uanam ſilua pedes errat in alta.
Cõcipit illa preces:& uerba precantia dixit:
Ignotoſq; deos ignoto carmine adorat:
Q uo ſolet & niueæ uultum cõfundere lunæ:
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tũc quoq; cãtato denſatur carmine cælum:
Et nebulas exhalat humus:cæciſq; uagantur
Limitibus comites:& abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum tempuſq;.p o tua lumina dixit:
Q uæ mea ceperũt:pq;hãc pulcherrime formã:
Q uæ facit:ut ſupplex tibi ſim dea.cõſule nr̃is
Ignibus:& foceꝝ qui præuidet omnia ſolem
Accipe.nec durus titanida deſpice circen.
Dixerat.ille ferox ipſamq; preceſque reliquit:
Et quæcũque es ait nõ ſũ tuus.altera captum
Me tenet:& teneat per longũ cõprecor æu um.
Nec uenere externa ſocialia fœdera lædam:
Dum mihi ianigenam ſeruabũt fata canentem.
Sæpe retemptatis precibus titania fruſtra
Nõ impune feres:neque ait reddere canenti:
Læſaq; qd faciat.qd amãs.quid fœmina:diſces
Rebus ait.ſed amans & læſa & fœmina circe ẽ.
Tum bis ad occaſum.bis ſe conuertit ad ortum.
Ter iuuenem baculo tetigit.tria carmina dixit.

Phœniceam.purpuream. Ab auro.Ex auro. Cõ/
prehenſus. Tectus circundatus. Circæa arua. Cir/
ceum montem a circe denominatum.in quo circei op
pidum fuit. Addita.abſcondita, Obſtupuit. Em/
phaſis pulchra.Hinc enim facile colligitur quanta fo/
ret pici pulchritudo:qua ſtatim circe ita capta eſt: ut
obſtupuerit. Valido ab æſtu. A uehementi amore.

Circũfuſuſq; ſatelles.circũpoſiti miniſtri. Eſt enim
ſynecdoche. Licebit.pro licet.quãuis. Si modo me
noui.Meam potentiam. Euanuit.Vana facta eſt.

Præter.luxta. Trabibus.arboribus:ex quibus tra
bes fiunt. Inſcius prædæ.prædam non cognoſcens.

Errat.uagatur. Concipit illa preces. uota quibus
a diis id quod cupiebat impetraret. Ignoto carmine.
obſcuris & non intellectis uerbis. Cõfundere.obſcu
rare. Patrio capiti.Soli. Denſatur cælum.In nubẽ
cogitur aer:ut inquit Vergilius. Cæcis.ignotis. Re
gis.A rege. Durus. crudelis. Et quæcunq; es ait:cũ
quodam contemptu hæc ait Picus: ac ſi diceret.etiam
ſi eſſes filia iouis nedum ſolis. Ianigenam. iano ge/
nitam. Retemptatis.Iteratis. Neq; reddere canen/
ti. Neq; redibis ad canentem. Diſces rebus ait. R e
ipſa inquit cognoſces. Circe eſt. Hæc cum maxima
indignatione dicuntur, perinde ac ſi diceret circe læſa
eſt:quæ omnium & incantamentorum & ueneficio/
rum eſt peritiſſima.

Ille fugit,sed se solito uelocius ipse
Currere miratus:pennas in corpore uidit.
Seque nouam subito latis accedere syluis
Indignatus auem duro fera robora rostro
Figit:& iratus longis dat uulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem.
Fibula quod fuerat uestemq; momorderat aur&:
Pluma fit:& fuluo ceruix præcingitur auro:
Nec quicq̃ antiquum pico nisi nomina restat.
Interea comites clamato sæpe per agros
Nequicq̃ pico: nullaque in parte reperto
Inueniunt circen.nam iam tenuauerat auras:
Passaque erat nebulas uentis ac sole resolui.
Crimin̄busq; premũt ueris:regemq; reposcunt.
Vique ferunt: sæuisque parant incessere telis.
Illa nocens spargit uirus succosque ueneni:
Et noctem noctisque deos hereboque chaoque
Conuocat:& longis hecatem ululatibus orat.
Exiluere loco:dictu mirabile:syluæ:
Ingemuitque solum:uicinaque palluit arbor:
Sparsaque sanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides uisi mugitus edere raucos:
Et latrare canes:& humus serpentibus atris
Squallere:& tenues animæ uolitare uidentur.
Attonitum mõstris uulgus pauet.illa pauentum
Ora uenenata tetigit mirãtia uirga:
Cuius ab attactu uariarum monstra ferarum
In iuuenes ueniunt.nulli sua mansit imago.
Presserat occiduus tartesia littora phœbus:
Et frustra coniunx oculis animoque canentis
Expectatus erat.famuli populusq; per omnes
Discurrunt syluas:atque obuia lumina portant.
Nec satis est nymphæ flere & lacerare capillos:
Et dare plãgorem.facit hæc tamen omnia:seque
Proripit: ac latos errat uæsana per agros:
Sex illam noctes totidem redeuntia solis
Lumina uiderunt inopem somnique cibique
Per iuga per ualles:qua sors ducebat:euntem.
Vltimus aspexit fessam luctuque uiaque
Thybris:& in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipsos modulata dolores
Verba sono tenui mœrens fundebat:ut olim
Carmina iam moriens canit exeqalia cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit:inque leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen signata loco est:quem rite canentẽ

Accedere,adiungi. Figit,percutit. Fibula qđ fuerat,fibula aurea. Momorderat,depilauerat,nã fibulæ uestes mordere uidentur: cum eas pilis priuent,significat aũt pici aureũ baltheũ in torquẽ fluuum:quo collum pici auis cingitur: fuisse cõuersũ.

Nec quicquam antiquũ pico nisi nomina restat. picus martius idcirco hæc auis cognomiatur: quod marti sit consecratus. A pico aũt picenũ deducit Italiæ regio:quæ uulgo nunc Marchia anconitana uocatur:quod sabini dum asculum cõtenderent: in eorum uexillo picus consedit. Interea comites. Pici comites cum uim circe afferre pararent: in uarias feras cõuersi fuere. Criminibus ueris. Vera criminatione. Noctis deos. Hecaten. plutonẽ & reliquos inferni deos. Edere,emittere. Tenues animæ. Sine corpore. Vulgus. Comites pici. Mirantia,stupentia. Monstra,monstrosæ figuræ. In iuuenes ueniunt. Nam illi in uarias feras fuerunt conuersi.

Presserat occiduus. Canens uxor picitum uirum nusquam inueniret ita se lachrymis tradidit:ut paulatim iuxta Tybrim i auras fuerit resoluta. Locus autem ille canens a canentis nymphæ nomine fuit appellatus. Tartesia littora,occidentalia,nam Tartesus urbs est ulterioris hispaniæ. Lumina,funalia faces. Seq; proripit. E domo. Væsana,Insana ac furẽs. Inopem,Expertem,carentem. Carmina exequialia,Exequiis cõuenientia. Cygnus autẽ morti uicinus suauissimæ canere memoratur. Tabuit, paulatim absumpta est. Euanuit,Resoluta est.

Rite,merito & recte ob memoriam illius nymphæ: quæ mariti desiderio illic uitam cum morte commutarat.

Per lõgum annum. Quo apud circen fuimus. Re
ſides. Deſides ac pigri. Facti aũt ſubaudiatur. Inire.
intrare. Dare uela. nauigare. Sæui ponti. Furẽtis &
in tempeſtatem concitati maris. Aenea nutrix. caieta
æneæ nutrix: q̃ mortua ac ſepulta & portui & urbi no
men dedit. Breue carmẽ. epithaphiũ dicit. Alũnus.
æneas a me altus atq; educatus. Argolico igne. Quo
a græcis ilium fuit incẽſum. Funis religatus. quo na
ues religatæ tenẽtur. Huiuſmodi aũt funis ora uocat.

Infamatæ deæ. ifamia laborantis circes. Prorũpit.
cũ impetu ĩgredit. Faunigenæq; domo. Latini Fau
ni filii. Hæc aũt idcirco narrat poeta: ut ſocioꝝ diome
dis in aues cygnis ſimiles metamorphoſin cum ſupe
riore cõnectat. Cum gente feroci. Rutulorũ: ut ex
carmine quoq; Vergiliano eſt notum. Cõcurrit la
tio tyrrhenia tota. Thuſciæ populi cum latinis bellũ ge
runt. Externo robore. externis militibus. Neq;
æneas euandri ad mœnia fruſtra. nã euander in troia
norũ auxilium & palantem filium miſit: & ut a thu
ſcis imploraret auxilium hortatus ẽ: ut carmie Vergi
liano ẽ notũ. At uenulus fruſtra. Venulus a turno ad
Diomedem: q̃ in apulia urbẽ edificauerat: miſſus ora
tor: nihil auxilii ab eo impetrauit: quod diceret cũ alia
q̃dam: tum troianos nimium diis eſſe gratos. Pro
fugi diomedis. pcul a patria ob uxoris turpitudinẽ fu
gati. nam diomedes a bello troiano in patriã reuerſus
Aegialen uxorem cõperit cylleboro Stheneli filio ad
hæſiſſe: a qua cũ receptus non foret: au fugiens perue
nit ĩ apuliam: ubi a Dauno cũ parte regni filia accepta
urbem nomine argyrippam ædificauit. Sub iapyge
dauno. Daunus rex fuit Apuliæ a quo daunia fuit ap
pellata. Iapyx aũt a iapygia declinatur: q̃ eadẽ ẽ cũ Apu
lia: a iapyge Dedali filio cognominata. Sane iapyx ur
bis quoq; nomen eſt: quæ nũc Bariũ dicitur. Aeto
lius heros. Diomedes Tydei Aetoliæ regis filius. Ex
cuſat. In excuſationẽ adducit. Cõmẽta. Ficta. Per
petiar. Suſtinebo. Ilios. urbs troiæ q̃ & ilion dicitur.

Naryciuſq; heros. Aiax oilei filius q̃ fuit narycius.
Naryx enim quæ & narycium & naryce dicitur urbs
fuit locridis. unde narycius declinat. Aiax aũt oilei fi
lius Caſandrã priami filiam cũ ĩ tẽplo palladis ſtupraſ
ſet: nõ in ſe ſolũ: ſed in oẽs græcos irã numinis cõcita
uit. Nã in patriã nauigãtes: & ipſe fulmine pcuſſus: or
ta maxima tẽpeſtate: & alii p maria fuere diſiecti. A
uirgine. pallade: quæ ppetuã ſeruauit uirginitatẽ. Vir
gine rapta. Caſandra ſtuprata. Digeſſit. diſſipauit. di
miſit. Spargimur. diſſipamur. diſpergimur. Cu
mulũq; capharea cladis. caphareus ꝓmontorium eſt
euboeæ in Helleſpõtũ ſpectãs: ad cuius radices ira mi
neruæ: ac fraude naupli palamedis patris: græcoꝝ claſ
ſis maximũ fecit naufragiũ. Priamo quoq; fleda ui
deri. Nimia ẽ calamitas: q̃ hoſtibus quoq; flenda uide
tur. Antiquo de uulnere. nã in bello troiano Diome
des cũ ænea cõgreſſus: cũ ſibi eũ auxilio ueneris eripi
uideret: in ipam deã ſagittas cõiecit: q̃re dea irata a dio
mede uxoris aium ſic abalienauit: ut illum ab excidio
troiano reuerſum recipere noluerit. Memores pœ
nas. quas in memoria habebat.

Nomine de nymphæ ueteres dixere coloni:
Talia multa mihi longũ narrata per annum
Viſaq; ſunt. reſides & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretũ. rurſus dare uela iubemur:
Ancipiteſq; uias & iter titania uaſtum
Dixerat: & ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui fateor: nactuſq; hoc littus adhæſi.
Finierat macareus. urnaque æneia nutrix
Cõdita marmoreo tumulo breue carmen habe-
Hic me caietam notæ pietatis alumnus (bat.
Ereptam argolico: quo debuit igne: cremauit.
Soluitur hærboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias infamataeq; relinquunt
Tecta deæ: lucoſq; petunt: ubi nubilus umbra
In mare cum fulua prorumpit thybris harena:
Faunigenæq; domo potitur: nataq; latini:
Nõ ſine marte tamẽ. bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactaq; furit pro coniuge turnus.
Concurrit latio tyrrhenia tota: diuque
Ardua ſollicitis uictoria quæritur armis.
Auget uterque ſuas externo robore uires.
Et multi rutulos. multi troiana tuentur
Caſtra. neq; æneas euandri ad mœnia fruſtra.
At uenulus fruſtra profugi diomedis ad urbem
Venerat. ille quidẽ ſub iapyge maxima dauno
Mœnia condiderat: dotaliaq; arua tenebat:
Sed uenulus turni poſtq̃ mandata peregit:
Auxiliumq; petit: uires aetolius heros
Excuſat: nec ſe aut ſoceri cõmittere pugnæ
Velle ſui populos: aut quos e gente ſuorum
Armet: habere ullos: ne ue hæc cõmẽta putetis:
Admonitu q̃q̃ luctus renouentur amari:
Perpetiar memorare tamẽ. poſtq̃ alta cremata ẽ
Ilios: & danaas pauerunt pergama flammas:
Naryciuſq; heros a uirgine uirgine rapta:
Quã meruit pœnam ſolus: digeſſit in omnes:
Spargimur: & uentis inimica per æquora rapti
Fulmina. noctem. imbres. iram cæliq; mariſque
Perpetimur danai: cumulũq; capharea cladis.
Ne ue morer referens triſtes ex ordine caſus:
Græcia tum potuit priamo quoq; flẽda uidere.
Me tamen armiferæ ſeruatũ cura mineruæ
Fluctibus eripuit. patriis ſed rurſus ab agris
Pellor: & antiquo memores de uulnere pœnas
Exigit alma uenus: tantoſq; per alta labores
Aequora ſuſtinui. tantos terreſtribus armis:

Vt mihi felices sint illi sæpe uocati:
Quos cõmunis hyems iportunusq; caphareus
Mersit aquis:uellemq; horum pars una fuisse.
Vltima iam passi comites belloq; fretoque
Deficiunt:finemq; rogant erroris.at agmon
Feruidus ingenio.tum uero & cladibus asper
Quid supereſt quod iã patiẽtia noſtra recuſet
Ferre uiri dixit? quid habet cytheræa? qd ultra
(Velle puta) faciat? nam dũ peiora timentur:
Eſt locus in uoto.ſors aũt ubi peſſima rerũ eſt:
Sub pedibus timor eſt.ſecuraq; ſũma malorũ.
Audiat ipſa licet:& quod facit:oderit omnis
Sub diomede uiros:odium tamen illius omnes
Spnimus:& magno ſtat magna potẽtia nobis.
Talibus iratam uenerem pleuronius agmon
Inſtimulat uerbis:ſtimuliſque reſuſcitat iram.
Dicta placent paucis.numeri maioris amici
Agmona corripimus:cui reſpondere uolenti
Vox pariter uociſque uiaẽ tenuata:comæque
In plumas abeũt:plumis quoque colla tegũtur:
Pectoraque & tergũ.maiores brachia pennas
Accipiũt:cubitique leues tenuantur in alas.
Magna pedis dygitos pars occupat:oraq; cornu
Indurata rigent:finemque in acumine ponunt.
Hunc lycus.hũc idas:& cũ pethenore nycteus.
Hunc miratur abas:& dum mirantur eandem
Accipiunt faciem:numeruſq; ex agmine maio
Subuolat:& remos plauſis circumuolat alis.
Si uolucrum quæ ſit dubiaq; forma requiris:
Vt non cygnoq;:ſic albis proxima cygnis.
Vix equidem has ſedes & lapygis arida dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum
Hactenus oenides.uenulus calydonia regna
Puteoloſq; ſinus meſſapiaq; arua reliquit:
In quibus antra uides:quæ multa nubila ſilua
Et leuibus guttis manantia ſemicaper pan
Nũc tenet.at quõdã tenuerũt tẽpore nymphæ.
Appulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit:& primo ſubita formidine mouit.
Mox ubi mens rediit:& contẽpſere ſequẽtem:
Ad numeq; motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor:ſaltuq; imitatus agreſti
Addidit obſcœnis conuicia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit:q̃ guttura condidit arbor.
Arbor eni eſt:ſuccoq; licet cognoſcere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris

Importunus caphareus,ſine portu.Perniciosus. At agmon feruidus. Agmon cum uenerem cõtemneret: i auem cygno ſimilem una cum quibuſdam exſociis fuit cõmutatus. Eſt locus in uoto.uotis & p̃cibus locus relinquitur. Tunc enim homines ad p̃ces confugiunt. Sub pedibus timor eſt.Nihil timetur. Secura.ſine timore. Sub diomede. exiſtentes ſubaudiamus. Spernimus. contemnimus. Magna potentia.Veneris. Stat magno. Conſtat.Nam patriã propter ipſam amiſimus. Pleuronius agmon.pleuron utbs eſt ætoliæ. Vnde pleuronius deriuatur. Reſuſcitat.iterum excitat. Corripimus. Repræhendimus.

Tenuata.tenuis & exigua facta. Cornu.roſtro. Finemq; in acumine ponunt.Acutum habent roſtrum.

Exagmine.multitudine comitum. Huiuſmodi autem aues Diomedeæ a nomine ducis fuerunt appellatæ. Plauſis alis.cum quodam ſtrepitu motis. Proxima.ſimillima.Nam Diomedeæ aues oloribus ſunt ſimiles. Hactenus Oenides.Diomedes œnei nepos.

Venulus calydonia regna.Diomedis calydonii. Nã calydon urbs eſt ætoliæ. Puteoloſq; ſinus.puteoli urbs eſt Apuliæ a multitudine puteorum dicta. Meſſapia arua. Apula a meſſapo duce cognominata. In quibus antra uides. Paſtoris cuiuſdã apuli in oleaſtrũ metamorphoſin Achimenidi macareus expõit. Semicaper pan.pan deus eſt paſtorum q a parte poſteriori capro ſimilis pingebatur. Ad numerũ. ad rhythmum & geſtus rationem. Condidit.abſcõdit. Notam. Signum.

Exhibet.aſperitas uerborum ceſſit in illas.
Hinc ubi legati rediere negata ferentes
Arma ætola ſibi:rutuli ſine uiribus illis
Bella infauſta gerũt:multũq; ab utraq; cruoris
Parte datur.fert ecce auidas in pinea turnus
Tecta faces:igneſq; timẽt:quibus unda pepcit.
Iamq; picem & cæras alimẽtaq; cætera flãmæ
Mulciber urebat:perq; altũ ad carbaſa malum
Ibat.& incuruæ fumabant tranſtra carinæ:
Cum memor has pinus idæo uertice cæſas
Sancta deum genitrix tinnitibus æthera pulſi
Aeris: & inflati compleuit murmure buxi:
Perq; leues domitis inuecta leonibus auras:
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra
Turne ait.eripiam nec me patiente cremabit
Ignis edax nemoꝝ partes & membra meorũ.
Intonuit dicente dea.tonitruq; ſecuti
Cũ ſaliente graues ceciderũt grandine nimbi.
Aeraq; & tumidũ ſubitis concurſibus æquor
Aſtrei turbant:& eunt in prœlia fratres:
E quibus alma parens unius uiribus uſa
Stupea prærupit phrygiæ retinacula puppis:
Fertq; rates ꝓnas:medioq; ſub æquore mergit:
Robore mollito:lignoque in corpora uerſo:
In capitum facies puppes mutãtur aduncæ:
In digitos abeunt & crura natantia remi.
Q uodq; ſinus fuerat latus eſt:mediiſq; carina
Subdita nauigiis ſpinæ mutatur in uſum.
Lina comæ molles.antemnæ brachia fiunt.
Cærulus ut fuerat color eſt:quaſq; ãte timebãt:
Illas uirgineis exercent luſibus undas
Naiades æquoreæ:duriſque ĩ montibus ortæ
Molle fretum celebrant.nec eas ſua tãgit origo.
Non tamen oblitæ q̃ multa pericula ſæpe
Pertulerint pelago:iactatis ſæpe carinis
Suppoſuere manus:niſi ſi qua uehebat achiuos
Cladis adhuc phrygiæ memores odere pelaſ-
Neritiæq; ratis uiderũt fragmina lætis (gos:
Vultibus:& lætis uidere rigeſcere puppes
Vultibus alcinoi:ſaxumque increſcere ligno.
Spes erat:in nymphas aĩata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri rutulum deſiſtere bello.
Perſtat:habetq; deos pars utraq;:qđq; deoꝝ eſt
Inſtar:habent animos:nec iam dotalia regna:
Nec ſceptrum ſoceri:nec te lauinia uirgo:
Sed uiciſſe petunt:deponendique pudore

Ceſſit.tranſiuit. Rutuli.populi fuerunt qbus ipe-
rauit Turnus. Hæc autem narrantur:ut cõmodius na
uium Aeneæ tranſmutationem in nymphas inſerere
poſſit poeta. Nam cum turnus rutulorum rex ignem
imiſiſſet in claſſem Troianorum:mater deum eas na
ues:quæ in ida monte ſibi dicato fabricatæ fuerãt:cõ-
buri non eſt paſſa. Verum ĩ nymphas eas cõmutauit.
In pinea tecta.periphraſis ẽ nauium : quæ ex pineis
tabulis cõficiuntur. Mulciber.uulcanus.ignis. In-
flati buxi. Tibiæ quæ ex buxo conficitur. Domitis
leonibus. currus enim cybeles:ut in ſuperioribus ſcri-
pſimus:a leonibus trahitur. Irrita. uana. Sacrilega
dextra. Hypallage eſt. ipſe enim ſacrilegus ĩtelligitur.
Aſtrei turbant. Aſtrei uenti auroræ & aſtrei gigãtis
filii. Stupea retinacula.periphraſis eſt orarum.ideſt
funium quibus naues ad terram religantur. Robo
re mollito. Duricie molli facta. In corpora. in car-
nes. Lina.funes ex lino confecti. Nec eas ſua tãgit
origo.hoc eſt nihil mouentur cupiditate ſuæ originis
uidendæ. Nihil curant redire in mõtes:ubi ſunt ortæ.
Naryciæ ratis. Sic quidem legitur:ut intelligatur na
uis Aiacis oilei qui fuit Narycius. Mihi uero magis ne
ritiæ uidetur legendum:ut de Vlyſſis naufragio ſenti-
re poetam intelligamus. Neritus enim mons eſt itha-
cæ patriæ Vlyſſis.unde neritius declinatur. Puppes
alcinoi. Alcinous ulyſſem:quem naufragum hoſpitio
ſuſceperat:inſtructa naue in ithacam uehendum cu-
rauit. Sed nauis ipſa ĩ ſcopulum qui eſt poſt phalacriũ
corcyre promontorium: a ſimili ſpecie tranſſigurata
a Neptuno in tertiodecimo odyſſeæ ab Homero nar
ratur. Animata claſſe. Traſſigurata claſſe ĩ nymphas
animam habentes. Quodq; deorum eſt inſtar.ad ſi
militudinem deorum. Nam animi ut dii ſunt imorta
les. Hæc autem a poeta narrantur:ut aptius Ardeæ.ur
bis in auem metamorphoſin ſubiungat. Nam ardea
patria fuit turni : quam uictores troiani cum incende
rent:forte auis ex incendio nũquã antea uiſa euolauit:
quæ a nomine urbis ardea fuit appellata. Soceri. la-
tini regis. Viciſſe.uictoriam.uerbum pro nomĩe po
ſitum eſt. Sic perſius. Scire tuum nihil eſt. Deponendi
pudore. Bella ſubaudiamus. Vtrunq; enim pudebat
deponere bellum.

Bella gerunt:tandemq; uenus uictricia nati
Arma uidet:turnusq; cadit.cadit ardea turno
Sospite dicta potens:quã postq̃ barbarus ensis
Abstulit:& tepida patuerunt tecta fauilla:
Congerie e media tum primũ cognita præpes
Subuolat:& cineres plausis euerberat alis:
Et sonus:& macies:& pallor & omnia captam
Quæ deceant urbem:nomẽ quoq; mãsit ĩ illa
Vrbis:& ipsa suis deplangitur ardea pennis.
Iamq; deos omnes ipsamq; aeneia uirtus
Iunonem ueteres finire coercuit iras:
Cum bene fundatis opibus crescentis iuli
Tempestiuus erat cælo cytheræius heros:
Ambieratq; uenus superos:colloq; parentis
Circumfusa sui.nunq̃ mihi dixerat ullo
Tempore dure pater.nunc sis mitissimus opto.
Aeneæq; meo:qui te de sanguine nostro
Fecit auum:q̃is paruum des optime numen.
Dũmodo des aliquod.satis est ĩamabile regnũ
Aspexisse semel.stygios semel isse per amnes.
Assensere dei:nec coniunx regia uultus
Immotos tenuit:placatoq; annuit ore.
Tum pater.est is ait cælesti numine dignus:
Quæq; petis:p quoq; petꝫ:cape nata qđ optas.
Fatus erat.gaudet:gratesq; agit illa parenti:
Perq; leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit laurens:ubi tectus harundine serpit
In freta flumineis uicina numicius undis.
Hunc iubet æneæ quæcunq; obnoxia morti
Abluere:& tacito deferre sub æquora cursu.
Corniger exequitur ueneris mandata:suisq;
Quicquid ĩ ænea fuerat mortale repurgat:
Et respersit aquis.pars optima restitit illi.
Lustratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit:& ambrosia cum dulci nectare mixta
Cõtigit os:fecitq; deum:quem turba quirini
Nũcupat indigetem:temploq; ariscq; recepit.
Inde sub ascanii ditione binominis alba
Resq; latina fuit.successit siluius illi:
Quo satus antiquo tenuit repetita latinus
Nomina cum sceptro.clarus subit ecce latino
Epitus ex illo.post hunc capituscq; capisq;.
Sed capis ante fuit.regnum tiberinus ab illis
Cepit:& in tusci demersus fluminis undis
Nomina fecit aquæ:de quo remuluscq; feroxq;
Acrota sunt geniti.remulus maturior annis

Turnuscq; cadit.Ab æneà interfectus. Barbarus ensis.Troianus. Patuerunt.dissoluta fuerunt. Congerie e media.E medio rogo. Præpes.auis. Nam ppetes aues maiores dicuntur:quæ uolatu suo dant augurium. Suis pẽnis.suis alis. Iãq; deos omnes. Aeneas cum ad ultimum ætatis suæ tempus uenisset: pcibus ueneris omnium deorum cõsensu in deum: quẽ latini indigetẽ appellarunt:fuit transmutatus. Ipsãq; iunonem. Quæ semper ei fuerat aduersata. Coercuit.Coegit. Crescentis iuli. Iulus Aeneæ fuit filius: qui patri in regno latino successit. Dure pater. Antiptosis est.uocatiuus nãq; pro nominatiuo positus ẽ. Optat enim uenus ne unquam iupiter sibi sit durus.

Inamabile regnum.inferorum regnum. Immotos tenuit.Significat iunonem quoq; annuisse ioui:ut æneas in deoꝝ numerũ admitteret. Qui eni ãnuunt caput mouent. Iunctis colũbis.currus ueneris a columbis trahi fingitur. Numicius undis. Numicus fluuius est latii qui & numicius dicitur:in quem cum cecidisset Aeneas:neq; inuentus esset: creditus est ĩ deum indigetem fuisse cõmutatus. Quæcũq; obnoxia morti.quæcũq; morti subiecta. Corniger. Fluuius.omnes enim fluuii cum cornibus pingebantur.

Restitit illi.remansit illi Aeneæ. Aia nãq; immortalis æternitati fuit consecrata. Lustratum.purgatum.

Ambrosia.imortalitas interpretatur. Herba aũt esse fingitur qua diiuescuntur. Cum dulci nectare. Vt Ambrosia pro deorum cibo ponitur: ita nectar pro eorũdem suauissima accipitur potione. Contigit.tetigit. Turba quirini.Populus Romanus. Nuncupat indigetem.Dii indigetes quos græci heroas uocãt ex mortali & deo nati putabantur.unde & æneam latini deum indigetem appellarunt.Vnde indigetare antiqui dicebant pro eo quod ẽ inuocare. Macrobius.Nãque uirgines uestales ita indigetant. Apollo medice. Apollo pæan. Inde sub ascanii binominis.Ascanius: qui & iulus fuit appellatus Aeneæ in regno successit. Cui Siluius:sic dictus quod in siluis sit natus. Cui latinus.cui epitus.cui capis.cui capetus.cui Tyberinus :q ĩ albula sũmersus nomẽ fluuio dedit.cui Remulus. cui Acrota.cui Auentinus:qui colli nomen dedit:ibi sepultus.cui Palatinus: sub quo rege pomona hortorũ dea Vertũno deo:qui se in uarias uertebat figuras:omnibus aliis spretis tandem nupsit. Varias autem uertũni metamorphosis poeta describit. Res latina.Imperium latinum. Thusci fluminis.Periphrasis est albulæ:qui postea Tyberis fuit appellatus.

Imitator fulminis. Cum enim uellet uideri fulmina iaculari: a ioue fulmie uero percussus est. Pomona. Dea fuit pomorum. Sollertius. diligentius. Vnde tenet nomen. Pomona enim a pomis nomen ẽ consecuta. Poma uero dicuntur omnes fructus quicũque ex arboribus nati esui sint apti siue molli siue duriore cortice tecti: quãuis Macrobius atq; Seruius poma a nucibus distinguẽtes scribant nuces generaliter uocari: quæ duriore cortice tegantur. poma uero quæ molliore. Sed pomum generale nomen esse omnium fructuum quicũq; ex arboribus nascuntur: cum ex aliorum scriptorum. tum ex Ouidii uerbis aperte colligi potest. Luxuriem. Luxuriãtes ramos. Premit. Recidit. Brachia. Ramos. Cõpescit. cohibet. Lignũ. Surculum alterius arboris. Alieno alumno. Surculo ex alia arbore in aliam translato. Fibras. tenuiores. subtilioresq; radices. Pomaria. loca arboribus frugiferis consita dicuntur: atq; pomorum repositoria. Satyri. dii sunt syluestres magnopere saltu gaudentes. Panes. dii sunt pastorum. Quiq; deus. Periphrasis est priapi. Hos quoq; uertumnus. Vertumnus deus est bene uertendarum rerum. hoc est uẽdendarum atq; emendarum: a uertendo dictus: quod se in uarias uerteret formas: ut ipse de se apud propertium narrat. Opportuna mea est cunctis natura figuris. In quãcunq; uoles uerte decorus ero. Inde uertumnalia dicta sunt: quæ mense octobri in honorem uertumni celebrabãtur: ut auctor est Varro. Vertumnus autem Romæ in uico thurario sacellum habuit: ut pædianus porphyrioq; scribunt. Neq; erat felicior illis. Nam eum quoq; pomona est aspernata. Duri. asperi ac laborum patientis. Desectum gramen. periphrasis ẽ fœni p quod significat uertumnum fœnisecæ figurã aliquando suscepisse. Varias autẽ uertumni metamorphosis poeta describit. Lecturum. electurum. Redimitus. circundatus. Tantoq; peritior inquit. Hæc de pomona tanquã absente a uertumno dicũtur. Intemerate. inuiolate. Qualia nunquã. Facete hæc a poeta inferũtur: lasciuioraq; ait fuisse uertumni oscula: q̃ quæ a uera uetula unquã dari potuissent. Autũni pondere. hoc est pomis.

Fulmineo periit imitator fulminis ictu.
Fratre suo sceptrum moderatior acrota forti
Tradit auentino: qui quo regnarat eodem
Monte iacet positus: tribuitq; uocabula monti.
Iamq; palatinus summæ loca gentis habebat.
Rege sub hoc pomona fuit: qua nulla latinas
Inter amadryadas coluit sollertius hortos.
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus:
Vnde tenet nomẽ: non syluas illa nec amnes:
Rus amat: & ramos felicia poma ferentes.
Nec iaculo grauis est. sed adunca dextera falce:
Q ua mõ luxuriem premit: & spatiãtia passim
Brachia compescit. fissa modo cortice lignum
Inserit: & succos alieno præstat alumno.
Nec sentire sitim patitur: bibulæq; recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat undis. (do ẽ.
Hic amor: hoc studiũ. ueneris quoq; nulla cupi
Vim tamẽ agrestũ metuẽs pomaria claudit
Intus: & accessus prohibet refugitq; uiriles.
Q uid non & satyri saltatibus apta iuuentus
Fecere? & pinu præcincti cornua panes?
Silenusq; suis semper iuuenilior annis?
Q uiq; deus fures uel falce uel inguine terret:
Vt potirentur ea? sed enim superabat amãdo
Hos quoq; uertũnus. neq; erat felicior illis.
O quotiens habitu duri messoris aristas
Corbe tulit: ueriq; fuit messoris imago.
Tempora sæpe gerens fœno religata recenti
Desectum poterat gramen uersare uideri.
Sæpe manu stimulos rigida portabat: ut illum
Iurasses fessos modo disiunxisse iuuencos.
Falce data frondator erat: uitisq; putator.
Induerat scalas: lecturum poma putares.
Miles erat gladio. piscator harũdine sumpta.
Deniq; per multas aditum sibi sæpe figuras
Repperit: ut caperet spectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo positis per tempora canis
Assimulauit anum: cultosq; intrauit in hortos:
Pomaq; mirata est: tantoq; peritior inquit
Oibus es nymphis: quas continet albula ripis.
Salue uirginei flos intemerate pudoris:
Paucaq; laudatæ dedit oscula: qualia nunq̃
Vera dedisset anus: glebaq; incurua resedit
Suspiciens pandos autũni pondere ramos.
Vlmus erat contra specioſa nitentibus uuis:

Quã socia postq̃ pariter cum uite probauit:
At si staret ait cælebs sine palmite truncus:
Nil præter frondes quare peteretur:haberet.
Hæc quoq; quæ iũcta ẽ uitis:requiescit ĩ ulmo:
Si non iuncta foret:terræ acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubituscq; fugis:nec te coniungere curas.
Atq; utinã uelles.helene non pluribus esset
Sollicitata procis.nec quæ lapitheia mouit
Prælia.nec cõiunx timidi aut audacis ulyssi:
Nũc quoq; cũ fugias auersericq; petentes:
Mille uiri cupiunt:& semideiq; deiq;
Et quæcũq; tenent albanos numina mõtes.
Sed tu si sapies.si te bene iungere:anumq;
Hanc audire uoles:quæ te plus omibus illis.
Plusq̃ credis amo uulgares reiice tædas.
Vertũnumq; tori sociũ tibi delige:pro quo
Me quoq; pignus habe.neq; enĩ sibi notior ille ẽ
Quã mihi.nec toto passim uagus errat ĩ orbe.
Hæc loca magna colit.nec uti ps magna ꝓcoꝝ
Quã mõ uidit:amat.tu primus & ultimus illi
Ardor eris:soliq; suos tibi deuouet annos.
Adde q̃ est iuuenis.quod naturale decoris
Munus habet:formasq; apte fingetur ĩ omnes:
Et quod erit iussus:iubeas licet omnia:fiet.
Quid:q; amatis idẽ:qd: quæ tibi poma colũt
Primus habet:lætaq; tenet tua munera dextra:
Sed neq; iam fœtus desiderat arbore demptos:
Nec quas hortus alit cũ succis mitibus herbas:
Nec quicq̃ nisi te.miserere ardentis:& ipsum:
Quod petit:ore meo præsentem crede precari.
Vltoresq; deos:& pectora dura perosam
Idaliam memoremq; time ramnusidis iram.
Quoq; magis caueas (& enĩ mihi multa uetus-
Scire dedit) referam tota notissima cypro (tas
Facta:quibus flecti facile & mitescere possis.
Viderat a ueteris generosam sãguine teucri
Iphis anaxareten humili de stirpe creatus.
Viderat:& totis perceperat ossibus ignes:
Luctatusq; diu postq̃ ratione furorem
Vincere nõ potuit:supplex ad limina uenit:
Et modo nutrici miserꝝ confessus amorem:
Ne sibi dura foret:per spes orauit alũnæ:
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petiit perpensum uoce fauorem.
Sæpe ferẽda dedit blandis sua uerba tabellis.

Probauit.comendauit & approbauit. At si staret ait cælebs. His similitudinibus uult psuadere pomonæ Vertũnus ut nubat:cum pfertim a multis petatur.

Nõ tãgeris.nõ moueris. Sollicitata.uexata. Necq̃ lapitheia mouit.Hippodamiã dicit:cuius pulchritudine bellũ fuit excitatũ inter lapythas & centauros:ut in duodecimo aperte narratur. Nec cõiunx timidi aut audacis Vlyssi.Timidi in pugna. Audacis in struendis insidiis. Penelopæ uero ulyssis uxor formosissima fuisse scribitur & a q̃plurimis procis amata. Auersaris.asperneris. Hanc anũ.seipm ostẽdit cũ quadam grauitate Vertũnus. Vulgares tædas.Nuptias per synecdochen.A parte nãq; totũ intelligimus. Faces nãq; ex teda arbore cõfectæ nouæ nuptæ pferebant. Procoꝝ,amatoꝝ quibus nihil est incõstãtius. ꝓci aũt a ꝓcãdo:hoc est a petẽdo dicti:qui mulieres in matrimoniũ petunt.unde & ꝓcaces a nimiũ petẽdo meretrices dicuntur. Deuouet. dedicat. destinat. Sane deuouere hoc loco in bonã accipit partẽ.alibi in malã. Vergilius. Præcipue infelix pesti deuota futuræ. Decoris.pulchritudinis. Fingetur. formabitur. transfigurabit. Primus habet. primitiæ.n. frugũ Vertũno dicabãtur. ut ipse apud ꝓpertium cõmemorãs causas cur uertumnus dicatur ait. Seu quia uertẽtis fructum ꝓcepimus anni:Vertumni rursus credidit esse sacrum.prima mihi uariat liuentibus uua racemis.et coma lactenti spicea fruge tumet. Hic dulces cerasos. hic autũnalia pruna cernis.& æstiuo mora rubere die.Insitor hic soluit pomosa uota corona.Cum pirus iuito stipite mala tulit. Cum succis mitibus.dulcibus suauibus. Miserere ardentis.Ardenter te amantis. Idaliam.uenerẽ ab idalio nemore dictam. Ramnusidis iram.Rhãnusis q̃ & Rhãnusia dicitur. pro nemesi ponitur:quæ dea ulciscitur superbos:a Rhamnunte Attice populo: ubi maxime colebatur:denominata: cuius qdem ĩ capitolio sacellum est: quãuis nomine careat Romano: ut plynius scribit. Vetustas.senectus.Senes nãq; idcirco prudẽtiores uidẽtur:quia multarũ rerꝝ peritiã habent. Multa scire dedit. multarꝝ rerũ peritiã mihi tribuit.est enim uerbum ꝓ nomine positũ. quale ẽ illud persii. Scire tuum nihil est. Viderat a ueteris.iphis cyprius anaxeretes puellæ amore captus cũ nullis ꝓcibus ea posset potiri.uitã finire decreuit.Ad ianuã igit amatæ cũ se suspendisset:maximo mœrore matrẽ affecit. Cum uero funus efferretur.Anexerte ad fenestrã accedens:ut inde exequias spreti iuuenis spectaret: in saxũ fuit cõmutata. Veteris teucri.De teucro telamonis filio intelligamus: qui post mortem Aiacis a patre domo pulsus salamina in cypro condidit. Miserũ amorẽ.eã enim a qua nõ amabatur.amabat. Sollicita uoce.plus q̃ diligẽti oratione. Perpẽsum fauorem.impẽsum & magnum:ac diligenter animaduersum.Ea autem oia describit Ouidius quibus amatores utuntur: ut puellis amatis potiri possint.

Interdū madidas lachrymâq; fore coronas
Postibus intendit: posuitq; in limine duro
Molle latus: tristisq; seræ conuicia fecit.
Sæuior illa freto surgente, cadentibus austris.
Durior & ferro: quod noricus excoquit ignis:
Et saxo: quod adhuc uiuum radice tenetur.
Spernit: & irridet: factisq; immitibus addit
Verba supba ferox: & spe quoq; fraudat amātē.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis: & ante fores hæc uerba nouissima dixit.
Vincis anaxarete, neq; erūt tibi tædia tandem
Vlla ferenda mei. lætos molire triumphos:
Et pæana uoca: nitidāq; incingere lauro.
Vincis enī: moriorq; libens. age ferrea gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris: eritq;
Q uo tibi sim gratus: meritūq; fatebere nostrū.
Non tamen ante tui curā excessisse memento:
Q uā uitā: geminaq; simul mihi luce carēdū ē:
Nec tibi fama mei uentura est nuncia leti.
Ipse ego: ne dubites adero præsensq; uidebor:
Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas.
Si tamen o superi mortalia facta uidetis:
Este mei memores. nihil ultra lingua precari
Sustinet: & longo facite ut narremur in æuo:
Et quæ dempsistis uitæ: date tempora famæ.
Dixit: & ad postes ornatos sæpe coronis
Humentes oculos & pallida brachia tollens
Cum foribus laquei religaret uincula sūmis:
Hæc tibi serta placent crudelis & impia dixit:
Inseruitq; caput. sed tū quoq; uersus ad illam:
Atq; onus infelix elisa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidātum & multa timētū
Visa dedisse sonum est: adapertaq; ianua factū
Prodidit. exclamant famuli: frustraque leuatū
(Nā pater occiderat) referūt ad limina matris.
Accipit illa sinu: complexaque frigida nati
Mēbra sui. postq̄ miseraq; uerba parentum
Edidit: & matrū miseraq; facta peregit:
Funera ducebat mediā lachrymosa per urbem:
Luridaque arsuro portabat membra feretro.
Forte uiæ uicina domus: qua flebilis ibat
Pompa: fuit: duræque sonus plangoris ad aures
Venit anaxaretes. quā iam deus ultor agebat.
Mota tamen: uideamus: ait miserabile funus:
Et patulis iniit tectum sublime fenestris:
Vixq; bene ipositū lecto prospexerat iphim:

Intendit. alligauit. Seræ. quæ ianuam clausam tenet. Sæuior illa freto surgente. Quod in tempestatem excitatur. Ista autem sunt ea conuicia: quibus iphis seram: qua ianua clausa tenebatur: prosequi solebat. Cadentibus austris. Flare desinentibus. Noricus ignis. Norici populi sunt alpini ferro abundantes.

Quod adhuc uiuum radicē tenetur. hoc est quod nondum e terra est effossum. Saxa enim nondū a sua radice auulsa & uiua dicuntur & duriora sunt. Spernit & irridet. Anaxarete iphis humilitatem contēnēs illius querelas irridet. Factis immitibus. Asperis. crudelibus. Illū nāq; a ianua fortasse depulit. Et spe quoq; fraudat amantem. Ac etiam spe potiundi re amata priuat amantem: quod crudele admodum uidetur.

Fraudat. priuat. Et pæana uoca. hoc est uocibus lætitiæ utere qualibus uoto compotes gaudia sua exprimere solent: ut alibi Ouidius. Dicite io pæan io pæan dicite pæan. Pæan uero hymnus quoq; est in apollinē: qui a triumphantibus canebatur. Ferrea. dura atque crudelis. Certe aliquid laudare mei cogeris. hoc est. Id saltem cogeris laudare: quod mihi ipse mortē consciui: ut tibi rem gratam facerē. Excessisse. A me subaudiatur. Gemina luce. & uita mea: & te quæ mihi altera lux es. Crudelia lumina. crudeles oculos. Humentes. lachrymantes. Hæc tibi serta placent. Huiusmodi inqt coronæ tibi sunt gratæ: Vt laqueo collū inseram. Hæc autem cum maxima Anaxaretes inuidia dicuntur. Inseruitq; caput. Laqueo subintelligatur. Elisa fauce. Compressa ceruice. Icta. percussa.

Famuli. Anaxaretes. Frustraq; leuatum. Alleuatū. Iam enim mortuus erat. Nam pater. iphidis subaudiatur. Funera ducebat. ducendas ac celebrandas exequias curabat. Lurida. Nigra: qualia sunt mortuoꝝ membra. Portabat. portanda curabat. Arsuro feretro. capulo cōburendo. Feretrum enim una cum cadauere comburebatur. Quam iam deus ultor agebat. Quam iam nemesis superbiæ ultrix persequebatur.

Tectum. cubiculum. Iniit. intrauit.

Diriguere oculi:caliduſq; e corpore ſanguis.
Inducto pallore fuit:conataque retro
Ferre pedes hæſit.conata auertere uultus
Hoc quoq; nō potuit:paulatiq; occupat artus:
Quod fuit in duro iāpridem corpore ſaxum.
Neue ea ficta putes:domiæ ſub imagine ſignū
Seruat adhuc ſalamis.ueneris quoq; noīe tēplū
Proſpicientis habet:quor memor o mea lentos
Pone precor faſtus:& āmātis iungere nymphe.
Sic tibi nec uernum naſcētia frigus adurat
Poma.nec excutiāt rapidi florentia uenti.
Hæc ubi nequicq̄ formas deus aptus in omnes
Edidit:in iuuenem rediit:& anilia demit
Inſtrumenta ſibi:taliſque apparuit illi:
Qualis ubi oppoſitas nitidiſſima ſolis imago
Euicit nubes:nullaque obſtante reluxit.
Vimque parat.ſed ui nō eſt opus.nanq; figura
Capta dei nympha eſt:& mutua uulnera ſenſit.
Proximus auſonias iniuſti miles amuli
Rexit opes:numitorq; ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit:feſtiſq; palilibus urbis
Mœnia conduntur.tatius patreſque ſabini
Bella gerunt:arciſque uia tarpeia recluſa
Dignā animā pœna congeſtis exuit armis.
Indeſati curibus tacitor; more luporum
Ore premūt uoces:& corpora uicta ſopore
Inuadunt:portaſq; petunt:quas obice firmo
Clauſerat iliades.unam tamen ipſa recluſit:
Nec ſtrepitum uerſo ſaturnia cardine fecit.
Sola uenus portæ cecidiſſe repagula ſenſit.
Et clauſura fuit.niſi q; reſcindere nunq̄
Diis licet acta deū.iano loca iuncta tenebant
Naiades auſoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxilium.nec nymphæ iuſta petētē
Suſtinuere deam:uenaſq; & flumina fontis
Elicuere ſui.nondum tamen inuia iani
Ora patentis erant:nec iter præcluſerat unda.
Lurida ſupponūt fœcundo ſulfura fonti:
Incendūtque cauas fumante bitumine uenas.
Viribus his aliiſque uapor penetrauit ad ima
Fontis:& alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ.non ceditis ignibus ipſis.
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes:
Portaque nequicq̄ rigidis promiſſa ſabinis
Fonte fuit præſtructa nouo:dū martius arma
Indueret miles.quæ poſtq̄ romulus ultro

Diriguere oculi.cū ſubaudiēdū:ut ītelligatur:cū oculi rigidi ſunt facti. Hæſit.affixa ē. Saxū.ſaxi duricies: q̄ paulo āte ī pectore illius erat. Salamis.q̄ & ſalamin dicitur inſula eſt cum urbe eiuſdem nominis: & urbs in cypro a teucro Telamonis filio ædificata. Veneris proſpicientis.uenus ,pſpiciēs dicta uidet: quod uirginū ſuperbiā amatores cōtemnentiū proſpiceret atque prouideret. O mea nymphe.blanda ē ac familiaris appellatio.Nymphe aūt cum ſit uocādi caſus: ſine diphthōgo ſcribatur. Lentos faſtus.Diuturnā ſupbiam.

Sic tibi. optantis eſt aduerbium hoc loco illud ſic.

In iuuenē.in iuuenilē figurā. Qualis ubi oppoſitas. Quā pulcher eſſet Vertumnus anili habitu depoſito apta ſimilitudine oſtēdit poeta. Inq; figura capta dei nympha eſt. Sic quidē legitur. ſed nāq; loco illius inq; ut reponatur ſenſus expoſcit.Exponit enim poeta cur ui opus non fuerit. Nā pomona forma uertumni capta facile ei morē geſſit. Et mutua uulnera ſenſit. Nam & ipſa uertumni amore cœpit ardere. Proximus auſonias. Amulius & Numitor fratres fuerūt: q̄ cū ea cōditione a patre regnū Albanor; accepiſſent:ut alternis ānis regnarēt.Amulius ſemel occupatū imperiū fratri reddere nūquā animū inducere potuit. Sed Romulus & Remus ex filia numitoris a marte compreſſa nati:& amulium interfecerunt:& regnū auo reſtituerunt.Ipſi uero urbem Romā ædificarunt:ubi cū Romulus omnia cōpoſuiſſet:iāq; ſenior eſſet effectus Martis p̄cibus in deor; numerū fuit tranſlatus. Iniuſti amuli. fratrē enim cōtra ius & fas regno fraudauit.

Feſtis palilibus. palilia feſta erant: q̄ in honorē palis paſtor; deæ celebrabant: quibus Roma a Romulo & Remo condita fuiſſe dicit: qui dies a priſcis Romanis maxīe celebrabat. Tatius patreſq; ſabini bella gerūt. propter raptū ſabinar; . Nota ē aūt hyſtoria. Arciſq; uia tarpeia recluſa. ordo eſt & ſenſus. Et tarpeia uirgo exuit atq; depoſuit animā pœna dignā armis & ſcutis in eam cōgeſtis poſt recluſam & apertam arcis uiam. Notior eſt aūt hæc hyſtoria q̄ ut hoc loco ſit pluribus repetēda. Tarpeius aūt mons eſt q poſtea capitolinus fuit dictus.In bello autem ſabino Tarpeia Tarpeii:qui arci præſidebat:filia ſabinorum ornamentis:quæ ī ſiniſtris geſtabant: capta hoſtibus prodidit arcem: qui cum pacti eſſent ſe daturos id qđ in ſiniſtris geſtabāt in eam ſcuta coniecerunt: quo & fidem datam ſeruarent:& proditricem ulciſcerentur. Sati curibus. Sabini.Nā cures ſabinorū urbs eſt. Ore p̄munt uoces. Silent. Et corpora uicta ſopore.Romanos ſōno oppreſſos. Iliades.Romulus iliæ filius. Iano loca iūcta tenebant. Templo iani. Deſcribit aūt poeta mutationem aquarū frigidarū in calidas.Nam in ipſo prœlio cum fugerēt romani p̄cibus Romuli aque calidæ ſcaturire cœperunt:quibus ſabini prohibiti ſunt ulterius Romanos perſequi.Poeta uero precibus ueneris id factum fuiſſe ait. Iani patentis.Aperti. Nam iani tēplū apertum ſignificabat urbem bello implicitā eſſe.clauſum uero pace gaudere. Præſtructa. obſtructa.optura ta. Martius miles.Romanus.A marte nāq; per Romulum originem ducunt Romani.

Pace tamen ſiſti bellū. Interuentu Sabinarū bellū il/
lud fuiſſe ſublatum notius eſt: q̄ ut ſit exponendum.
Tatiumq; accedere regno. Nam īter reliquas pacis
conditiones, hoc etiam placuit: ut Tatius una cū Ro/
mulo æqua poteſtate paribuſq; honoribus regnaret.
Occiderat tatius. De morte tatii: qui annis quinq; cū
Romulo impauit: &. T. Liuius & Dionyſius Halycar
naſeus copioſe ſcribunt. Lauinii fuit interfectus a pxi
mis legatorū: qui ad res repetendas miſſi non ſolū ſua
a Tatio nō impetrarunt, ſed a ſabinis qbuſdam inuito
Romulo contra ius & fas perempti fuerunt. Aequa/
ta. æqualia facta. Tempus adeſt ſoluere, figura ē græ/
ca. Nam ſoluendi in ſoluta oratione diceretur. Fun
damine magno, firmo fundamento. Res romana,
imperiū romanū. Et p̄ſide pendet ab uno. Et unius
præſidis & regis nutu regitur atq; gubernatur. Di/
gnoq; nepoti, Romulo. Imponere cælo, in numerū
deorum referre. Nam memoro, in memoria habeo.
Alias memorare ſignificat narrare. Eſt autem paren/
theſis. Ordo nāq; eſt. Tu mihi quondam & olim dixi/
ſti cōcilio deorum præſente. unus erit Romulus quē
tu o uenus tolles & extolles i ſidera cæli. Et nubibus
aera cæcis. Romulus cum ad capræ paludem concio
nem haberet: oborta tempeſtate nuſquā apparuit, cre
ditus eſt aūt a patribus, ppter morū aſperitatem fuiſſe
diſcerptus, ſed plebi perſuaſerunt in ſydera fuiſſe trās/
latum. Promiſſæ rapinæ, rapiendi Romuli e terris
in cælum. Senſit, cognouit. Verberis, flagelli quo eq
uerberātur. Nemoroſi palati, nemoribus obſiti, pala
tium autem unus ē ex collibus romanis: imperatoꝝ
ſede clariſſimus: quod nunc uulgus palatium maius
uocat. Non regia iura, Regi non conuenientia, de liti
bus enim priuatorum iudicabat. Suo quiriti, Suis
romanis. Intabeſcere, liqueſcere. Et puluinaribus
altis, Sedibus atq; altaribus excelſis, puluinaria nāq; le/
cti dicuntur qui in deorū templis ſternebantur. Tra
beati, trabea iduti. Nā Romulus dum uiueret: trabea
ueſte utebatur. Trabearum aūt genera ſūt tria: ut ſcri/
bit Suetonius in lrbro de genere ueſtiū: unū quod diis
ſacratur: quod totum eſt purpureum, alterum ē regū:
quod quidem eſt purpureum: ſed albo iſectum. Ter/
tium eſt augurale de purpura & croco mixtum. Li
mite curuo. Arcū dicit per quē iris decurrere dicitur.
Herſiliæ autem romuli uxoris metamorphoſin ex/
ponit poeta, nam & ipſa in deam nomine orā fuit cō/
uerſa. Nunc eſſe quirini, qui in deorum numerum
tranſlatus eſt. Colle quirino, qui a quirino quirina/
lis fuit cognominatus. Romani regis, Romuli qui
poſt mortem quirinus fuit appellatus. Per arcus pi/
ctos, per arcus uariis coloribus diſtinctos. Ora, faciē
figuram. Cælum accepiſſe uidebor. Felix mihi eſſe ui
debor. Cum uirgine thaumantea, Cum iride thau/
mantis filia. Romuleos colles, Quirinalē collem.

Obtulit: & ſtrata eſt tellus romana ſabinis
Corporibus: ſtrata eſtq; ſuis: generiq; cruorem
Sanguine cū ſoceri permiſcuit impius enſis.
Pace tamen ſiſti bellum: nec in ultima ferro
Decertare placet: tatiumq; accedere regno.
Occiderat tatius: populiſque æquata duobus
Romule iura dabas: poſita cū caſſide mauors
Talibus affatur diuūq; hominūque parentem.
Tempus adeſt genitor: quoniā fūdamīe magno
Res romana ualet: & præſide pendet ab uno:
Præmia iam promiſſa mihi dignoq; nepoti
Soluere: & ablatum terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præſente deorum
(Nā memoro: memoriq; aīo pia uerba notāui)
Vnus erit: quē tu tolles in ſidera cæli
Dixiſti. rata ſit uerborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotens: & nubibus aera cæcis
Occuluit: tonitruq; & fulgure terruit orbem.
Q uæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ:
Innixuſque haſtæ preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos gradiuus: & ictu
Verberis increpuit: pronūq; per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle palati:
Reddentemq; ſuo nō regia iura quiriti
Abſtulit iliaden. corpus mortale per auras
Dilapſum tenues: ut lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo.
Pulchra ſubit facies: & puluinaribus altis
Dignior eſt: q̄ ſit trabeati forma quirini.
Flebat ut amiſſum coniunx: cum regia iuno
Irim ad herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat: & uacuæ ſua ſic mandata referre:
O & de latio, o & de gente ſabina
Præcipuum matrona decus: digniſſima tanti
Ante fuiſſe uiri coniunx: nūc eſſe quirini:
Siſte tuos fletus: & ſi tibi cura uidendi
Cōiugis eſt: duce me lucum pete colle quirino:
Q ui uiret: & tēplum romani regis obumbrat:
Paret: & in terram pictos delapſa per arcus
Herſiliam iuſſis compellat uocibus iris.
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu:
O dea (nāq; mihi nec quæ ſis dicere prōptum ē:
Et liquet eſſe deam) duc o duc inquit & offer
Coniugis ora mihi: quē ſi modo poſſe uidere
Fata ſemel dederint: cælum accepiſſe uidebor.
Nec mora, romuleos cum uirgine thaumantea

Ingreditur colles:ibi sidus ab æthere lapsum
Decidit in terras:a cuius lumine flagrans
Hersiliæ crinis cũ sidere cessit in auras.
Hanc manibus notis romanæ conditor urbis
Excipit:& priscum pariter cũ corpore nomen
Mutat:orãq; uocat:quæ nũc dea iũcta qrino é.

Pu.Ouidii nasonis metamorphoseos liber.

Q uintusdecimus & ultimus.



Væritur interea quis tantæ põdera molis
Sustineat:tãtoq; queat succedere regi.
Destinat iperio clarũ prænuncia ueri
Fama numã nõ ille satis cognosse sabinæ
Gẽtis habet ritus, animo maiora capaci
Concipit:& quæ sit rerũ natura requirit.
Huius amor curæ patria curibusq; relictis
Fecit:ut herculei penetraret ad hospitis urbem.
Grata quis italicis auctor posuisset in oris
Mœnia quærenti:sic e senioribus unus
Rettulit indigenis ueteris nõ inscius æui.
Diues ab oceano bobus ioue natus hiberis
Littora felici tenuisse lacinia cursu
Fertur:& armẽto teneras errante per hærbas
Ipse domũ magni nec inhospita tecta crotonis
Intrasse:& requie longum releuasse laborem.
Atq; ita discedens auo dixisse nepotum.
Hic locus urbis erit:promissaq; uera fuerũt.
Nã fuit argolico generatus alemone quidam
Micylus illius dis acceptissimus æui.
Hũc superincũbens pressum grauitate soporis
Clauiger alloquitur.lapidosas æsaris undas
I pete diuersi.patrias age desere sedes.
Et nisi paruerit multa ac metuenda minatur.
Postea discedũt pariter somnusq; deusq;.
Surgit alemonides:tacitaq; recentia mente
Visa refert:pugnatq; diu sententia secum.
Numen abire iubet. prohibent discedere leges
Pœnaq; mors posita est patriã mutare uolenti.
Candidus oceano nitidum caput abdiderat sol
Et caput extulerat densissima sydereum nox.
Visus adesse idem deus est:eademq; monere:
Et nisi paruerit plura & grauiora minari.
Pertimuit:patriũq; simul transferre parabat

Notis. Amicis. Quæ nunc dea iuncta quirino ẽ. Nam ora in templo Romuli colebatur.

Raphaelis Regii in quintumdecimum metamorphoseos Ouidii librum enarrationes.



Væritur interea. Quo cõmodius et librum libro & metamorphosin metamorphosi coniungat poeta: eorum sequitur opinionem: qui sentiunt Numam i magnam græciam iuisse: ut pythagoricis dogmatis instrueret. Quã opinionem Liuius compluribus refellit argumentis.

Tantæ molis.Tanti imperii p translationem. Tanto regi.quantus fuit Romulus. Clarum numã.Nobilem.sua iusticia atq; integritate notum. Ritus.Mores. Requirit.inquirit. scrutatur. Huius amor curæ.Cupiditas perdiscendæ rerum naturæ. Penetraret. Cum difficultate iret. per uarios nãq; populos illũ transire oportuit. Herculei hospitis.Crotonis. Nã croton redeuntem ex Hispania Herculẽ cum Geronis armentis hospitio susceptt.quem cũ Hercules ipse inuitus occidisset sepulchro magnifice extructo sepeliuit:incolis prædicens futurum tempus:quo illic ciuitas insignis ex mortui nomine conderetur, quod & uerum fuit. Nã Micylus quidã alemonis filius i somnis ab Hercule admonitus: ut patria relicta(Argolicus nãq; erat)se conferret ad æseris fluuii hostia:ibiq; urbem ædificaret.q cum sarcinulas colligere cœpisset: reus est factus qđ contra leges comigrare uellet. Cum uero ferenda sentẽtia foret:& ut suffragiis nigris condemnandus:aut albis absoluendus:sibi timẽs Herculem:cui paruerat:rogauit:ut sibi auxilio esset. Statimq; calculi omnes ex nigris facti sunt albi. quare absolutus micylus in loco sibi ab Hercule mõstrato urbem ædificauit:quã de nomine crotonis ibi sepulti Crotonem appellauit. Aeui ueteris.priscarum historiarũ.

Ioue natus.Hercules. Bobus hiberis. hispanis.hiberia nãq; est hispania ab hibero fluuio cognomiata.

Littora lacinia.lacinium promontorium est Italiæ iter Adriaticum mare & ionium a lacinio latrone quẽ Hercules interfecit:dictum.in eo templum fuit iunonis laciniæ.unde Vergilius.Attollit se diua lacinia contra. Longum laborem.longi itineris defatigationẽ.

Acceptissimus.gratissimus. Clauiger. hercules.

Aeseris diuersi.remoti.lõge positi. Est enim fluuius calabriæ iuxta crotonem labens. Recentia uisa. Noua insomnia. Pugnat.dissidet. Densissima.obscurissima. Idem deus.Hercules. Patrium penetrale. paternum domicilium.

Agitur reus.accuſatur. Spretarum.Contemptarũ. Sine teſte.ipſe nãq; confeſſus ẽ ſe cõmi grare decreuiſ/ ſe. Fecere cælũ.aperuere acquiſiuere. Nã tu mihi criminis auctor.nam tu mihi pſuaſiſti ut cõmigrarem. La taeſt ſententia triſtis.Ab effectu.Cõdemnatus nãq; fuerat micylus.Propriæ autem ſententia a iudicibus ferri di citur:quãuis in exemplaribus fere data corrupte legatur. Candida ſententia.ad candidos calculos alludit. La/ cedæmoniũ tarentũ.a lacedæmoniis conditum.Nã tarentũ urbs eſt calabriæ quæ & taras a græcis appellatur.a Tara Neptuni filio ædificata:a partheniis uero lacedæmoniorũ duce Phalanto amplificata: ut & iuſtinus & plu tarchus copioſe ſcribunt. Et ſybarim.ſybaris urbs eſt & fluuius calabriæ.urbs aũt poſtea thurion fuit cogno/ minata:q̃ a crotoniatis fuit capta. Salentinũq; neretũ. urbs eſt calabriæ in ſalẽtinis poſita. Salẽtini aũt popu/ li ſũt a ſalẽtina urbe dicti. Thurioſq; ſinus.thurii urbs ẽ calabriæ q̃ & thuria & thuriõ dicta ẽ a thuria fonte. Hæc prius ſybaris.nouiſſime copiæ fuerũt appellatæ. unde thurinus decliaẽ. Temeſenq;.Temeſe urbs ẽ ca labriæ. Et iapygis arua.iapygia urbs ẽ calabriæ a iapy ge heroe dicta. Fatalia ora.hoſtia a fatis & iuſſu her/ culis quæſita. Tumulum. collẽ. Iuſſa terra.Ab her cule. Et nomen tumulati traxit in urbem. nam cro ton a crotone heroe fuit dicta. unde crotoniatæ decli nantur. Primordia.principia. Poſitæ urbis.croto nis. Vir fuit hic ortu ſamius. periphraſis eſt pytha/ goræ.nã pythagoras ſamius fuit:qui odio tyrãnoq; pa triã relinquens crotonẽ uenit:ubi philoſophiã ꝓfiteri cœpit.unde ẽt philoſophi italici fuerunt cognomina/ ti.Pythagoras aũt primus oium μετεμψυχωσιν hoc eſt aiarũ de corporibus in corpora tranſitũ iuexit: eo/ q̃ uetuit ne carnibus hoies ueſcerẽtur: quo faciliori ui ctui aſſueſcerent:ſemp q̃ cibos parabiles haberẽt.Hic enim & ſanitatẽ corpori & igenio acumẽ acq̃ri aiebat Multas aũt metamorphoſis ex pythagoricis dogma/ tis poeta deſcribit. Hic.pro illic crotoni:quo ſe contu lit Numa põpilius:ut pythagorã audiret. Ortu.origi ne. Et dominos.Tyrãnos. Mente. mentis cõtẽpla tione. Deos adiit.cæleſtia ac diuia ſcrutatus ẽ. Ocu lis pectoris.Ingenio. Hauſit.percepit.intellexit. Vi/ gili cura.Diligenti ſtudio. Dabat.proponebat. Cœ tũq; ſilẽtũ.alludit ad morẽ pythagoræoq;: quibus ad certũ uſq; tẽpus:ut gellius ſcribit: pro æſtimato captu ſollertiæ ſilentiũ imũgebaẽ. Dictaq; mirantũ. uerba pythagoræ ob ſũmã grauitatẽ admirãtũ.Tãta nãq; fu/ iſſe auctoritate pythagoras tradiẽ:ut diſcipuli ẽt ſi nul lã dictoq; rõnẽ aſſignaſſet:maximã adhiberẽt fidẽ:ro/ gatiq; alicuius dicti rõnẽ: reſpõderẽt αυτοσ εφη.hoc ipſe dixit:pythagoram inuentes:exiſtimarentq; ſe dei uocem audire.Pythagoras q̃dẽ fuit appellatus q̃d nõ minus q̃ pythius uera loqueretur. Magni primor dia mundi. De q̃bus uariæ ſunt philoſophoq; opinio nes:ut iã in primo diximus. Et req; cãs. in q̃bus inue/ niẽdis maxie philoſophi laborãt. Et q̃d natura. Sit uerbũ ſubaudiaẽ.Natura aũt ab ariſtotele definiẽ eſſe principiũ motus & quietis. Hæc aũt omnia a phyſicis tractantur. Quid deus.quæ nã ſit dei definitio.deũ aũt ſcribit plato eſſe ſũmũ bonũ omniũq; bonoq; au/ ctorẽ. Vnde niues.qua ex cã niues generẽtur.Vt aũt ſcribunt phyſici:ex pluuia frigore cõdenſata niues ge nerãtur. Quæ fulminis eẽt origo.ex colliſiõe nubiũ fulmen exprimi putaẽ. Iupiter an uenti. q̃ cã tonitru foret. Alii nãq; tonitru eẽ aiunt aeris uehæmẽtẽ ſtrepi tũ.Alii aũt:eruptionẽ uentoq; e fracta nube cũ maxio ĩpetu exeuntiũ. Quid q̃teret terras.q̃d faceret ter/ remotus.uẽti aũt in ſubterraneis cauernis recluſi:neq; exitũ habẽtes in cã terremotuũ eẽ dicunt. Qua ſyde/ ra lege mearent. Alia nãq; ſideq; cũ mũdo.alia contra

In ſedes penetrale nouas.ſit murmur in urbe
Spretaq;q; agitur legum reus:utq; peracta eſt
Cauſa prior:crimẽq; patet ſine teſte ꝓbatum:
Squalidus ad ſupos tendẽs reus ora manuſque:
O cuius cælum bis ſex fecere labores:
Fer precor inqt opem. nã tu mihi cimis auctor.
Mos erat antiquis niueis atriſq; lapillis
His damnare reos.illis abſoluere culpa.
Tunc quoq; ſic lata eſt ſententia triſtis: & omis
Calculus imitem dimittitur ater in urnam.
Q uæ ſimul effudit numerãdos uerſa lapillos.
Omnibus e nigro color eſt mutatus in album:
Candidaque herculeo ſententia numine facta
Soluit alemoniden.grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ:uentiſq; fauentibus æquor
Nauigat ionium:lacedæmoniumq; tarentum
Præterit:& ſybarim ſalentinumq; nerethum
Thurinoſq; ſinus temeſenque & iapygis arua.
Vixque pererratis quæ ſpectant littora:terris
Inuenit æſarei fatalia fluminis ora.
Nec ꝓcul hĩc tumulũ:ſub quo ſacrata crotonis
Oſſa tegebat humus:iuſſaq; ibi mœnia terra
Cõdidit:& nomen tumulati traxit in urbem.
Talia cõſtabat certa primordia fama
Eſſe loci:poſitæque italis in finibus urbis.
Vir fuit hic ortu ſamius:ſed fugerat una
Et ſamon & dominos:odioq; tyrãnidis exul
Spõte erat:iſq; licet cæli regione remotus
Mente deos adiit:& quæ natura negabat
Viſibus humanis:oculis ea pectoris hauſit.
Cumq; animo & uigili perſpexerat omĩa cura:
In medium diſcenda dabat:cœtumq; ſilentum
Dictaq; mirantum:magni primordia mundi
Et rerum cauſas:& quid natura docebat.
Q uid deus.unde niues.q̃ fulminis eſſet origo.
Iupiter an uenti diſcuſſa nube tonarent.
Q uid quateret terras.qua ſidera lege mearẽt:
Et quodcũq; latet:primuſque animalia menſis
Arguit imponi.primus quoque talibus ora
Docta quidẽ ſoluit:ſed non & credita uerbis.

Parcite mortales dapibns temerare nefandis
Corpora,ſunt fruges,ſunt deducentia ramos
Põdere poma ſuo:tumidæque ĩ uitibus uuæ.
Sunt herbæ dulces,ſũt quæ miteſcere flãma
Mollirique queãt. nec uobis lacteus humor
Eripitur,nec mella thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias alimentaque mitia tellus
Suggerit:atq; epulas ſine cæde & ſãguĩe præbet
Carne feræ ſedant ieiunia,nec tamen omnes:
Quippe equus & pecudes armẽtaq; gramine
At qbus ingeniũ ẽ ĩmãſuetumq; ferũq; (uiuũt.
Armeniæ tigres iracundique leones
Cumq; lupis urſi dapibus cum ſãguĩe gaudẽt.
Heu q̃tum ſcelus ẽ in uiſcera uiſcera condi:
Cõgeſtoq; auidũ pingueſcere corpore corpus:
Alteriuſque animãtem animãtis uiuere leto.
Scilicet in tantis opibus:quas optima matrum
Terra creat:nil te niſi triſtia mandere ſæuo
Vulnera dente iuuat:rituſq; referre cyclopum:
Nec niſi perdideris alium:placare uoracis:
Et male morati poteris ieiunia uentris:
At uetus illa ætas:cui fecimus aurea nomen
Fœtibus arboreis:& q̃s humus educat:herbis
Fortunata fuit:nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aera pennas:
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis:
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo.
Cuncta ſine inſidiis nullãq; timẽtia fraudem:
Plenaq; pacis erant.poſtq̃ nõ utilis auctor
Victibus inuidit quiſquis fuit ille deoꝝ:
Corporeaſq; dapes auidam demerſit in aluum:
Fecit iter ſceleri:primoque e cæde ferarum
Incaluiſſe putes maculatum ſanguine ferrum:
Idque ſatis fuerat:noſtrũque petentia letum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.
Sed q̃ danda neci:tam nõ epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit:& prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe mori:quia fœmina pando
Eruerit roſtro:ſpẽque interceperit anni.
Vite caper morſa bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris,nocuit ſua culpa duobus.
Quid meruiſtis oues placidũ pecus,iq; tuẽdos
Natũ homines:pleno quæ fertis ĩ ubere nectar
Mollia quæ nobis ueſtras uelamina lanas
Præbetis:uitaq; magis:q̃ morte iuuatis:
Quid meruere boues:aĩal ſine fraude doloq;

mundum meare dicuntur. Arguit. arcuit per.c. re/ctius legeretur hoc eſt uetuit. Parcite mortales. gra uiſſima pythagoræ oratio: qua hominibus diſſuadet ne carnibus ueſcãtur. Hæcaũt de Empedocle qui py/thagoræ dogmata carminibus cõplexus ẽ:ſumpta eẽ uidentur: id qđ facile ex iis quæ de pythagora ſcribit gellius pcipi põt. Tantũ uero ab uſu carniũ pythago/ras abhorruiſſe a Diogene ſcribitur:ut araæ delii Apol/linis genitoris:quem ſolũ colebat:frumẽta hordeũ:ac placentas ſine ullo igne ĩpoſuerit:nec ulla unq̃ iocino/ra ut in deliocꝝ rep. Ariſtoteles teſtatur. Deducẽtia. inclinãtia. Tumidæ,ſucci plenæ. Lacteus humor. periphraſis eſt lactis. Thymi,herba ẽ apibus gratiſſi/ma thymus. Prodiga tellus. quæ oĩa copioſe effun/dit. Suggerit,ſubminiſtrat. Et pecudes,oues. Ar/mẽtaq;,boues. Ingeniũ. natura. In uiſcera,ĩ uẽtrẽ & ĩteſtina. Viſcera,carnes. Animãtẽ,hominẽ. Ritus cyclopũ,q carnibus humanis crudiſq; ueſcebãt. Diſ/ſuadet aũt ab ihoneſto. Turpe nãq; ẽ homini imitari & feras & fæuos cyclopũ mores. Male morati,malis moribus p̃diti. Hæc aũt cũ interrogatiõe & ironia le/genda ſunt. Cui fecimus aurea nomen. Figurata eſt locutio. Quã aureã appellauimus,a felicitate uero au/reæ ætatis ſumptũ eſt hoc argumentũ. Fœtibus ar/boreis,fructibus arborum. Polluit. inquinauit. Vi/ctibus. facilitati uiuendi. Quiſquis fuit. ignoratur nãq; quiſnam fuerit. Tametſi iouem fuiſſe ſcribãt poe tæ. Corporeas dapes. epulas ex corpore & carne cõ/fectas. Noſtrũq; petẽtia letũ. feras quidẽ nobis perni/cioſas interficiẽdas eſſe ait:ſed earum carnibus nõ eſſe ueſcendum. Inde. a cedæ ferarum deuentũ eſt ad cæ dem cicurum:ac manſuetoꝝ animaliũ:& quod peius eſt:hominũ quoq;. Pando. recuruo. Spem anni. Segetem & frumentum. Morſa. corroſa. Duobus. Sui.& capro. Nectar. Lac ſuauiſſimum. ex arte autẽ cõmoda:quæ ex ouibus habentur:amplificat:quo fa/cilius ab illis occidẽdis homines deterreantur.

Tolerare. Ad tolerandum. Immemor. ingratus. Demũ. affectui ſeruit. Ruricolam. bouem quo rura & arua coluntur. Qui trita labore. interpretatio eſt. idem enim dicit per diuerſa uerba. Numen ſupernum. iouem. ſiquidem ioui ſacrificant iuuencum. Victima labe carens. uitio ac morbo. In cede uero & imolatione boum deſcribenda commoratur pythagoras: quo facilius ab illis interficiendis homines dehortetur. Ad id autem alludit poeta: quod paulo ante dixi: Pythagorã nõ uictimas: ſed placẽtas i deorũ ſacrificiis obtuliſſe. Cruentas nãq; hoſtias diis offerri uetabat: ſolãq; arã: quæ ſine ſanguine eſſet adorãdã cenſebat. Nã placuiſſe nocet. niſi enim placeret non imolaretur. Et auro. auratis cornibus. Quas coluit fruges. Mola nãq; ſalſa iponebatur uictimæ frõti. Inſpiciũt. ide haruſpices ſunt dicti: ab harugis hoc eſt uictimis inſpiciendis. Scrutãtur. inqrunt. Vetitoꝛ ciborũ. phibitarũ carniũ. Veſci. carnibus ueſci hoies. ꝓprie dicunt: qđ græci κρεωφαγειν dicũt. Veſtros colonos. Nã boues ut colõi arua colũt. Et quoniã deus ora mouet. Apollo me hortat ut loqr. Delphos meos. Mei apollinis delphici: quẽ unũ colo: oracula. Auguſtæ mẽtis. diuinæ. maximã aũt excitat attẽtionẽ: cũ polliceatur ſe de diuinis: quæ nulli alii unq̃ inueſtigata fuerunt diſputatuꝛ. Ire per alta aſtra. iuueſtigare cæleſtia. Inerti ſede. immobili terra. Pallantes. errantes. De ſpectare. deorſum a cælo ſpectare. Sortẽ fati. naturam atq; conditionẽ fati. O genus attonitũ. Immortales aias eſſe pythagoras ait uariaq; ſubire corpora oſtendit. Hãc uero μετεμψυχωσιν: hoc eſt animæ de corpore in corpus cõmigrationem ab ægyptiis ſumptam eſſe: innuit Herodotus in euterpe ſcribens. Aegyptios primos extitiſſe qui dicerent aiam hominis eſſe imortalẽ: quæ de mortuo corpore ſub mole in aliud atq; aliud corpus: ut quodq; gigneretur imigraret: atq; ubi per omnia ſe circũtuliſſet terreſtria. marina. uolucria: rurſus i aliquod genitum hominis corpus introiret: atq; hunc ab ea introitũ fieri intra annorũ tria milia. Hanc orationem ſunt e græcis qui uſurpauerunt tãquã ſuam. alii prius. alii poſterius: quorũ ego nomia ſciens non duco ſcribẽda. Humeris ualidi atlantis. qui cælum ſuſtinere fingit. Polliceturaũt pythagoras ſe noua de animoꝝ imortalitate eſſe cõmemoratuꝝ. Materiã uatũ. poetarũ qui multa de inferis ſcribunt: quos nullos eſſe pythagoras ſentit: cum animæ de corporibus in corpora tranſeant.

Falſi mundi. Fallacis. Tabe. morbo corruptione. Non ulla. nulla. Morte carent animæ. Ratio eſt & cauſa cur corpora nulla mala. patiantur. Nouis domibus. Nouis corporibꝰ. hæc aũt ẽ pythagoræ μετεμψυχωσιϛ. Ipſe ego panthoides euphorbus eram. Exẽplo ſui oſtẽdit pythagoras animas de corporibus in corpora tranſire. Nam tempore belli troiani ait ſe fuiſſe euphorbũ panthoi filiũ: cuius etiã clypeũ cognouit i tẽplo iunonis argiuæ locatũ. Abanteis argis. argos clariſſima urbs ẽ pelopõneſi: i qua abas regnauit. Vnde abantei argi dicũtur. Tametſi ab aliis legat agris abanteis exponaturq; euboicis. Abãtes eni populi euboeæ fuerũt. Nihil interit. ex ſnia oium philoſophorũ hæc dicunt: qui ſentiunt q̃dem oia poſſe reſolui in q̃ttuor elemẽta: uel i materiã primã: ut ſentit Ariſtoteles. Sed minime in nihilum redigi. Vnde perſius.

Innocuum. ſimplex. natum tolerare labores?
Immemor eſt demũ: nec frugũ munere dignus:
Q ui potuit curui dempto mõ pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum. qui trita labore
Illa: quibus totiens durũ renouauerat aruum:
Tot dederat meſſes: percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt: q; tale nefas cõmittitur: ipſos
Inſcripſere deos ſceleri: numenque ſupernũ
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens & præſtantiſſima forma
(Nã placuiſſe nocet) uittis præſignis & auro:
Siſtitur ante aras: auditq; ignara precantem:
Imponique ſuæ uidet inter cornua fronti:
Q uas coluit fruges: percuſſaq; ſanguie cultros
Inficit in liquida præuiſos forſitan unda.
Protinus ereptas uiuenti corpore fibras
Inſpiciũt: menteſque deũ ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini uetitoꝝ tanta ciboꝝ eſt?
Audetis ueſci genus o mortale: quod oro
Ne facite: & monitis animos aduertite noſtris.
Cũque boũ dabitis cæſoꝝ membra palato:
Mãdere uos ueſtros ſcite: & ſentite colonos.
Et quoniã deus ora mouet: ſequar ora mouentẽ
Rite deũ: delphoſque meos: ipſũque recludam
Aethera: & auguſtæ reſerabo oracula mentis
Magna. nec ingeniis inueſtigata priorum:
Q uæq; diu latuere canam. iuuat ire per alta
Aſtra. iuuat terris & inerti ſede relicta
Nube uehi: ualidique humeris inſiſtere atlãtis.
Pallanteſq; homines paſſim ac rationis egentes
Deſpectare procul trepidoſq; obitumq; timẽtes
Sic exhortari: ſortemque euoluere fati.
O genus attonitũ gelidæ formidine mortis
Q uid ſtygas? qd tenebras & noia uana timetis
Materiam uatum: falſique pericula mundi?
Corpora ſiue rogus flamma. ſeu tabe uetuſtas
Abſtulerit: mala poſſe pati nõ ulla putetis.
Morte carent animæ: ſemperq; priore relicta
Sede nouis domibus uiuũt: habitãtq; receptæ:
Ipſe ego (nam memini) troiani tempore belli
Panthoides euphorbus erã: cui pectore quõdã
Cognoui clypeum leuæ geſtamina noſtræ
Nuper abanteis templo iunonis in argis.
Omnia mutantur. nihil interit. errat: & illinc
Huc uenit. hinc illuc: & quoſlibet occupat artus
Spiritus: eque feris humana in corpora tranſit:

Inque feras noſter.nec tẽpore deperit ullo.
Vtque nouis facilis ſignatur cæra figuris:
Nec manet ut fuerat:nec formam ſeruat eandẽ:
Sed tamẽ ipſa eadem eſt:aĩam ſic ſemp eãdem
Eſſe:ſed in uarias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas ſit uicta cupidine uentris:
Parcite uaticinor cognatas cæde nefanda
Exturbare animas:ne ſanguine ſanguis alatur.
Et quoniã magno feror æquore: plenaq; uentis
Vela dedi:nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cũcta fluũt:omíſq; uagãs formatur imago.
Ipſa quoque aſſiduo labũtur tẽpora motu
Nõ ſecus ac flumen.neq; enim cõſiſtere flumẽ.
Nec leuis hora poteſt.ſed ut unda impellit' ũda:
Vrgeturque eadem ueniẽs: urgetque priorem:
Tẽpora ſic fugiunt pariter:pariterq; ſequũtur:
Et noua ſunt ſemper.nã quod fuit ãte relictũ ẽ:
Fitq; qd haud fuerat:momẽtaq; cũcta nouãtur.
Cernis & emenſas in lucem tendere noctes:
Et iubar hoc nitidũ nigræ ſuccedere nocti.
Nec color eſt idem cæli:cum laſſa quiete
Cũcta iacent media:cũque albo lucifer exit
Clarus equo:rurſuſque alius cum præuia lucis
Tradendum phœbo pallantias inficit orbem.
Ipſe dei clypeus terra cum tollitur ima
Mane rubet:terraq; rubet cum conditur ima.
Candidus in ſũmo eſt:melior natura q; illic
Aetheris eſt.terræque procul cõtagia fugit.
Nec par aut eadem nocturnæ forma dianæ
Eſſe poteſt uſq;:ſemperque hodierna ſequente
Si creſcit minor eſt.maior ſi contrahit orbem.
Quid' nõ in ſpecies ſecedere quattuor annum
Aſpicis ætatis peragẽtem imitamina noſtræ'
Nã tener & lactens puerique ſimillimus æuo
Vere nouo eſt.tũc hærba uirens & roboris exps
Turget:& inſolida eſt:& ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent:floq;que coloribus almus
Ludit ager.neq; adhuc uirtus in frõdibus ulla ẽ.
Trãſit in æſtatem poſt uer robuſtior annus:
Fitq; ualens iuuenis.neque enĩ robuſtior ætas
Vlla:nec uberior:nec quæ magis ardeat ulla ẽ.
Excipit autumnus poſito feruore iuuentæ
Maturus mitiſque iter iuuenemq; ſenemque
Tẽperie medius.ſparſus quoq; tẽpora canis.
Inde ſenilis hyems tremulo uenit horrida paſſu
Aut ſpoliata ſuos aut quos habet alba capillos.

De nihilo in nihil in nihilum nil poſſe reuerti. Facilis cera.mollis. Sed tamen ipſa eadem eſt. Quo ad ſubſtantiam.ſiquidem ſubſtantia quãuis uarias ſuſcipiat qualitates & formas: tamen nunquam mutatur.

Parcite exturbare.Nolite expellere. Cognatas animas.cognatorum ueſtrorum animas. Et quoniam magno feror æquore.in profundiſſima uerſor q̃ſtione.Cuncta autem eſſe in continuo fluxu ait. Quod perſtet.Quod permaneat a mutationeq; ſit alienum.

Ipſa quoq; aſſiduo.exemplo temporis colligit pythagoras omnia eſſe i continuo fluxu. Et iubar hoc nitidum.Hunc ſolis ſplendorem. Media quiete.media nocte.Alium autem cæli eſſe colorem i media nocte.alium in crepuſculo:quãdo lucifer lucere deſinit. Primus uero pythagoras: ut ſcribit Diogenes: eandẽ ſtellam luciferum heſperũq; appellauit. Inficit.tingit colore rubicundo. Pallantias.aurora Pallãtis gigantis filia. Ipſe dei clypeus.ipſe ſolis orbis.Solem autem eundem non manere colligit. In ſummo.i cæli ſummitate. Nocturnæ dianæ.Lunæ:quæ ſemp aut creſcit aut decreſcit:nec unquã i eodem permanet ſtatu.

Si contrahit orbem.ſi circulum efficit. In ſpecies quattuor.Partes uer.æſtatem.autumnum.hyemem. quæ quidem ſibi inuicem cedunt. Aetatis noſtræ. Annum ætatis hominis referre ſcribit.Nam ut quattuor ſunt anni partes:ita ex pythagoræ ſententia: q̃ttuor ſunt hominis ætates.pueritia quæ uiginti annos impler.Adoleſcentia uiginti.iuuẽta uiginti.Senectus uiginti.Pueritia autem ueri ſimilis uidetur. Adoleſcẽtia æſtati.iuuenta autumno. Senectus hyemi. Nam tener.Ver puericiæ.æſtatem iuuẽtæ. Autumnum primæ ſenectuti.hyemem decrepitati ſimilem eſſe ait.

Roboris expers. Firmitate carens. Turget. Tumeſcit ſuccorum copia. Inſolida.ifirma. Nec uberior.Fœcũdior. Ardeat.ferueat uariis cupiditatibus.

Nostra quoq; ipsoꝝ. Nostra etiã corpora in continuo esse fluxu colligit pythagoras. Vertũtur. mutãtur. Qua semina tãtũ. spermata a græcis dicũtur. Semen uero esse pythagoras definit stillã a cerebro ꝓuenientẽ: quæ in se calidũ cõtineat uaporẽ. Sentit aũt pythagoras ad generationẽ hominis semen maris: ac fœminæ cõuenire: a quo qdẽ aristoteles dissẽtit: soliusq; maris sperma esse: idq; in utero mulieris foueri ait.

Patria matrisq; aluo. i corpore: ac uenis patris ac matris. Admouit. adhibuit. Primũ nãq; embria efficit quos embriones ĩperiti medici uocant. Et angi. Suffocari. Distentæ matris. grauidæ uentrẽq; distentũ: ac repletũ habẽtis. E domo. ex utero. Mox quadrupes. Manibus nãq; ac pedibus infantes repunt more brutorum. Aliquo conamine. aliqua re: qua niti possint. Emeritis. exhaustis. præteritis. Occiduæ senectæ. ad senectã: quæ facile occidit ac morit. Subruit. euertit. Demolitur. destruit. Fletq; milon. athleta fuit crotoniata tãtis uiribus: ut uno ictu nudæ dextræ taurũ interfeciſſe tradat: humeriscq; ꝓ stadiũ sine fatigatiõe portasse. Solidaꝝ morte feraꝝ. Robustarũ. Alludit aũt ad id qd̃ dixi milonẽ crotoniatã tãtũ corporis uiribus ualuisse: ut taurũ uno dextræ ictu interimeret. Fere aũt in exẽplaribus more ꝓ morte corrupte legitur. Fluidos. flacidos uiribus ac toris uacuos.

Tyndaris. Helena q̃ bis ob pulchritudinẽ rapta fuit: primũ a Theseo. Deinde a paride. bene igit̃ helena tur pis ac deformis senectute effecta mirat̃ cur bis fuerit rapta. Tẽpus edax reꝝ. apostrophe ad tempus grauiphilosopho maxie cõueniẽs. Dẽtibus æui. multitudine annoꝝ. Siquidẽ anni dẽtes æui dicũtur: qbus oia rodi uident̃. Lẽta morte. lente ac tarde ueniẽti. Hæc quoq; nõ perstãt. elemẽta quoq; i continuo fluxu esse ostendit. Sunt aũt q̃ttuor quoꝝ duo tellus & aq̃ sunt grauia. Duo aer & ignis leuia. Genitalia corpora. q̃ttuor elemẽta: ex qbus oia generãtur. Nulloq; ꝓmẽte. pondere subaudiat̃. Fiũt. generant̃. Ex ipis. q̃ttuor elemẽtis. Et in ipa cadũt. in ipa resoluũtur. nã elemẽta dicũtur: ex qbus oia cõstãt: & in q̃ ultia resoluũtur.

Resolutaq; tellus. elemẽta alteꝝ i aliud trãsire ꝓbat. nã & terra i aquã & aq̃ i aerẽ & aer i ignẽ: & cõtra ignis i aerẽ. aer in aquã: aq̃ in terrã cõuertit̃. Tenuissimus. purissimus. Supos ignes. ætherẽ: q oium elemẽtoꝝ sup̃mus ẽ. Retexit̃. resoluit̃. Tellus glomerata cogitur unda. hoc ẽ. Aq̃ trãsit i terrã. Glomerata unda. ex aq̃ cõdẽsata. Nec pit i tãto. q̃ nãq; ꝓ pire uidẽt̃ i q̃ttuor elemẽta: uel ut Aristo. sensit: i primã materiã resoluũtur. Mihi credite. hoc sibi credi postulat pythagoras: qa uulgo paꝝ ueri simile uidet̃. Nasciq; uocat̃. qd nasci: qdq; mori sit eleganter definit. Nasci. n. aliqd dr̃: cũ aliud: q̃ qd̃ fuit ãte: icipit eẽ. mori uero cũ id desinit eẽ: qd̃ ante fuit. Cũ sint huc forsitan illa. Corruptionem unius alterius generationẽ eẽ ait. eaq; q̃ ꝓ pire uident̃: in alia cõuerti. Huc. in hoc corpus. Illuc. in illud corpus. Sũma tamen oia cõstant. in sũma: inquit oia eadem permanent. Nã uel in quattuor elementa secundum pythagoram: uel in primã materiam ex Aristotelis sententia omnia resoluunrur. Sub imagine eadem. sub eadem figura.

Nostra quoq; ípsoꝝ semper: requieq; sine ulla
Corpora uertũtur. nec qd̃ fuimusue sumus ue
Cras erimus. fuit illa dies: qua semina tantum
Spescq; hoium prio: matriscq; habitauimus aluo
Artifices natura manus admouit: & angi
Corpora uisceribus distentæ cõdita matris
Noluit: eq; domo uacuas emisit in auras.
Editus in lucem iacuit sine uiribus infans:
Mox quadrupes: rituq; tulit sua mẽbra feraꝝ:
Paulatimq; tremens & nõdum poplite firmo
Cõstitit: adiutisq; aliquo conamine neruis.
Inde ualens ueloxq; furit: spatiumq; iuuẽtæ
Transit: & emeritis medii quoq; tẽporis annis
Labitur occiduæ pariter decliue senectæ.
Subruit hæc: æui demoliturq; prioris
Robora: fletq; milon senior: cũ spectat inanes
Illos qui fuerant solidarum morte ferarum
Herculeis similes: fluidos pendere lacertos.
Flet quoq; ut in speculum rugas cõspexit aniles
Tyndaris: & secum cur sit bis rapta requirit.
Tempus edax reꝝ: tuque inuidiosa uetustas
Omnia destruitis: uitiataque dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Hæc quoq; nõ perstãt: q̃ nos elemẽta uocamus:
Q uasq; uices pagãt: animos adhibete: docebo.
Q uattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet. ex illis duo sunt onerosa: suoque
Põdere in inferius tellus atque unda feruntur.
Et totidem grauitate carent: nulloque premẽte
Alta petunt aer: atque aere purior ignis.
Q uæ q̃q̃ spatio distant: tamen omnia fiunt
Ex ipsis: & in ipsa cadunt: resolutaque tellus
In liquidas rarescit aquas. tenuatur in auras
Aeraq; humor abit. dẽpto quoq; põdere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt. idemq; retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit.
Hic in aquas. tellus glomerata cogitur unda.
Nec species sua cuiq; manet: reꝝque nouatrix
Ex aliis alias reddit natura figuras.
Nec perit in tanto quicq̃ (mihi credite) mũdo.
Sed uariat: faciemq; nouat: nasciq; uocatur
Incipere esse aliud: q̃ quod fuit ante moriq;
Desinere illud idem cũ sint huc forsitan illa.
Hæc translata illuc. sũma tamẽ omnia constãt.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem

Sic ad ferrum. Ad ferream ætatem. Ab auro. ab ætate aurea. Est autem apostrophe ad sæcula. Versa est. mutata est. Hinc autem colligit id quod totiens ait Aristoteles corruptionem unius alterius esse generationem. Vidi ego quod fuerat. id multis exēplis colligi pōt. nam ubi nunc est fretū siculum: ibi fuit terra & quidē solidissima. Vt enim plynius narrat: Sicilia italiæ olim fuit auulsa. Cyprus syriæ. Euboea boetiæ. Euboeæ. Abātis & Macris: tametsi in plynio fere legant corrupte. Atlantem & macriam. Belbicum Bithyniæ. Leucosia sirenū ꝓmontorio. Vidi factas ex æquore terras. Nam præterq̄ quod nouæ insulæ in mari nascuntur: tota ægyptus olim mare fuisse narratur. Hybanda præterea quondam insula ioniæ ducentis nunc a mari abest stadiis. Et procul a pelago. Etiamnum in montibus & quidē altissimis conchæ marinæ reperiuntur. ex quo colligit illic mare aliquando fuisse. Et eluuie. Diluuio. Paludosa. terra subaudiatur. Ex paludibus aūt etiā nunc fertilissimi agri fiunt. id quod de pontinis paludibus: etiam horatius i arte poetica scribit. Debemur morti nos nostraq̄: siue receptus Terra neptunus classes aquilonibus arcet Regis opus sterilisq̄ diu palus aptaq̄ remis Vicinas urbes alit & graue sentit aratrū. Quæq̄ sitim tulerāt. Quæ sicca fuerāt loca: a paludibus sunt occupata. Stagnata. stagna facta. Hument. humescunt. humida facta sunt. Hic fontes nouos. Fontes noui sæpenumero oriuntur maximæq̄ ubi syluæ succidūntur. Interdum etiam arescunt. Tremoribus orbis. terræ motibus. Nam ut refert plynius: uarie quatitur terra: & mira eduntur opera alibi prostratis mœnibus. alibi hiatu ꝓfundo haustis. alibi egestis molibus. alibi emissis amnibus. nōnunquā etiam ignibus calidisue fontibus. alibi auerso fluminū cursu. Excæcata. occultata. Sic ubi terreno lycus est. Variis probat exemplis multa flumina modo oriri modo occultari. Lycus autē fluuius est asiæ e cadmo monte fluens: qui ut Herodotus scribit: iuxta colossas phrygiæ oppidū terræ hiatum subiens occulitur: deinde qnq̄ fere post stadia emergens illabitur & ipse in Mæandrum. Hoc autem & plynius scribit. Subeunt ingt terras: rursusq̄ redduntur: Lycus in asia. Erasinus in argolica. Tygris in Messopotamia. sed duo item alii sunt fluuii hocnomie. Alter ex arcadia i littus burræ labitur. alter apud eretrios existit. Sic modo cum bibitur. Erasinus fluuius est arcadiæ: qui ut scribit herodotus a stymphali de palude oritur: ¦ac nunc quidē in argolico agro exit. Cum antea exitū non haberet. Et mysum. Caicus fluuius ē Mysiæ: qui alueum pristinū mutauit. Necnon sicanias. Amasenus fluuius est Siciliæ: qui æstate fere exiccatur. Ante bibebatur. anigrus qui & aniger dicitur fluuius est græciæ: q e dulci factus est amarus: postquā in eo se lauerunt centauri ab hercule uulnerati: quāuis alii tradāt melāpodē: ut prætidas ab īsania purgaret: illis ad expiationē aqs usum fuisse: propter quod ex dulcibus amaras fuisse effectas. Pisces ēt

Crediderim. sic ad ferrum ueniſtis ab auro
Sæcula. sic totiens uersa est fortuna locorum.
Vidi ego: quod fuerat quōdā solidissima tellus:
Esse fretum. uidi factas ex æquore terras:
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ.
Et uetus inuenta est in mōtibus anchora sūmis.
Quodq̄ fuit campus: uallem decursus aquarū
Fecit: & eluuie mōs est deductus in æquor.
Eq̄ paludosa siccis humus aret harenis:
Quæq̄ sitī tulerāt: stagnata paludibus humēt:
Hic fontes natura nouos emisit. at illic
Clausit: & ātiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt: aut excæcata residunt.
Sic ubi terreno lycus est epotus hiatu
Existit procul hinc: alioq̄ renascitur ore.
Sic mō cū bibitur: tecto mō gurgite lapsus
Redditur argolicis ingens erasinus in agris.
Et mysum capitisq̄ sui ripæque prioris
Pœnituisse ferunt: alia nunc ire caycum.
Nec non sicanias uoluens amasenus harenas
Nunc fluit. iterdum suppressis fontibus aret.
Ante bibebatur: nunc quas contingere nolis:
Fūdit anigrus aquas: postq̄ (nisi uatibus omnis
Eripienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera: clauigeri quæ fecerat herculis arcus.
Quid nō & scythicis hypanis de mōtibꝰ ortus
Qui fuerat dulcis salibus uitiatur amaris?
Fluctibus ambitæ fuerant antissa: pharosq̄
Et phœnissa tyros: quarū nūc insula nulla est.

gignit pessimi saporis. Hic aūt fluuius antea minyæus appellabatur: cuius aquæ irrigatio maculas albas & speti gines sanat. qua ex causa Alpheum quoq̄ quod alphos id est maculas curet: nomen sortitum esse litteris prodi tum est. Quid non & scythicis. Hypanis fluuius est scythiæ ex magna palude profluens: circum quam ut scribit herodotus: pascuntur equi siluestres candidi. Is quinq̄ fere dierum nauigatione angustus & dulcis fluit. Sed mox quattuor a mari dierum nauigatione sane q̄ amarus: propter amarum qui in eum influit fontem. Est aūt hic fons in finibus scytharum aratorum & Halizonum eodem nomine quo locus: unde emanat scythica lingua. Exampeus. id est sacræ uiæ. Fluctibus ambitæ. Ex insulis continentem fieri: ac ex continente insulas exēplis colligit pythagoras. Nam antissa cum antea per se insula esset cum urbe eiusdem nominis: nunc lesbo: ut plynius scribit: est adiuncta. Pharos quoq̄ insula olim fuit Aegypto adiacens. nunc continens est facta: quæ turrim in ꝓmontorio habebat multis tabulatis excelsam: & albo lapide mirifice structam eodem nomine: quo insula: quam quidem sostratus Cynidius regum amicus pro nauigantium salute: ut refert Strabo extruxit. Tyros uero urbs est phœniciæ quæ Alexandri magni temporibus insula fuit. Nam aggere ab ipso continenti fuit coniuncta: dum illam obsideret.

Leucada continuam.Leucas urbs eſt:quæ olim epiro fuit coniuncta.Leucadē aūt uocauerunt: ut Strabo opinatur a Leucate ſumpto uocabulo.eſt autem albicanti colore petra in pelagus proiecta.atq; cephalleniā & Leucadi adiacens:in qua eſt Apollinis Leucatæphanū.urbem aūt poſuit pro inſula Ouidius. Nam ſi referēti plynio credimus:Leucadia peninſula eſt iuxta ſinum ambracium quondam neritis appellata accolarū opere abſciſſa a continenti:ac reddita uentorum flatu congeriem harenæ accumulantium.oppidum autē in ea leucas quondam neritum dictum. Zancle quoq;.Zancle urbs eſt Siciliæ:quæ nunc meſſana dicitur:olim Italiæ adiūcta. Eam:ut Strabo refert:condidere Meſſenii: qui pelopōneſum habitant: a quibus & nomē accepit.nā prius a curuitate locorum zancle fuit uocata. nam curua zanclia uocabant naxii:qui illam prius ædificarunt. Si quæris elicen. Elice urbs fuit Achaiæ in qua caliſto nata fuiſſe dicitur. Vnde ſæpenumero pro maiori ponitur urſa.Buris item quæ & bura dicitur urbs fuit Achaiæ: cuius ut elices i ſinu corinthio: ut ſcribit plynius:etiamnum ueſtigia apparent. Eſt prope pittheiam.Pitthei Aethræ patris patriam.Nam Troezen urbs eſt pelopōneſi a Troezene pelopis filio dicta:quæ & aphrodiſias.& ſaronia. & poſido/nias & Apollonias & Anthanis fuit appellata. Plaꝛniciem autem in montes conuerti:& contra:montes in planiciem trāſire colligit poeta. Eam autem huiuſmodi mutationis cauſam aſſignat.quam & Ariſtoteles i Metheoris affert.Ventos enim ſubterraneos neq; exitum habentes in cauſa eſſe ait ut plana interdum montes efficiantur. Res horrenda. Admiranda.eſt autem acclamatio. Vis fera.uiolētia terribilis. Cæcis. occultis. Aliqua.uia. Luctata.conata. Flatibus.flaminibus. Aut direpta bicornis terga capri.periphraſis eſt utrium. Plurima cum ſubeant.In mentem ueniant. Super.inſuper. Medio tua corniger hāmon. Iuppiter ſub figura arietis in libya hac de cauſa colitur. nam cum liber pater per libyæ deſerta exercitum ducens ſiti laboraret: patrem rogauit: ut ſibi auxilio eſſet: cui repente aries occurrit: quē ſecutus limpidiſſimū fontem inuenit.In tantæ autē rei memoriā & templum magnificentiſſimū extruxit:& iſtituit ut iuppiter ſub figura arietis coleretur.Fons uero ille: ut ſcribit plynius interdiu frigidus. noctibus feruet.

At motis athamātis aquis.In dodone ſcribit plynius:iouis fons cum ſit gelidus & īmerſas faces extinguat:ſi extinctæ admouētur accendit.idem meridie ſemper deficit: qua de cā anapauomenon uocant.Mox increſcens ad mediū noctis exuberat.ab eo rurſus ſenſim deficit.Cur uero athamātis aquæ dicantur non memini me legiſſe:niſi forte ad mōtē referamus.Athamas nāq; mons ē theſſaliæ. Recreſcit.decreſcit. Flumē habēt cicones.huius fluminis nomē nō memini me legiſſe.ply.uero ſic ſcribit.In ciconū flumīe & in piceno lacu uelino lignū deiectū lapideo cortice obducit. Cicones aūt Thraciæ populos eſſe ſæpius iā ſcripſimus. Crathis & hinc ſibaris. Crathis & ſibaris fluuii ſunt calabriæ: q capillos flauos efficiunt.Eſt ēt crathis Achaiæ fluuius iuxta Aegas labens a miſcendis aqs cognominatus: qđ a duobus fluminibus incrementa ſuſcipiat: a quo & italicus: ut Strabo ait:fuit appellatus.

Cui nō audita ē ſalmacis.fons ē cariæ:in quē q ingrediūtur: effœminati regrediūtur: cuius rei cām i ſupioribus diximus libris. Miꝛ grauitate ſoporē.piphraſis eſt lethargi. Clitorio quicūq; ſitim.clitorius fons eſt arcadiæ qui potus odiū uini īducit. Calido uino.ex ſentētia phyſicoꝝ calidū ē natura uinū. Indigenæ.accolæ ibi geniti. Amythaone natus.Melāpus medicus: q prœti argiuoꝝ regis filias q̄ttuor putātes ſe uacas eē eo furore liberauit:quē ipſis iuno:ut ſcribit pherecydes:ut alii uenus īmiſerat:qđ illa ſe pulchriores eē iactarent.

Leucada continuam ueteres habuere coloni.
Nunc freta circūeunt.zancle quoq; iūcta fuiſſe
Dicitur italiæ:donec confinia pontus
Abſtulit:& media tellurem reppulit unda.
Si quæris elicen & buran achaides urbes:
Inuenias ſub aquis:& adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.
Eſt prope pittheiā tumulus troezena ſine ullis
Arduus arboribus quondam planiſſima campi
Area.nūc tumulus.nam res horrenda relatu:
Vis fera uentoꝝ cæcis incluſa cauernis
Expirare aliqua cupiens:luctataq; fruſtra
Liberiore frui cælo:cum carcere rima
Nulla foret toto:nec peruia flatibus eſſet:
Extentam tumefecit humum:ceu ſpiritus oris
Tendere ueſiccam ſolet:aut direpta bicornis
Terga capri.tumor ille loci permanſit:& alti
Collis habet ſpeciem:lōgoque induruit æuo.
Plurima cum ſubeant audita aut cognita nobis:
Pauca ſuper referā. quid? nō & lympha figuras
Datq; capitq; nouas? medio tua corniger hāmō
Vnda die gelida eſt:ortuq; obituque caleſcit.
At motis athamantis aquis accendere lignum
Narratur:minimos cum luna recreſcit in orbes.
Flumen habent cicones: qđ potum ſaxea reddit
Viſcera.quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis & hinc ſybaris ueſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt auroque capillos.
Quodq; magis mirū:ſunt qui nō corpora tātū
Veꝝ animos etiam ualeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcœnæ ſalmacis undæ?
Aethiopeſq; lacus:quos ſi quis faucibus hauſit:
Aut furit:aut patitur mirum grauitate ſoporē.
Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit:
Vina fugit:gaudetq; meris abſtemius undis:
Seu uis eſt in aqua calido contraria uino:
Siue quod īdignæ memorāt: amythaone natus

Prœtidas attonitas post quã p carmẽ & hærbas
Eripuit furiis:purgamina mentis in illas
Misit aquas:odiumq; meri permansit in undis.
Huic fluit effectu dispar lincestius amnis:
Quẽ quicũq; parꝝ moderato gutture traxit:
Haud aliter titubat:q̃ si mera uina bibisset.
Est lacus arcadiæ.pheneum dixere priores:
Ambiguis suspectus aquis:quas nocte timeto.
Nocte nocent potæ.sine noxa luce bibuntur.
Sic alias aliasq; lacus & flumina uires
Cõcipiunt.tempusq; fuit:quo nauit in undis.
Nunc sedet ortygie.timuit cõcursibus argo
Vndarum sparsas symplegadas elisarum:
Quæ nunc immotæ perstãt:uentisq; resistunt.
Nec quæ sulfureis ardet fornacibus ætna:
Ignea semper erit.neq; enim fuit ignea semper.
Nam siue est animal tellus:& uiuit:habetq;
Spiramenta locis flãmam exhalantia multis:
Spirandi mutare uias:quotiensque mouetur
Has finire potest.illas aperire cauernas.
Siue leues imis uenti cohibentur in antris:
Saxaq; cum saxis:& habentem semina flãmæ
Materiam iactant:ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquẽtur sedatis frigida uentis.
Siue bitumineæ rapiunt incendia uires:
Luteaue exiguis ardescunt sulfura fumis:
Nẽpe ubi terra cibos:alimẽtaq; pinguia flãmæ
Non dabit absũptis per longum uiribus æuum
Naturæque suum nutrimen deerit edaci:
Non feret illa famem:desertaq; deseret ignes.
Esse uiros fama est in hyperborea pallene:
Quos soleant leuibus uelari corpora plumis:
Cum tritoniacam nouies subiere paludem.
Haud eqdẽ credo:sparsæ quoq; mẽbra ueneno
Exercere artes scythides memorantur easdem:
Si qua fides rebus tamen est addenda probatis:
Nonne uides quæcumq; mora fluidoq; calore
Corpora tabuerint:in parua animalia uerti?
Iquoq; delectos mactatos obrue tauros.
(Cognita res usu)de putri uiscere passim
Florilegæ nascũtur apes:quæ more parentum
Rura colunt:operiq; fauent:in spemq; laborãt.
Pressus humo bellator equus crabronis origo ẽ.
Concaua littoreo si demas brachia cancro:
Cætera supponas terræ:de parte sepulta
Scorpius exibit:caudaq; minabitur unca.

Prœtidas.prœti argiuorum regis filias quarum nomina sunt hæc.Merã.Euryalen.Lysippen.& iphianassam. quã qdẽ melãpus parte regni accepta: posteaquã illas curauit: uxorem accepit. Huic fluit.lyncestius fluuius est:cuius aquam quisqs potauerit.non minus ebrius efficitur q̃ qui imoderate uinum bibisset. Hoc & plynius qdem his uerbis affirmat.Lyncestis aqua q̃ uocatur acidula: uini modo temulentos facit item in paphlagonia & in agro caleno. Est lacus arcadiæ. de stymphalio lacu qui esse fertur iuxta pheneum cãpũ mihi sentire uidẽ:uel de restagnatione ladonis auiæue fluuiorũ:q̃ in pheneo campo fieri consuesse scribit: quãuis nihil de aquarũ qualitate dicat. Plynius uero nisi mendũ inest sentire uidetur phineas paludes i arcadia esse:ex quibus ladon profluat.Arcadia aũt regio est achaiæ mediterranea maxime a mari remota:quæ primo Drymodis.mox pelasgis fuit appellata. Sine noxa.Sine nocumento. Tempusq; fuit quo nauit i undis.Ortygia i sula: quæ & Delos uocat:ut superius diximus:fluitare solebat. Timuit concursibus argo. Symplegades isulæ sunt paruæ: quæ & cyaneæ dicuntur contra bosphorum thraciũ:quæ a poetis olim cõcurrisse finguntur:quoniã ut iquit plynius: paruo discretæ interuallo ex aduerso intrãtibus geminæ cernebantur: paululũq; deflexa acie coeuntiũ speciẽ præbebant. Vndarꝝ elisarꝝ.expressarũ duorũ scopulorꝝ cõcursu. Nec quæ sulfureis. causas assignat poeta cur ætna siciliæ mons notissimus ardeat. Hinc aũt etiam colligit omnia esse in continuo fluxu: quod nec semp arsit:nec semper arsura est ætna.Tres aũt affert illius incendii causas. Nam aut naturalis est ille ignis:aut a uẽtis inclusis excitatur.Aut ex sulfure bitumineue orit.

Esse uiros fama est.pallene & urbs est thraciæa pallene sithonis filia dicta. & cherronesus : quæ & phlegra antiquitus uocabatur: ubi giganteum bellum confectum fuisse dicitur. Qui soleant leuibus.Qui soleãt in aues conuerti. Cum tritoniacam paludem.tritoniaca palus in libya esse scribitur. sed poeta de ea quæsit in septentrione uidetur sentire.de qua me nihil memini alibi legisse. Simile de arcadibus plynius scribit: quos in lupos uerti rursusq; sibi restitui tam constãs fama fuit:ut i maledictis uersipelles habeantur. Scythides. scythicæ mulieres quæ se in aues: ut nostratiũ quædam in feles:mutare dicuntur. Sparsæ.perũctæ.

Easdem artes: ut se in aues conuertant. Rebus p̃batis de quibus periculum est factũ. Tabuerint.corrupta fuerint. Delectos tauros.Vitulos.nam ex uitulis: ut in georgicis scribit Vergilius apes nascũtur.

Vsu.experiẽtia. Rura colunt.in agris e floribus rorem legẽtes uersantur. In spem.futuri & mellis & noui examinis. Pressus humo bellator equus. per quẽ bella gerũtur.Notũ ẽ aũt. Littoreo cancro.in ripis fluminũ morãti. Hoc aũt usu cognitũ est: scorpium nasci ex cancro terra obruto Crabrones ex equis putrefactis nasci.

Quæq; ſolent canis. Bombyces dicit: q ſericū gene
rant. Nam ut plynius ī undecimo naturalis hyſtoriæ
ſcribit: Bombices in Aſyria prouenientes nidos e luto
fingunt ſalis ſpecie applicatos lapidi tāta duricia ut ſpi
culis pforari uix poſſint. In his & ceras largius q̄ apes
faciunt: deinde maiores uermiculos. hi erucæ fiūt. Fit
deinde q̄ uocatur Bombylis ex ea Nicedalus. ex hoc
ſex menſibus Bombyces telas araneoꝝ more texunt
ad ueſtē luxūq; fœminaꝝ: q̄ bōbicina dicit. Tineæ
agreſtes. uermiculi agreſtes. Ferali papilione. peſtife/
ro ac uenenoſo. Nec catulus partu. Plynius hoc idē
ſcribit de urſis. Pariunt triceſimo die ac plurimū qui/
nos. Hi ſunt candida informiſq; caro paulo muribus
maior. ſine oculis. ſine pilo. ungues tantū ꝓminēt. hāc
lambēdo paulatim figurāt. Fingit. figurat. Nōne
uides. Apes ſine pedibus naſcūtur. unde etiam nomē
traxere. primum enim uermiculi abſq; pedibus aliſq;
oriuntur. Iunonis uolucrem. pauonē. Armigerū
iouis. Aquilā. Cythereidas colūbas. ueneri dicatas.

Sunt qui cū clauſo. de hoc plynius ſic ſcribit. Anguē
ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus a multis.

Hæc tamē ex aliis. Mirādā phœnicis auis generatio
nē deſcribit poeta: de quo & plynius fere eadē. Aquilæ
aūt magnitudine eſſe narrat: auri fulgore circa collū.
cætera purpureus ceruleam roſeis caudā pēnis diſtin/
guentibus. criſtis faciē caputq; plumeo apice honeſtā/
te. Peculiaris ē arabiæ felicis. Manilius ſenator auctor
eſt neminē extitiſſe q̄ phœnicem uiderit. Sacrū in ara
bia ſoli eſſe. uiuere annis ſexcentis ſexaginta. Seneſcē/
tem caſia thuriſq; ſurculis conſtruere nidum. replere
odoribus & ſupemori. Ex oſſibus deinde ac medullis
naſci primo ceu uermiculū. inde fieri pullū. Pricipioq;
iuſta funeri priori reddere: et totū deferre nidū prope
pancaicā in ſolis urbē: & in ara ibi deponere. Primor/
dia. originē. Aſyrii phœnica uocāt. A coloꝝ purpureo
phœnix uideꝫ appellatus. Quo ſimulac caſias. phœ/
nicis nidum apte: ut oia deſcribit. Caſia aūt & nardus
frutices ſuauiſſimi odoris in Arabia naſcentes. One/
riq; ferendo eſt. ſufficit nido auferēdo. Sic aūt dictū ē:
ut dicimus aliquē nō eſſe. ſoluēdo. Leuat. releuat ac
leues reddit. Hyperionis æde. tēplo ſolis. Si tamen
eſt aliquid. Hyæna fera ē de qua multa a plynio mira
tradūtur. ſed maxime ei utrāq; ineſſe naturā: & alter/
nis annis marē fœmināq; fieri. & ut ſcribit plynius: pa
rere ſine mare uulgus credit. Ariſtoteles negat. Collū
& iuba cōtinuitate ſpinæ porrigiꝫ: flectiq; niſi circū/
actu totius corporis nequit. Alternare. alternis ānis
mutare. Id quoq; quod uentis. Chamæleontē dicit:
q ut plynius tradit: ſolus animaliū nec cibo nec potu
ſemp alitur: nec alio q̄ aeris alimēto. circa caprificus fe
rus. innoxius alioqui: & coloris natura mirabilior.
Mutat nāq; eū ſubinde & oculis & cauda & toto cor
pore: redditq; ſemp quēcūq; proxime attingit præter
rubrū candidūq;. defuncto pallor ē. Victa racemife
ro. Lincuriū gēma ē quæ ex urina lincum dicitur gene
rari. Vnde etiam nomen fuit impoſitum.

Q ueque ſolent canis frondes intexere filis
Agreſtes tineæ res obſeruata colonis:
Ferali mutant cum papilione figuram.
Semina limus habet uirides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus. mox apta natando
Crura dat: utque eadē ſint longis ſaltibus apta:
Poſterior ſuperat partes menſura priores.
Nec catulus partu: quem reddidit urſa recenti:
Sed male uiua caro eſt. lābendo mater in artus
Fingit: & in formam: quantā capit ipſa: reducit.
Nōne uides quos cæra tegit ſexangula fœtus
Melliferaꝝ apium ſine mēbris corpora naſci?
Et ſeroſq; pedes: ſeraſq; aſſumere pennas?
Iunonis uolucrem: quæ cauda ſidera portat:
Armigeꝝq; iouis: cythereidaſque columbas.
Et genus omne auium mediis e partibus oui:
Ni ſciret fieri: quis naſci poſſe putaret?
Sūt q cū clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro:
Mutari credant humanas angue medullas.
Hæc tamen ex aliis generis primordia ducunt.
Vna eſt: quæ reparet: ſeq; ipſa reſeminet ales.
Aſſyrii phœnica uocant. nec fruge nec hærbis
Sed thuris lachrymis & ſucco uiuit amomi.
Hæc ubi quinque ſuæ cōpleuit ſæcula uitæ:
Illicis in ramis tremulæq; cacumine palmæ
Vnguibus & puro nidum ſibi conſtruit ore:
Q uo ſimulac caſias & nardi lenis ariſtas:
Q uaſſaq; cū fulua ſubſtrauit cīnama myrrha:
Se ſuperimponit: finitque ī odoribus æuum.
Inde ferunt totidem qui uiuere debeat annos
Corpore de patrio paruum phœnica renaſci.
Cum dedit huic ætas uires: oneriq; ferendo eſt
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ:
Fertq; pius cunaſq; ſuas patriumq; ſepulchrū:
Perque leues auras hyperionis urbe potitus
Ante fores ſacras hyperionis æde reponit.
Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis:
Alternare uices: & quæ modo fœmina tergo
Paſſa marē eſt: nūc eſſe marē: miremur hyænā.
Id quoque quod uentis animal nutritur & aura:
Protinus aſſimulat: tetigit quoſcunq; colores.
Victa racemifero lincas dedit india baccho.
E quibus ut memorant quicquid ueſica remiſit:
Vertitur in lapides: & congelat aere tacto:
Sic & coralium quo primum contigit auras
Tempore: dureſcit. mollis fuit hærba ſub undis.

Deſinet ante dies:& in alto phœbus anhelos
Aequore tinget equos:q̄ cõſequar omnia dictis
In ſpecies tranſlata nouas.ſic omnia uerti
Cernimus:atq; alias aſſumere robora gentes.
Concidere has.ſic magna fuit cenſuq; uiriſque:
Perq; decem potuit tantũ dare ſanguinis annos:
Nunc humilis ueteres tantũmodo troia ruinas:
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit ſparte.magnæ uiguere mycænæ.
Nec non & cecropis.nec non amphionis arces.
Vile ſolum ſparte eſt.altæ cecidere mycænæ.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina thebæ:
Q uid pandioniæ reſtant niſi nomen athenæ:
Nũc quoq; dardaniã fama eſt cõſurgere romã:
Apeninigenæ que proxima tybridis undis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcẽdo mutat:& olim
Immenſi caput orbis erit.ſic dicere uates:
Faticinaſq; ferunt ſortes:quãtumque recordor:
Dixerat aeneæ:cum res troiana labaret:
Priamides helenus flenti dubioq; ſalutis.
Nate dea: ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes:non tota cadet te ſoſpite troia.
Flamma tibi ferrumq; dabunt iter.ibis:& una
Pergama rapta feres:donec troiæq; tibique
Externum patrio contingat amicius aurum.
Vrbem etiam cerno phrygios debere nepotes:
Q uãta nec eſt:nec erit:nec uiſa prioribus ãnis.
Hanc alii proceres per ſæcula longa potentem:
Sed dominam reg; de ſanguine natus iuli
Efficiet:quo cum tellus erit uſa:fruentur
Aetheriæ ſedes:cælumq; erit exitus illi.
Hæc helenum cecinisſe penatigero æneæ
Mente memor refero:cognataq; mœnia lætor
Creſcere:& utiliter phrygibus uiciſſe pelaſgos.
Ne tamen oblitus ad metam tendere:longe
Expatiemur eqs: cælum & quodcũq; ſub illo ẽ:
Immutat formas:telluſq; & quicquid in illa eſt.
Nos quoq; pars mundi:quoniã nõ corpora ſolũ
Veg; etiam uolucres.animæ ſumus:inq; ferinas
Poſſumus ire domos:pecudũq; in pectora cõdi
Corpora:quæ poſſunt animas habuiſſe parentũ
Aut fratrum:aut aliquo iunctog; fœdere nobis:
Aut hominũ:certe tuta eſſe & honeſta ſinamus.
Ne ue thyeſteis cumulemus uiſcera menſis.
Q uã male conſueſcit:q̄ ſe parat ille cruori

Sic omnia uerti cernimus. Omnia eſſe in continuo fluxu ex urbiũ quoque ac populog; excidiis pythagoras colligit. Clara fuit ſparte.ſparta laconica dicitur regio a ſpartis cadmi ſociis cognomiata.ſed plerũq; pro urbe ponitur. Micænæ. urbs eſt pelopõneſi notiſſima. Necnon & cecropis. Athenæ quag; auctor fuit cecrops. Amphiõis arces.Thebæ ab amphione ampli ficatæ. Nunc quoq; dardaniam.Exemplo urbis Romæ quæ tum maxime creſcebat:omnia eſſe in continuo motu Pythagoras oſtendit. Dardaniã romam.a Troianis ædificatã. Apeninigenæ tibridis.In Apenino monte orientis.Tybrim aũt præter urbem Romã labi notius eſt q̄ ut ſit exponendum. Vates.ſibyllas.

Sortes faticinas.fata canentes atq; prædicẽtes. Res troiana.imperium troianum. Labaret.Vacillaret.Periclitaretur. Priamides helenus.priami filius.fuit autem uates optimus:ut ex carmie quoq; Vergiliano cõſtat. Debere urbem.urbi ædificandæ ita uolentibus fatis obnoxios eſſe. Pulchra autem phantaſia refert in helenum poeta:quæ iam ipſe uiderat. Per ſæcula longa.per ſeptingentos annos. De ſanguine natus iuli. Iulius cæſar. Nam in cæſaris Auguſti illius filii gratiã hæc referuntur. Penatigero æneæ.penates gerenti.

Vtiliter phrygibus. Cum utilitate phrygũ & troianorum. Ne tamen oblitus. Cõcludit a carnibus omnino eſſe abſtinendum pythagoras: cum animæ noſtræ in uaria corpora tranſeant. Ad metam.ad finem & concluſionẽ.Metaphora ab equis currentibus ſumpta. Expatiemur equis. Euagemur copia uerborũ.

In ferinas domos.in corpora ferarum. Pecudumq; in pectora condi corpora. ordo & ſenſus. pecudũq; corpora poſſunt condi in pectora noſtra. Quãdo nãq; illis ueſcimur: in ſtomacho ea abſcondere uidemur.

Thyeſtæis menſis. quibus thyeſtæ filii comedendi ab Atreo fratre appoſiti fuerunt.Nota uero eſt fabula

Quã male conſueſcit. eum qui poſſit ut interficiat uitulum aut hædum aut auem:facile aſſueſcere ait ne candis hominibus.

Edentem hædū. emittētem uagitus ſimiles uagiti/
bus puerorum. Ad plenū facinus. Ad plenū homici
diū. Qua trāſitus. ad qd. ac ſi diceret ad hominū cæ/
dē. Inde ex imolatione brutoꝝ aialiū. Horrifeꝝ cō
tra boreā. Ouis inquit lanas nobis ſuggerit contra fri/
gora. Vbera preſſanda. exprimenda. Cū pedicis.
Pedicæ ſunt uincula pedum. Viſcata. uiſco infecta.
Formidatis pēnis. Sagittis. a parte totum. Perdi/
te. interficite. Si qua nocent. noxia aialia perdēda q/
dem eſſe pythagoras ait: ſed ita ne eorū carnibus ueſca
mur. Ora uacent epulis. Careant eiuſmodi epulis.
Congrua. homini conuenientia. Vltroq; petitum.
Quæſitum ſponteq; a Romanis inuitatum: ut copio/
ſæ Liuius narrat. Latialis. latini atq; Romani. nā Ro
ma latii eſt caput. Coniuge qui felix nympha. Ege/
ria nympha Numæ pompilii fuit uxor: quæ poſt uiri
interitum urbē relicta in ſyluas abiit. Sacrificos ri/
tus. Sacrificioꝝ leges. Ad artes pacis. ad deoꝝ religio
nem. Oreſteæ dianæ. Quā oreſtes una cū iphigenia
ſorore de Taurica regione in italiā tranſtulit: ac iuxta
Ariciam collocauit. Nam oreſtes poſt iterfectam ma/
trē in furorē conuerſus a pylade ſocio ad dianā Tauri/
cam liberandus deductus eſt. cui cum hoſpites macta
rentur: a ſorore iphigenia quæ deæ ſacerdos erat: co/
gnitus ſaluatur. Ac thoāte rege iterfecto dianæ ſimu
lacrum aufugientes abſtulerunt: iuxtaq; ariciam collo
carunt. Ne faceret. ne flere pergeret. Theſeius he
ros. Hippolytus: qui equoꝝ furore laceratus precibus
Dianæ uitæ fuit reſtitutus: ac tēplo dianæ aricinæ p̄fe
ctus uirbius fuit appellatus. Sed ipſe fata ſua ad conſo
lationem egeriæ narrat. Siſte modum. ſtatue. ipone
finem luctui. Releuare. leuem reddere a fletu libera
re. Fando. inter loquēdū. Aliquem hippolytum.
quendā in ſoluta oratione diceremus. Credulitate
patris. Theſei: q nimiū facilē credidit uxori priuignū
accuſanti. Vixq; p̄babo. Difficulter p̄ſuadebo. Me
paſiphaeia quondā. Phædra paſiphaes filia: & Theſei
uxor hippolyti priuigni amore capta ab illo fuit repul
ſa. Quare īdignata illū patri accuſauit quod ſe de coitu
interpellaſſet. Pater credulus & filium inſontē i exiliū
expulit: & illi mortē ē imp̄catus. Cū igit̄ fugeret hip/
polytus: ecce phocæ e mari egreſſæ ita perterruerunt
equos quadrigarū quibus uehebatur: ut nullo pacto
potuerīt inhiberi: qn per p̄cipitia hippolytū īmitterēt
prorſuſq; dilaniarēt. Paſiphaeia. cū q̄dā uituperatio
ne dixit: ac ſi phædre obiiceret paſiphaes libidinē: quæ
amore tauri capta cū illo coire ſuſtinuit. Me fruſtra
temptatū. a phædra de ſtupro fruſtra īterpellatū. Te/
merare. uiolare. eſt aūt ordo. Paſiphaes filia quondam
finxit me fruſtra tēptatū uoluiſſe temerare patriū cu/
bile: quod ipſa uoluit. Et crimine uerſo. in me ſub/
audiat̄. Indiciiue metu. altera duaꝝ cauſaꝝ ſe accuſa
tū a phædra hippolytus ait. uel qd timebat ne ipſa ac/
uſaret̄. uel magis qd repulſa fuit & ſpreta. Arguit. ac
cuſauit. Proiecit. eiecit. expulit. Hoſtili p̄ce. impreca
tione hoſti cōueniēte nō patri. Theſeus. n. neptunum
auū p̄catus eſt: ut hippolytus filius diſcerpereť. Eun/
tis. in exiliū. Pittheā troezena. in qua pittheus regna
uit. Cū mare ſurrexit. tumefactū ē. In mōtis ſpēm.
per emphaſin oſtendit quātus eſſet uitulus illæ mari
nus: qui inſtar montis mare extolleret.

Impius humano: uituli qui guttura cultro
Rumpit. & immotas præbet mugitibus aures:
Aut qui uagitus ſimiles puerilibus hædum
Edentem iugulare poteſt: aut alite ueſci:
Cui dedit ipſe cibos. quātū eſt quod deſit i iſtis
Ad plenum facinus? qua tranſitus īde paratur?
Bos aret: aut mortem ſenioribus imputet annis.
Horrifeꝝ contra boream ouis arma miniſtret.
Vbera dent ſaturæ manibus preſſāda capellæ.
Retia cū pedicis laqueoſq; arteſq; doloſas
Tollite. nec uolucres uiſcata fallite uirga:
Nec formidatis ceruos includite pennis:
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite ſi qua nocent: ueꝝ hæc quoq; p̄dite tātū
Ora uacent epulis: alimentaq; cōgrua carpant.
Talibus atq; aliis inſtructo pectore dictis
In patriam remeaſſe ferunt. ultroq; petitum
Accepiſſe numam populi latialis habenas.
Cōiuge qui felix nympha: ducibuſq; camœnis
Sacrificos docuit ritus: gentemq; feroci
Aſſuetam bello pacis traduxit ad artes.
Q ui poſtq̄ ſenior regnūq; æuumq; peregit:
Extinctū latiæq; nurus populuſq; patreſque
Defleuere numam. nam cōiunx urbe relicta
Vallis aricinæ denſis latet abdita ſyluis:
Sacraq; oreſteæ gemitu quæſtuq; dianæ
Impedit. ah quotiēs nymphæ nemoriſq; lacuſq;
Ne faceret: monuere: & conſolantia uerba
Dixerunt. quotiens flenti theſeius heros
Siſte modū dixit. nec enim fortuna querenda
Sola tua eſt. ſimiles alioꝝ reſpice caſus:
Mitius iſta feres: utinamq; exempla dolentem
Nō mea te poſſent releuare. ſed & mea poſſunt:
Fādo aliquē hippolytū ueſtras ſi cōtigit aures.
Credulitate patris ſceleratæ fraude nouercæ
Occubuiſſe neci mirabere: uixq; probabo.
Sed tamen ille ego ſum. me paſiphaeia quondā
Temptatum fruſtra patriū temerare cubile
Q uod uoluit finxit uoluiſſe: & crimine uerſo
Indiciiue metu magis offenſaue repulſæ
Arguit: immeritūq; pater proiecit ab urbe:
Hoſtiliq; caput prece deteſtatur euntis.
Pittheā profugo curru troezena petebam:
Iamq; corinthiaci carpebam littora ponti:
Cū mare ſurrexit cumuluſq; immanis aquaꝝ
In montis ſpeciem curuari & creſcere uiſus:

Et dare mugitus:ſũmoq; cacumine findi.
Corniger hic thaurus ruptis expellit' undis:
Pectoribuſq; tenus molles erectus in auras
Naribus & patulo partem maris euomit ore:
Corda pauẽt comitũ:mihi mens interita mãſit
Exiliis contenta ſuis:cum colla feroces
Ad freta conuertunt:erectiſq; auribus horrent
Q uadrupedes:mõſtriq; metu turbãt':& altis
Præcipitant currum ſcopulis: ego ducere uana
Fræna manu ſpumis albentibus oblita luctor:
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.
Nec ures tamen has rabies ſuperaſſet equorũ:
Ni rota perpetuũ quæ circũuertitur axem.
Stipitis occurſu fracta ac diſiecta fuiſſet.
Excutior curtu:loriſq; tenẽtibus artus
Viſcera uiua trahi:neruoſq; in ſtirpe teneri:
Membra rapi partim.partim reprenſa reliqui:
Oſſa grauẽ dare fracta ſonũ:feſſamq; uideres
Exhalare animam:nullaſq; in corpore partes
Noſcere quas poſſes:unũq; erat omnia uulnus
Num potes aut audes cladi cõponere noſtræ:
Nympha tuã:uidi quoq; luce carẽtia regna:
Et lacerũ foui phlegetontide corpus in unda:
Nec niſi apollineæ ualido medicamine prolis
Reddita uita foret: quã po ſtq̃ fortibus hærbis
Atq; ope pæonia dite indignante recepi:
Tũ mihi:ne præſens augerem numinis huius
Inuidiam:denſas obiecit Cynthia nubes.
Vtq; forem tutus:poſſemq; ipune uideri
Addidit ætatem:nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi:Cretenq; diu dubitauit habendam
Traderet an delon:delocretaq; relictis
Hic poſuit:nomẽq; ſimul quod poſſit equorũ
Admonuiſſe iubet deponere:quiq; fuiſti
Hippolytus dixit:nunc idem Virbius eſto.
Hoc nemus ide colo:de diiſq; minoribus unus
Numine ſub dominæ lateo:atq; aſſentior illi
Non tamẽ egeriæ luctus aliena leuare
Damna ualent:montiſq; iacens: radicibus imis
Liquitur in lachrymas:donec pietate dolentis
Mota ſoror phœbi gelidũ de corpore fontem
Fecit:& æternas artus tenuauit in undas.
At nymphas tetigit noua res: & amazõe natus
Haud aliter ſtupuit:q̃ cũ tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in aruis
Sponte ſua primum nulloq; agitante moueri

Et dare mugitus. Edere. Nondum enim taurus ille ex aquis extulerat caput. Phocæ autem tauri mugiunt: unde & uituli nomẽ acceperunt. Exiliis cõtenta ſuis. Exilii ſui mœrore confecta. Ad freta cõuertunt: propter ſtrepitum Phocæ egredientis. Oblita. infecta. Ducere: reducere. retrahere. Reſupinus. Quanto conatu retraheret habenas oſtendit. Lẽtas. flexibiles. Perpetuum. Perpetuo. Nomen enim pro aduerbio eſt poſitum. Reprenſa. retenta. Componere. Comparare. Vidi quoq; luce. hoc eſt, Etiam ad inferos deſcendi. Phlegetontide in unda. In aqua phlegetõtis inferorum fluuii.

Ne præſens augerem. Ne ſi ĩ græcia uiuerẽ. Athenienſium in me inuidiam cõcitarem. Apollineæ prolis. Aeſculapii. Dite. Plutone. Ope pæonia. Auxilio medicinæ. Nam Pæon medicus fuit præſtãtiſſimus a quo Pæonia herba & inuenta & cognominata fuit. Cynthia. Diana quam colebat Hippolitus. Habẽdam. habitandam. Hia poſuit. luxta Ariciam. Nomenq; ſimul. Hippolitus enim ab equis ſolutus dicitur. Nam ἵππος equus λυω ſoluo dicitur. Nũc idem uirbius eſto. Virbius quod uirbis fuerit: eſt appellatus. Hoc nemus inde colo. Ex eo tempore inquit quo ab inferis ſum reuocatus: in hoc Aricino nemore habito. Nomine ſub dominæ Dianæ.: quæ iuxta ariciam templum hebebat.

Non tamen egeriæ. Egeria nympha cum a fletu non deſiſteret dianæ miſeratione in fontem ſui nominis fuit conuerſa. Leuare. Leues reddere. Liquitur. Reſoluitur. At nymphas tetigit noua res. Tages qui primus artem uaticinandi Ethruſcos docuit. Agricolæ aranti ex terræ gleba naſci eſt uiſus.

Tetigit. cõmouit. Et amazone natus. Hippolytus. Hippolytæ amazonum regine filius.

Raphaelis Regii in Ouidii metamorphoſin enarrationum finis.

Bartholomei Merulæ enarratiões in reliqua metamorphoseos carmina:ad generosum adolescẽtem Frãciscum Cornelium Georgii Cornelii equitis clarissimi filium.

Fatis uenturis.Tages,ut scribit Cicero libro de diuinatõe:puerili specie fuit,cœpitq; affarri aratorem, ille territus clamans conciuit totam etruriam: quæ uno conuentu tagen loquentem audiuit:sermo autem fuit exceptus & scriptus libris etruscorum:habituscq; est pro aruspicina. Inde enim aruspicina sumpsit artem & principium.Lucanus. Sed conditor artis finxerit ista tages.Plinius tamẽ non tagen:sed delphon fuisse scribit. Indigenæ.Populi gẽiti ex etruria. Vtq; palatinis.Romulus(ut scribit Plutarhus) lanceã Corneam iaculatus est experiendi ingenii gratia: quæ quum altius defixa esset: nec posset auelli: postea in eximiæ altitudinis cornũ creuit ramis emissis:is deinde locus ut sanctissimum templũ a romuli posteris habitus est:interiit autẽ:quum Caius Cæsar propinqua arbori loca fodi mãdaret uiolatis imprudenter radicibus. Hastam hærentem.affixam terræ. Stabat,firma erat,non spiculo ipsius hastæ: sed radice nuper nata. Arbor lenti uiminis, erat arbor habens ramos lentos: & flexibiles:non expectatas,quia nullus crediderat hastam posse frõdescere.

In imagine sua,quam in flumine uiderat. Damnãs sua lumina,quia uerum erat:quod eius oculi uiderant. Vt uictor,uictoriam de hostibus superatis reportabat. Portenditur,significatur,unde portenta. Patriæ,sine hoc patriæ læticiam affert. Viridi cespite.Romãi moris fuerat(ut Seruius scribit) & cespitem aræ supimponere & ita sacrificare.Vergilius.Et diis communibus aras gramineas. Tyrrhenæ gentis,nam etrusci præ ceteris floruerunt diuinãdi peritia. Acre lumen,oculos in cippum acriter intentos. Latiæ arces,romanæ:nam roma in latio erat:immo latii caput:ut scribit Plinius. Cornibus,tibi cornigero. Portas patẽtes,nam cippus extra urbem expectabat: ut sibi decerneretur triumphus:non enim antea licebat ingredi:ut plutarchus: tradit. Conuocat, in unum uocat extra mœnia.

Insistit aggeribus,locum editum ascendit: ut populus illum concionantem intueatur. Prisco more Vergilius,præfatus diuos solio rex ĩsit ab alto.Maiores (ut Seruius docet)nũq; orationem habebant.nisi prius deos inuocassent:id quod factitauit Cato: & gracchus:quod Cicero irridet. Iura famularia,iura uos in seruitutem redigentia.

Sumere mox hominis:terræq; amittere formã:
Oraq; uenturis aperire recentia fatis:
Indigenæ dixere tagen:qui primus ethruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.
Vtq; palatinis hærentem collibus olim,
Cum subito uidit frondescere romulus hastam
Q uæ radice noua non ferro stabat adacto:
Et iam non tælum: sed lẽti uiminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus umbras,
At sua fluminea qui uidit Cipus in unda
Cornua:uidit enim:falsamq; in imagine credẽs
Esse fidem:digytis ad frontem sæpe relatis
Q uæ uidit tetigit:nec iam sua lumina dãnans
Restitit:ut uictor domito ueniebat ab hoste:
Ad celumq; oculos & eodem cornua tollens
Q uicquid ait superi mõstro portenditur isto:
Seu lætum est patriæ:lætum populoq; quirini
Siue minax:mihi sit:uiridiq; ex cespite factas
Placat adoratis herbosas ignibus aras:
Vinaq; dat pateris,mactatarũq; bidentum
Q uid sibi significent trepidantia cõsulit exta.
Q uæ simul aspexit tyrrhenæ gẽtis haruspex
Magna quidem rerum molimina uidit in illis
Non manifesta tamen:cum uero sustulit acre
A pecudis fibris ad Cipi cornua lumen
Rex ait o salue:tibi enim tibi Cipe tuisq;
Hic locus & latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe morã: portasq; ĩtrare patẽtes
Appropera,sic fata iubent:nanq; urbe receptus
Rex eris:& sceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem:toruãq; a mœnibus urbis
Auertens faciem:procul o procul omina dixit
Talia dii pellant:multoq; ego iustius æuum
Exul agam:q̃ me uideant capitolia regem.
Dixit:& extemplo populumq; grauẽq; senatũ
Cõuocat:ante tamẽ capitis noua cornua frõde
Velat:& aggeribus factis a milite forti
Insistit: priscoq; deos e more precatus
Est ait hic unus quem uos nisi pellitis urbe
Rex erit:is qui sit signo non nomine dicam:
Cornua fronte gerit:quem uobis ĩdicat augur
Si romam intrarit famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas:
Sed nos obstetimus q̃uis coniunctior illo
Nemo mihi est:uos urbe uirũ ꝓhibete qrites:
Vel si dignus erit grauibus uincite cathenis:

Aut ſinite metum fatalia morte tyranni.
Qualia ſuccinctis ubi trux inſibilat eurus
Murmura pinetis fiunt: aut qualia fluctus
Aequorei faciunt: ſi quis procul audiat illos:
Tale ſonat populus: ſed p confuſa trementis
Verba tamē uulgi uox eminet una: qs illa eſt:
Et ſpectant frontes: prædictaq; cornua q̄runt.
Rurſus ad hos Cipus: quē poſcitis inqt habetis:
Et dempta capiti populo prohibēte corona
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu.
Demiſere oculos oēs: gemitumq; dedere:
Atq; illud meritis clarum (qs credere poſſit:)
Inuiti uidere caput: nec honore carere
Vlterius paſſi feſtam impoſuere coronam.
At proceres quoniam muros intrare uetaris:
Ruris honorati tantū tibi Cipe dedere:
Q uantū depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu:
Cornuaq; auratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt longū menſura per æuū.
Pandite nunc muſæ præſentia numina uatū
Scitis enim: nec uos fallit ſpecioſa uetuſtas:
Vnde coroniden circunflua thybridis alti
Inſula romuleæ ſacris adiecerit urbis
Dira lues quondam latias uitiauerat auras:
Pallidaq; exangui ſqualebant corpora morbo.
Funeribus feſſi poſtq̄ mortalia cernūt
Temptamenta nihil: nihil artes poſſe medentū
Auxilium cæleſte petunt: mediamq; tenentis
Orbis humū delphos adeunt oracula phœbi.
Vtq; ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte uelit: tantæq; urbis mala finiat orant.
Et locus & laurus & q̄s habet ipſe pharetras
Intremuere ſimul: cortinaq; reddidit imo
Hanc adito uocem pauectaq; corpora mouit:
Q uod petis hinc ꝓpiore loco romane petiſſes
Et pete nunc propiore loco: nec apolline uobis
Q ui minuat luctus opus ē: ſed apolline nato.
Ite bonis auibus: prolemq; accerſite noſtram.
Iuſſa dei prudens poſtq̄ accepere ſenatus:
Q uam colat explorat iuuenis phœbeius urbē
Q uiq; petant uentis epidauria littora mittūt:
Q uæ ſimul incurua miſſi tetigere carina:
Concilium graioſq; patres adiere: darentq;
Orauere deū: qui præſens funera gentis
Finiat auſoniæ certant adiicere ſortes.

Qualia. murmur populi: uētorum flatibus comparatur. Succinctis. denſis. & quaſi alligatis pinetis. Per confuſa uerba. inter uerba promiſcua. Vergilius. perq; duas in morem fluminis arctos. Trementis. pauidi propter rei nouitatem. Populo prohibente. ne deponeret lauream. quam meruerat de uictis hoſtibus. Ruris honorati. agri tributi homini honorato. Idem ī faſtis appellat prætorem honoratum. Quantum depreſſo. præmium cippo a ſenatu datum ob recuſatam tyrannidem deſignat: id enim fuit terræ iugerū: quod (ut tradit plinius) erat quod uno iugo boum in die exarari poſſet: hoc erat. cxx. pedum. duplicatum in longitudinem iugerum faciebat: a iungendo dictum: ut tradit Varro: q; iuncti boues arent. Ab ortu lucis ad finem. a principio diei: ad ueſperam. Cornuaq; auratis. portæ quoq; quam ītraturus erat ad memoriam poſteritatis cornutum eius caput exculpitur. Pandite nunc. æſculapium romam aduectum narrat Ouidius in faſtis: plenius autem Valerius maximus. Præſentia. poetis fauētia. Coronidem. æſculapium Coronidis filium. Inſula. ea erat ī tiberi facta ex ſegete tarquinii ſuperbi: ut uoluit Liuius. Mediam humum orbis. plinius mundi medium ſiciliam: ac italiam eſſe dicit. Sorte ſalutifera. reſpōſo ſalubri. Nato apolline. æſculapio. Explorat. inquirit qua in urbe ueneretur æſculapius. Epidauria littora. Epidaurus ciuitas eſt in achaia æſculapii delubro inſignis. unde: ut Solinus ſcribit: romani peſtilentia uexati continuis tribus annis inſpectis libris ſibyllinis ſub forma ſerpentis æſculapiū ueluti fatale remedium duxerunt ad urbem: Fuit etiam epidaurus inſula in illyrico mari ut oſtendit Lucanus: quæ nunc rhagūſium dicitur. Darent deum. concederent æſculapium: Funera gentis auſoniæ. peſtilentia romanorum: ſane auſonia ea eſt: quæ primo latium antiquū dicebatur: nam ut Ariſtoteles ſcribit. incolebāt eam Italiæ partem: quæ ad tyrrhenam uerſa ē opici: qui nunc auſonii nominātur. Vergilius tum manus auſoniæ & gentes uenere ſicanæ. Sæpius: & nomen poſuit ſaturnia tellus: dicta eſt auſonia ab auſonio ulyſſis filio. Certant adiicere. contendunt legati exponere phœbi reſponſa & illo iubente æſculapium petere. Diſſidet. uarias fuiſſe in ſenatu dicit ſentētias: traderent romanis æſculapium necne.

Variat ſentẽtia,uariæ erãt opiones. Parſq; negandum,nõnulli ſenatores quos plutarchus artynos appellatos fuiſſe ſcribit: uolebãt romãis deũ exhiberi. Suã opẽ,deũ æſculapiũ:cuius ope utebanť ĩ aduerſis. Dũ dubitãt,dũ adhuc nullũ fit ſenatuſconſultũ: Crepuſcula,extrema pars diei.q̃ a macrobio dicit ſup̃ma tẽpeſtas,ĩtelligit aũt noctẽ ſupueniſſe. Vmbraq; telluris. Diffinitio noctis,q̃ eſt:ut ſcribit plinius:umbra terræ. Deus opi. æſculapius dator opis. Viſus cõſiſtere,apparere noctu romãis. Sed q̃lis in æde,lõ ſimulacris æſculapii iũgũt figuræ draconũ: qa p̃ſtãt:ut humana corpora uelut infirmitatis pelle depoſita:ad priſtinũ reuireſcãt uigorẽ: ut reuireſcũt dracones p ãnos ſingulos pelle ſenectutis exuta,hæc Macrobius ĩ primo ſat.apparuit æſculapius romãis nõ ĩ forma ſerpẽtis:ſed q̃lis ĩ tẽplo colit. Reducere, mulcere. Extẽplo cũ uoce deus,deus poſtea q̃ allocutus ẽ romãos abiit. Somniq; fugã,poſt ſomnũ ſtatĩ ſubſecuta ẽ dies. Poſtera ſydereos.qd ægerit romãi deſcribit. Ad tẽpla operoſa. ope elaborata. Deſierãt,finierãt p̃ces. Criſtis altis,iubis. Deus aureus,cæruleus ut ſolẽt ſerpẽtes. In ſerpẽte,ĩ ſerpẽtis forma. Signũq;,ſimulacq; ipſius dei. Animis linguiſq; fa, uox ẽ qua in ſacris utebantur ſacerdotes: Seneca: Et quotiens mentio ſacra litterarum interuenerit fauete linguis. non ut pleriq; exiſtimant a fauore trahitur,ſed imperatur ſilentium:ut rite peragi poſſit ſacrum nulla uoce obſtrepẽte. Præſtãt fauorẽ,hoc eſt qd' ſuperius dixerat:animis lĩguiſq; fauete. Annuit his.æſculapius ſerpens ſignificauit nutu ſe ituq; romã. Rata pignora,certa ſigna. Salutat.ſalutare nõ mõ ẽ adueniẽtis:ſed etiã diſcedentis. Serpit humũ. p humũ ĩcedit ad nauẽ romanoq;.ſerpe ,pprie ẽ ſerpẽtũ. Agmẽq; ſuũ,turbã inſequentẽ ipſum deũ honoris gratia. Sextæ palãtidos.ſexti diei,nam palãtis ponit ,p aurora a poetis palãtis filia. Ouidius ĩ faſtis: proximus annus erat palãtide uictus eadẽ. Lacinia templa,templũ Iunõis laciniæ.Vergilius. Attollit ſe diua lacinia contra:de hoc Strabo plura. Nobilitata dea,celebrata a Iunone quæ illic colitur. Littora ſcyllæa. Scylletium urbs eſt Calabriæ,atheniẽſiũ Colonia: qui mneſtei comites fuere,hoc tpe Scyllaceum uocat,auctor Strabo. Vergilius,& naufragiũ ſcyllaceum. Linquit lapigiam. Iapygia dicta eſt a Iapyge dædali filio:ut uoluit plinius:hanc græci meſſapiam uocant a duce: auctore Strabõe:plinius Meſſapiam calabriamq; eandem eſſe dicit. Cæterum cõſtat locum e Tarẽto brũduſium cheroneſo p̃q; ſimilem eſſe:eũq; Meſſapiam,& Iapygiam & Calabriam & Salẽtinã complures communi appellatione nuncupare:quoſdã uero diuidere. Saxa amphyſia,ſcopulum amphyſum. Leuis remis,a ſiniſtra parte remigãtibus. Celẽnia prærupta,Saxa celẽnia a p̃te dextra adeo eminebãt,ut remigãtes ĩpedirent. Præ rupta,ĩ altũ eleuata. Romechiũq; legit,in alio codice plẽmyriũ ſcriptũ legi:qd' nõ ,pbo: igenue tamẽ fateor me nũq̃(qd' ſciã) romechiũ cõperiſſe:pro oppido. Caulõaq;,Caulon urbs eſt calabriæ poſt Sagrã, prius aulonia quaſi uallonia a uicina conualle nomi nata:ab achiuis ædificata. Naritiãq; ,locrus urbs a naritiis aiacis oilei ſociis cõdita fuit: ut Solinus ſcribit:& Vergi, hic & naritii poſuerũt mœnia locri.

Diſſidet:& uariat ſentẽtia: p̃arſq; negandũ
Non putat auxiliũ: multi retinere: ſuamq;
Non emittere opẽ:nec numina tradere ſuadẽt.
Dum dubitãt ſeram pepulere crepuſcula lucẽ:
Vmbraq; telluris tenebras ĩduxerat orbi:
Cũ deus in ſomnis opifer cõſiſtere uiſus
Ante tuum romane thoꝛ: ſed qualis in æde
Eſſe ſolet:baculumq; tenens agreſte ſiniſtra:
Cæſariem longæ dextra reducere barbæ:
Et placido tales emittere pectore uoces.
Pone metũ:ueniã:ſimulachraq; noſtra reliquã
Hũc modo ſerpentẽ baculũ q nexibus ambit:
Perſpice: & uſq; nota uiſũ ut cognoſcere poſſis.
Vertar in hũc:ſed maior ero: tantuſq; uidebor
In q̃tum uerti cæleſtia corpora debẽt.
Extemplo cũ uoce deus:cum uoce deoq;
Somnus abit:ſomniq; fugã lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſydereos aurora fugauerat ignes.
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniũt operoſa dei:quaq; ipſa morari
Sede uelit:ſignis cæleſtibus indicet orant.
Vix bene deſierãt:cũ criſtis aureus altis
In ſerpẽte deus prænũcia ſibila mouit:
Aduẽtuq; ſuo ſignũq; araſq; foreſq;:
Marmoreũq; ſolum faſtigiaq; aurea mouit:
Pectoribuſq; tenus media ſublimis in æde
Cõſtitit:atq; oculos circũtulit igne micãtes.
Territa turba pauet:cognouit numina caſtus
Euinctuſq; uitta crines albente ſacerdos.
En deus eſt,deus eſt,animis linguiſq; fauete:
Q uiſq; ades dixit: ſis o pulcherrime uiſus
Vtiliter:populoſq; iuues tua ſacra colẽtes:
Q uiſq; adeſt uiſũ uenerant numen:& oẽs
Verba ſacerdotis referũt geminata: piumq;
Aeneadæ præſtant & uoce & mente fauorem.
Annuit his:motiſq; deus rata pignora criſtis
Et repetita dedit uibrata ſibila lingua.
Tũ gradibus nitidis elabitur:oraq; retro
Flectit:& antiquas abiturus reſpicit aras:
Aſſuetaſq; domos:habitataq; templa ſalutat:
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humũ:flectitq; ſinus:mediãq; p urbem
Tendit:& incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hic,agmenq; ſuum turbæq; ſequentis
Officiũ:placido uiſus dimittere uultu:
Corpus in auſonia poſuit rate:numinis illa

Pelori.pelorus ꝑmõtoriũ ſiciliæ dictũ a gubernatore hãnibalis. Domos hippotadæ.æolias iſulas ſeptẽ. appellaſ aũt æolus hippotades ab auo.natus ẽ.n.ex aceſta filia hippotæ. Themeſes. Themeſa: ut ſtrabo ſcribit pria urbs eſt brutiæ poſtea tẽpſa appellata.ubi ærifodinaꝝ locus oſtẽdit:unde a poetis æra themeſea appellanſ.papinius.Et qs ſe totã themeſæ ꝺdit hauſta metallis. Leucoſiáq; petit.leucoſia iſula eſt nõ lõge a poſſidonia:dicta ab una ſirenũ:ut tradidit Strabo:q̃ hoc ĩ loco iniecta periit. Peſti tepidi.amœni:ẽ ſane peſtũ oppidũ lucaniæ qꝺ alio noĩe poſſidonia appellaſ a græcis:ut refert plinius ĩ quo oppido uno ãno bis roſæ naſcebanſ.Vergilius.biferiq; roſaria peſti. Legit capreas.trãſit.Capreæ iſulæ ſunt Cãpaniæ.chelebœ appellanſ a papinio. Promõtoriumq; mineruæ. De eo plinius hec.ſurrẽtũ cũ ꝑmõtorio mineruæ ſyrenũ quondã ſedes:cur aũt Ouidius generoſo palmite dixerit: uiderit ipẽ.nã uinũ Surrẽtinũ pũgit: & a tiberio dictũ ẽ generoſũ acetũ.pa. Charaq; nõ molli iuga ſurrẽtina lyæo:niſi forte gñoſũ uinũ appellet:ꝓpterea q; cõ ualeſcẽtibꝫ medici maxĩe cõferre arbitrabãſ ꝓp eoꝝ tenuitatẽ:ſalubritatẽq;:uel qa lõgã accipiũt uetuſtatẽ & cõtẽdũt cũ falernis:ſetinis:& calẽis.auctor Stra.

Herculeaq; ur.Tarẽtũ inuit.Verg.Hic ſinus hercu lei(ſi uera ẽ ꝑhama) tarẽti: phalãthus.n. octauus ab hercule oppidũ cõdidit:hiſtoriã hẽs apꝺ Stra. & nominis originẽ. Stabiaq;. Stabiæ oppidũ campaniæ fuit:qꝺ a ſcylla legato bello ſociali deletũ fuit: ubi aq̃ erat.q̃ dimidia appellabaſ.ut plinius ſcribit.Parthenope natã ĩ ocia.neapoli dicit:q̃ ita appellata a partheno pe ſirene illic ſepulta:ut plinio. & ſtraboni placet:alii uero dictã uolũt a ꝓthẽope q̃ ex euboea uenerit:dux eoꝝ eolonoꝝ:q neapoli tenuere. Natam ĩ ocia.ꝓp amœnitatẽ loci ſeceſſui pcõmoda. papinius de neapoli.pax ſecura locis:& ꝺſidis ocia uitæ Et nũq̃ turbata qes:ſõniq; pati. Et ſtrabo. Rõani neapoli ſeceſſũ faciẽtes uictũ græcanico ritu ꝓducũt:qetis atq; ocii gratia:ꝑſertĩ q eruditõi dãt operã:aut remiſſioris uitæ ꝺ ſiderio:maxĩe quos ſenectus affligit:uel aduerſa uali tudo. Tẽpla ſibyllæ cumeæ.æſculapius quoq; ꝓternauigauit tẽplũ ſibyllæ cumãæ:Cumæ aũt ſunt uetuſtiſſimũ Calcidẽſiũ &cumeoꝝ ædificiũ.noĩs origine habes apud ſtrabonẽ.ibi erat tẽplũ ſibyllæ cumænæ. Miturnæ gra.ꝓp paludes ĩſalubres: eſt oppidũ cãpaniæ maritimũ iter formios & ſinueſſã claꝝ mariĩ carcere. Quã tu.alũ.Caietã dicit. ĩ q̃ æneas ſepeliuit nutricẽ caietã. auctor Ver.& Diony.q̃is Stra.alĩ ſcribat. Antiphatæq; do.phormias dicit:qbꝫ ĩpauit antiphates filius domuſq; antiphatæ cõpreſſa freto.

Hic ca.fõ.baias ſignificat:ubi erãt aq̃ q̃ appellatæ ſũt poſſideanæ: noĩe accepto a claudii cæſaris liberto:ut ſcribit Plinius. Lẽtiſcifeꝝ li.liternũ oppidũ campaniæ.ubi prioris Scipionis ſepulchꝝ iacet:ibi.n.extremã cõſũpſit ætatẽ:omiſſis ꝓp aliquoꝝ ſimultatẽ rei publi.negociis. Lẽtiſcifeꝝ.lẽtiſcus frutex eſt celebratus a pli.ex quo fiebãt dẽtiſcalpia:cuius fructicis ferax eſt liternus. Vulturnus.oppidũ ẽ:& fluuius.q labiẽ

Senſit onus: preſſaq; dei grauitate carina
Aeneadæ gaudent:cæſoq; in littore tauro
Torta coronatæ ſoluũt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem:deus eminet alte:
Impoſitaq; premẽs puppim ceruice recuruam
Cæruleas deſpectat aquas: modiciſq; ꝓquor
Ionium zephyris ſextæ palantidos ortu
Italiam tenuit:prætercq; lacinia templa
Nobilitata dea:ſcylleaq; littora fertur.
Linqt Iapygiam: leuiſq; amphyſia remis
Saxa fugit dextra prærupta celennia parte:
Romechiũq; legit: caulonaq;:naritiamq;:
Euincitq; fretum:ſiculiq; anguſta pelori:
Hippotadæq; domos regis:themeſeſq; metalla
Leucoſiamq; petit:tepidiq; roſaria peſti.
Inde legit capreas: promõtoriumq; Mineruæ.
Et ſurrhentinos generoſo palmite colles.
Herculeamq; urbẽ.ſtabiaſq;:& in otia natam
Parthenopẽ:& ab hac cumeæ templa Sibyllæ
Hinc calidi fontes lentiſciferumq; tenetur
Liternũ.multãq; trahens ſub gurgite harenam
Vulturnus: niueiſq; frequẽs Sinueſſa colubris.
Minturnæq; graues:& quã tumulauit alũnus
Antiphatæq; domus:trachaſq; obſeſſa palude.
Et tellus circæa:& ſpiſſi littoris ancon.
Huc ubi ueliferam nautæ aduertere carinam:
(Aſper enim iã põtus erat) deus explicat orbes
Perq; ſinus crebros & magna uolumina labens
Templa parentis init flauum tangentia littus.
Aequore placato patrias epidaurius aras
Linquit.& hoſpitio iuncti ſibi numinis uſus

p uenafiũ:mediãq; cãpaniã. Siueſſa.ĩ ſetão ſita ẽ ſinu a quo nomẽ uẽdicat.ei ꝓxĩæ calidæ ſũt balneæ. Niueis colu. ſerpẽtibus. Trachaſq; ob.pa.Terracinã dicit:de q̃ Strabo:hæc deĩceps terracia ẽ:antea trachĩa.i.aſpa uocata.ex eo qꝺ ei obtigit:eidẽq; obiecta palus ĩgẽs ẽ. Et tellus circea.poſt antiũ Circeiũ ẽ mons mari & paludibus iſtar hẽns iſulæ:quẽ copioſis germĩare radicibus fama ẽ.ob ea fortaſſe q̃ de circe fabulæ uulgant.hẽt & caſtellũ:& circes ſacellũ.hæc Stra. Et ſpiſſi'lit.anchõ.Anchõ græca ciuitas ẽ: a ſyracuſanis cõdita ĩ ãguſto duorũ ꝓmõtorioꝝ ex diuerſo coeũtiũ iflexi cubiti imagĩe ſedẽs. lõ eſſe dĩ ſpiſſi littoris. Aſp. tẽpeſtate ĩgruẽte.

Tẽpla pa.ĩgrediẽ tẽplũ pĩis apollinis.Valerius ſcribit æſculapiũ ãtii egreſſũ ĩ ꝓtẽplũ ſe cõtuliſſe. ubi tẽplũ erat ſibi erectũ:uel tẽpla parẽtis ĩtelligit tẽpla fortũæ q̃ antii dabat reſpõſa accepta ab apollĩe.Vergilius. Que phœbo pĩ oĩpotẽs:mihi phœbus apollo pꝺixit.hĩc Suetõius fortunã antiatinã appellat. Flauũ littus.ꝓp fuluã harenã. lũcti ſi.nu.qa apollo erat pĩ æſculapii:uel qa æſculapius idẽ ẽ atq; apollo.auctor Macrobius. Lauini ſedes Lauiniũ oppidũ ẽ ĩ appꝛæ uiæ dextera: a q̃ ꝓſpectus ẽ maris:& antii:ab ænea cõditũ & cognominatũ ab uxore lauinia latini filia uel ab alia coniuge lauinia gelonii delioꝝ regis filia.ut ſcribit Dionyſius.

Vesta troia:Sacra esse abænea ī italiã allata diony
sius scribit:dicẽs magnoꝝ deoꝝ imagines has eẽ:qs
ex græcis præcipue samothraces orgiis colũt.&palla
diũ sacras custodire uirgies ī tẽplo uestæ positũ: ubi
ignis seruaꝫ perennis Verg. Sic ait & manibus uittas
uestáq; potẽtẽ. Aeternũq; adytis effert penetralibus
ignẽ. Tuos ignes.puigiles. Per aduersas undas. qa
cõtra ipsam nauẽ æsculapii tibris deferebaꝫ in mare.
Vrbẽ caput reꝝ.romã gentiũ dominã. Colla accli
uia.hærẽtia. Summo malo.nauis. Scindiꝫ.descri
biꝫ insula:ī quã egressus ẽ æsculapius. Insula nomẽ
habet.appellaꝫ ĩsula. A parte duoꝝ lateꝝ.a dextra:
& a siniſtra parte. Delata pinu.naui adducta ad hãc
insulã. Luctibus.pestilentiæ. Nostris delubris.ro
manis tẽplis. Cæsat ī urbe sua. Caiũ cæsarẽ laudat:
ut doceat se sumpsisse opis prĩcipiũ a chaos & ad cæ
sarẽ pueniſſe. Marte togaq;.& bello:& pace. In no
uum sidus.in Cometen.q ut scribit plinius ī uno to
tius orbis loco ediꝫ ī tẽplo romæ. Cuius rei cãm as
signat Augustus: cuius uerba hæc sunt: his ipsis lu
doꝝ meoꝝ diebus sydus crinitũ p septẽ dies ī regio
ne cæli sub septẽtriõibus ẽ cõspectũ: id oriebatur cir
ca undecimã horã diei:clarũq; & oĩbus terris conspi
cuũ fuit:Eo signo significari credidit uulgus cæsaris
aĩam ĩter deoꝝ ĩmortaliũ numĩa receptã: quo noĩe
id insigne simulacro capitis eius:qđ mox ī foro cõse
crauimus adiectũ ẽ. Stellãq; comã.nã Cometa græ
ce:latĩe Crinita stella appellaꝫ q̃ sua ꝓgẽies.augnstus
filius uertit ī nouũ sidus. De cæsaris actis. præponẽ
dus est augustus cunctis gestis cæsaris. Plus est.ma
ius habet momentũ.quasi dicat nõ.& cũ interroga
tõe proferẽdũ est. Papiriferi nili.nili papyrũ ferẽtis:
ante usum cuius palmaꝝ foliis scriptitatũ est:ut scri
bit plinius:hĩc apuleius papyꝝ ægyptiã appellat: In
telligit aũt alexandrinã uictoriã:quã ipse adeptus est
ut appianus diligẽtissime scripsit & plutarchus. Nu
midas rebelles.Iubã regẽ signiſicat quẽ uicit:cuius fi
liũ cæsar in triũphũ duxit:q postea ĩter doctissimos
scriptores connumeratus ẽ. Cinypheũ.libycum: ci
nyps enĩ fluuius ẽ garamantũ qui:ut scribit herodo
tus a charitone colle ꝓfluit &ĩ libycũ mare ĩter duas
sirtes cadit.a quo Vergilius cinypheos hircos appel
lat:& Ouidius ī põto segetem cinypheã. Mithrida
teisq; tumẽtem.Cæsar post alexãdrinũ bellũ cogno
uit pharnacẽ mithridatis filiũ capta bnthynia:& cap
padocia.animũ quoq; ad armeniã minorẽ adiecisse:
cõtra quẽ cæsar ꝓfectus ĩgẽti penes zetã commisso
ꝑlio regẽ fugauit ex põto: exercitũ uero fũditus dele
uit:Huius belli celeritatẽ quũ romã ad amicũ Amã
tiũ nũciaret:tribus ꝑscripsit uerbis.ueni.uidi.uici.au
ctores plutarchus:& Suetonius. Multos me. mul
tos cæsar meruit triũphos:sed qnqes tantũ triũpha
uit ut scribit trãquillus.nã de põpeio. de Scipione in
aphrica uicto noluit triũphare. Tãtũ uiꝝ.q̃tus ẽ au
gustus. Quo ꝑsi.prĩcipe. Humão ge.nã: ut Strabo
scribit:nũq; tãta pacis facultas.tãtaq; bonoꝝ copia ro
mãis affuit:quãtã cæsar supped itauit. Ille deus faciẽ.
erat.erat opus ut Iulius cæsar deus fieret. Ne foret
hic.augustuscæsar. Põtifici.Caio cæsari qui põtifex
maxius erat:nã ut trãqllus scribit: quũ mane ad co
mitia descẽderet:ꝑdixit mĩi osculanti: domũ nisi se
põtificẽ nõ reuersuꝝ. Confundãt perturbent.

Littoreãque tractu squamæ crepitantis harenã
Sulcat:& innixus moderamine nauis in alta
Puppe caput posuit:donec castũque sacrasque
Lauini sedes: tyberinaque ad hostia uenit.
Huc ois populi passim matrũque patrũque
Obuia turba ruit:quæque ignes troica seruat
Vesta tuos:lætoque deũ clamore salutãt.
Q uaque ꝑ aduersas nauis cita ducitꝫ undas
Thura super ripas aris ex ordine factis
Parte ab utraque sonãt: & odorant aera fumis.
Ictaque cõiectos icalfacit hostia cultros.
Iãque caput reꝝ romanã intrauerat urbem.
Erigitur serpens sũmoque accliuia malo
Colla mouet:sedesque sibi circũspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circũfluus amnis.
Insula nomẽ habet: laterũque a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc se delata pinu phœbeius anguis.
Contulit:& finem specie cæleste resumpta
Luctibus imposuit:uenitque salutifer urbi.
Hic tamen accessit delubris aduena nostris.
Cæsar in urbe sua deus ẽ:quem marte togaque
Præcipuum: non bella magis finita triumphis
Resque domi gestæ properataque gloria rerũ
In sidus uertere nouũ:stellamque comantẽ.
Q uam sua progenies. nec enĩ de cæsaris actis
Vllum maius opus:q̃ q ꝑ pater extitit huius.
Scilicet æquoreos plus est domuisse britãnos:
Perque papiriferi septẽflua flumina nili
Victrices egisse rates:numidasque rebelles
Cynipheũque iubam:mitridateisque tumentẽ
Nominibus pontum populo adiecisse quirini:
Et multos meruisse: aliquos egisse triumphos.
Q uã tantũ genuisse uirum:quo præside rerũ
Humano generi superi fauistis abunde.
Ne foret hic igitꝫ mortalis semine natus.
Ille deus faciendus erat.quod ut aurea uidit
Aeneæ genitrix:uidit quoque triste parari
Pontifici lœtum:& coniurata arma moueri
Palluit:& cunctis ut cuique erat obuia diuis
Aspice dicebat quãta mihi mole parẽtur
Insidiæ:quantaque caput cum fraude petatur.
Q uod de dardanio solum mihi restat Iulo.
Sola ne semper ero iustis exercita curis:
Q uam modo tytidæ calidonia uulneret hasta
Nunc male defensæ confundant mœnia troiæ.

Quæ uideã natum longis erroribus actum
Iactariq; freto: sedesque intrare silentum
Bellaque cũ Turno gerere aut si uera fatemur
Cũ iunone magis: quid nunc antiqua recordor
Dãna mei generis. timor hic meminisse prioꝛ
Non sinit:in me acui sceleratos cernitis enses.
Quos phibete precor:facinusq; repellite:ne ue
Cæde sacerdotis flammas extiguite uestæ.
Talia nequicq̃ toto uenus anxia cælo
Verba iacit:superosq; mouet: q rũpere quamq̃
Ferrea non possunt uetes decreta sororum.
Signa tamen luctus dant: haud incerta futuri.
Arma ferunt iter nigras crepitãtia nubes
Terribilesq; tubas auditaque cornua cælo
Premonuisse nefas: solis quoque tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces uisæ mediis ardere sub astris.
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ:
Cærulus & uultum ferrugine lucifer atra
Sparsus erat:sparsi lunares sanguine currus
Tristia mille locis stygius dedit omnia bubo.
Mille locis lachrymauit ebur: cãtusque ferunt
Auditi:sanctis & uerba minantia lucis.
Victima nulla litat: magnosq; istare tumultus
Fibra mouet: cæsumque caput repitur in extis.
Inque foro circunque deos:& templa deorum
Nocturnos ululasse canes:umbrasque silentũ
Errauisse ferũt:motãque tremoribus urbem
Non tamen insidias uẽturaque uincere fata
Præmonitus potuere deũ:strictique ferunt
In templũ gladii:nec enim locus ullus ĩ urbe
Ad facinus diramque placet nisi curia cædem.
Tum uero cythærea manu percussit utraque
Pectus:& ætherea molitur cõdere nube
Quã prius infesto paris est ereptus atridæ
Et diomedæos Aeneas fugerat enses.
Talibus hanc genitor.sola insuperabile fatum
Nata mouere paras: ĩtres licet ipsa sororum
Tecta trium:cernes illic molimine uasto
Ex ære:& solido rerum tabularia ferro:
Quæ neque cõcussũ cæli: neque fulminis irã:
Nec metuũt ullas tuta atque æterna ruinas.
Inuenies illic inclusa adamante perenni
Fata tui generis:legi ipse animoque notaui.
Et referam ne sis etiamnum ignara futuri.
Hic sua cõpleuit pro quo cytherea laboras

Natum.æneam. Sedes silentum.sedes inferorũ.

Flammas uestæ.hoc ideo dicit.quoniam ut tradit feneſtella uestales flagris cædi iubebantur a pontifice:si ignis sanctus esset extinctus. Solis quoq;.tristis imago.Vergilius hæc prodigia plura etiam apparuisse dicit in augusti gratiam. Ebur. simulachra eburnea. Victima nulla litat. plutarchus inter cætera prodigia scribit cæsari sacrificanti cor ĩnunq̃ cõ paruisse uictimæ. Tremoribus.terræmotu. Nõ tamen insidias.Idem fere plutarchus: sed enim fatũ præuideri:q̃ euitari facilius potest. Curia.eam fuisse pompeii curiam Suetõius scribit. Aetherea nube. nube diuina. Paris est ereptus.uenus paridem eripuit:quũ dimicaret cum Menelao singulari certamine:ut Homerus scribit. Aeneam quoq; a diomedis manibus eripuit.unde uenus apud Vergiliũ querit: equidem credo mea uulnera restant. Talibus hanc genitor.Iuppiter filiam uenerem allocutus est talibus uerbis. Sororum. parcarũ quæ sunt tres. cloto.lachesis:& Atropos: dictæ parcæ a partu :ut fabius tradit. Pro quo laboras.pro quo cæsare dolore afficeris.

Natuſq; ſuus.auguſtus.quem cæſar in familiam nomenq; adoptauit. Feret unus onus.nam ut ſcribit appianus: Auguſtus cæſar omnes patris percuſſores perſecutus eſt. Illius auſpiciis. Decimus brutus ex cæſaris percuſſoribus inter ſecūdos hæredes ſcriptus a cæſare celtarum prouinciam obtinuerat:quæ poſtmodū.M. Antonio tribuit.ſed quum decimus iubente ſenatu non traderet Antonio prouinciam: prælium committit:in quo Antonius ſuperior a ciuitatibus admittit:Decimus ſimulās ſe romam proficiſci mutinæ hoſtem operiebatur. Antonius mutinam muro:foſſaq; præcinxit. Contra quem a ſenatu miſſus eſt auguſtus cum conſulibus qui decimū ab obſidione liberauit: Auctor appianus. Pharſalia ſentiet illū.pharſalus urbs eſt theſſaliæ unde ager pharſalicus.in quo bis pugnatum eſt.primum a cæſare & pompeio. deinde a cæſare & Antonio contra brutum:& Caſſium: ut appianus diligentiſſime ſcripſit. Philippi emathii.philippi auctore appiano ciuitas eſt : quæ datos olim.Crenida ante dicebat. Eū locum philippus ut cōmodum metatus ſuper thraces uallo ſepſit:& a ſe philippos nūcupauit:Emathia autem theſſalia eſt dicta:ut uoluit Seruius:ab emathio rege. Et magnum ſiculis numen.Sextum pōpeium intelligit magni pompeii filium minorem natu : deuicto fratre a Caio cæſare in hiberia latitans predabatur.deinde in oceanum delatus: diu piraticam exercuit : tandem comparata ingenti manu ſe pompeium profeſſus in hiberiam rediit : uerum electus a ſenatu maris imperator in ſiciliam enauigauit: & cum auguſto nauali prælio ſæpius conflixit: quibus uictoriis elatus : ſe maris filiū uocari paſſus eſt:uerum commiſſo ingenti prælio ſuperatus ab auguſto Mitylenas aufugit: ut Antonio adhæreret. quem quadraginta annos natum :Titius myleti interemit: Auctor appianus. Romaniq; ducis. cleopatram dicit: quam auguſtus ſuperauit cum Marco Antonio apud actium:cuius imaginem cum aſpide Cæſar in triumphum duxit : hiſtoriam habes apud Plutarchum. Gentes ab utroq; iacentes.Vergilius biſq; triumphatas utroq; ab littore gentes. nam orientis populos gangaridas uicit: ſunt enim inter indos:& aſſyrios circa gangem fluuium. britānos etiā ſuperauit: qui ſunt in occidente. Animum ad ciuilia uertet.ad iura pertinētia ad ciuitatem : nam (ut Suetonius ſcribit) leges tractauit : quaſdam ex integro ſanxit:ut ſumptuariā:& de adulteriis : & de pudicitia: de ambitu : de maritandis ordinibus:diuortiis modum impoſuit. Pace data,ſedatis bellis.

Sancta de coniuge. Tiberium dicit natum ex liuia druſilla. Nomenq; ſuum. Cæſar uocabitur tiberius:nam (ut ſcribit Appianus)apud romanos adoptiui filii adoptantiū nomina accipiebant. Aeq̄uerit ānos.piit enī auguſtus ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno diebus,v.&.xxx.minus. Aethereas ſedes. non defuit:ut tradit Suetonius:uir prætorius:qui ſe effigiem cremati Auguſti euntem in cœlum uidiſſe iuraret. Cognataq; ſydera.hoc dicit propter ſydus Iulii cæſaris. Cæſo de corpore raptam.animā Iulii cæſaris occiſi. Fac iubar.fac ſydus. Ab excelſa æde.a ſummo cœlo. Media cum ſede ſenatus. uenus in curiam pompeii : ubi cæſar fuerat occiſus

Tempora perfectis quos terræ debuit annis.
Vt deus accedat cælo: templiſq; colatur
Tu facies natuſq; ſuus:qui nominis hæres
Impoſitum feret unus onus. cæſiq; parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ:pharſalia ſentiet illum
Aemathiiq; iterum madeſcent cæde philippi
Et magnū ſiculis nomen ſuperabitur undis:
Romanique ducis coniunx ægyptia thædæ
Nō bene fiſa cadet: fruſtraque erit illa minata
Seruitura ſuo capitolia noſtra canopo.
Q uid tibi barbariā gēteſque ab utroq; iacētes
Oceano numerem: quodcūq; habitabile tellus
Suſtinet: huius erit.pontus quoq; ſeruiet illi.
Pace data terris animum ad ciuilia uertet
Iura ſuū legeſque feret iuſtiſſimus auctor.
Exemploque ſuo mores reget: inque futuri
Temporis ætatem: uenturorūque nepotum
Proſpiciens prolem:ſancta de coniuge natam
Ferre ſimul: nomēque ſuum curaſque iubebit.
Necniſi cum ſenior ſimiles æquauerit annos
Aethereas ſedes cognataq; ſydera tanget:
Hanc animam interea cæſo de corpore raptam
Fac iubar:ut ſemper capitolia noſtra forumq;
Diuus ab excelſa proſpectat iulius æde.
Vix ea fatus erat:media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma uenus nulli cernenda ſuique
Cæſaris eripuit membris:nec in aera ſolui
Paſſa:recentem animam cæleſtibus itulit aſtris
Dūq; tulit lucem capere atq; igneſcere ſenſit:
Emiſitque ſinu:ſimul euolat altius illa
Flammiferumq; trahens ſpatioſo limite criné
Stella micat:natiq; uidens benefacta fatetur.
Eſſe ſuis maiora:& uinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quāquā uetat acta paternis:
Libera fama tamen nulliſque obnoxia iuſſis
Inuitum præfert: unaque in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis agamēnonius atreus:
Aegea ſic theſeus:ſic pellea uincit achilles.
Deniq; ut exemplis ipſos æquantibus utar:
Sic & ſaturnus minor eſt ioue:iupiter arces
Temperat æthereas:& mūdi regna triformis:
Terra ſub Auguſto: pater eſt & rector uterq;
Dii precor Aeneæ comites.quibus enſis & ignis
Ceſſerunt:diiq; indigetes genitorq; Q uirine

Vrbis:&inuicti genitor Gradiue quirini:
Veſtaq; cæſareos inter ſacrata penates:
Et cum cæſarea tu phœbe domeſtice ueſta:
Q uicq; tenes altus tarpeias iupiter arces:
Q uoſq; alios uati fas appellare piumq; eſt:
Tarda ſit illa dies:& noſtro ſenior æuo:
Q ua caput auguſtũ: quẽ tẽperat orbe relicto
Accedat cælo:faueatq; precantibus abſens.

Cõmendatio opis Metamorphoſeos.

Amq; opꝰ exegi:qđ nec iouis ira:nec ignes
Nec poterit ferꝛ:nec edax aboleꝛ uetuſtas
Cũ uolet illa dies:quæ nil niſi corpis huius
Ius habet:ĩcerti ſpatium mihi finiat æui:
Parte tamẽ meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar:nomẽque erit indelebile noſtrum.
Q uaq; patet domitis romana potentia terris:
Ore legar populi:perq; omnia ſæcula fama
Si quid habent ueri uatum præſagia uiuam.

Finis

a nullo perſpecta deſcendit. Natiq; uidens, deſpiciẽs geſta auguſti filii. Inuitum præfert,fama præfert,fama præponit auguſtum iulio cæſari: quanuis ipſe hoc nollet. Vnaq; in parte,phama ĩ cæteris fauet auguſto:in hoc ei aduerſat:q; ſe patri præferat.

Triformis mũdi,cœli,maris:& iferni. Vterq;, & iulius:& auguſtus: Eſt pater,gentium & terrarum. Dii precor,precatur penates:qui fuerint penates abunde macrobius refert, Indigetes,indigetes ſunt dii qui ex hominibus facti ſunt, alii dicunt eſſe deos tutelares: quorum nomina uulgari non licet. Phœbe domeſtice,quia auguſtus exiſtimatus fuit filius apollinis,auctor Suetonius. Tarda ſit illa dies, Horatius,ſerus in cœlũ redeas. Quẽ temperat orbe relicto,ordo eſt. relicto orbe quẽ tẽperat.

Venetiis impreſſum Per Bonetum Locatellũ: mandato & expẽſis nobilis uiri Octauiani Scoti Modoetienſis, Anno ſalutis,M,CCCC,LXXXXIII.Nonis Iuniis.


Bartholomeus Merula Generoſo Adoleſcenti Frãciſco.Georgii Cornelii eqtis præclariſſimi filio Salutẽ.

Sapientiſſimum Conſilium tuum,Corneliorum clariſſima proles Franciſce Generoſe: nõ poſſum non probare:q; nõ uti pleriq; adoleſcentes ocio atq; umbratili uita ætatem agis: ſed bonis ingenuiſq; artibus die noctuq; ita incumbis: ut facile ſperem:te breui metam aditurꝛ: ad quã tenendã tãtopere feſtinas : nullos perhorreſcis labores:nunq; te capit litterarꝛ tedium: ingenio polles:omnia tibi adſunt:quæ adoleſcẽti ad uirtutẽ properanti ab imortali deo dari ſolent:Solã uirtutem tibi deeſſe uideo:quã quum aſſecutus fueris:nõ dubito qn fœliciſſimus & ſis & habearis:itaq; ſũmopere uidendũ eſt: ne in hoc ætatis lubrico uoluptatis uiã amplecta/re:in qua omne delitiarꝛ genus cõſpicimus.Herculẽ ioue natũ (ut poetæ fabulanꝰ) imitari debes:cui cum ĩ pubertate ſeſe uirtus ac uoluptas obtuliſſent in quadã ſolitudine:quarꝛ altera difficultates multas:ſed laborum præmiũ gloriam & imortalitatẽ offerebat:Altera uero diuitias & innumeras uoluptates: Ille quidẽ diu ſecũ dubitauit u tram prius ſequereꝰ.Tandem relicta uoluptate:uirtuti adhæſit.Cæterꝛ quoniam ab eminentiſſimis uiris præcipitur:eligendũ eſſe ab adoleſcẽte maiorẽ natu optimũ:& probatiſſimũ uirꝛ:cuius cõſilio:atq; auctoritate nitatur:quẽ magis q̃ pr̃em omni uirtute ornatiſſimũ eligere debeas:uideo profecto neminem: cuius laudes magis per ſe notæ ſunt:q̃ ut cuiuſq̃ præconio egeant. Sed hec ſatis : nã equo lydo in cãpo currenti non adhibẽda ſunt calcaria. Superioribus diebus ſummi uiri nõnulli:& de me q̃optime meriti: quibus nihil poterã negare:ad me:ut ſcis: attulere nõnulla metamorphoſeos Ouidii carmina ĩterpetrãda:quod q̃uis diu recuſaſſem: nõ potui tamẽ ulla rõne efficere: quin onus hoc ſubirẽ:ut & amicis morẽ gererẽ: & enarrationes illæ iamdiu ĩtermiſſæ prodirẽt ĩ lucẽ:quo præclariſſimũ opus:& p̃q̃ neceſſariũ ad poetarꝛ ĩtelligẽtiã ab omnibus poſſet ĩtelligi:& a te potiſſimũ:cuius fabulæ te mirũ imodũ delectãt: Enarrationes igiẽ illas poſtremas tibi dedicaui: quas ſi placuiſſe ĩtellexero ꝓpediem in Ouidiũ de amãdi arte lucubratiões noſtras expecta to.Vale.Venetiis.MCCCCLXXXXIII.pridie nonas Iunias.

Regiſtrum

A
Raphaelis regii.
aquam ultimum
traxit:intueatur
Incitamenta ac
B
Sic aquilam
Luget ut
Dum uehit
aſcribe.me
C
Hæſit:& accepti
Immotoſq; oculos
An quæ per totam
Tunc aderas
D
Ille fugit
in Arabia
Adducitq; cutem
Sole tepente
E
Componi tumulo
Sed quoniam
Scilicet ut
a nobis
F
Et illis ſcopulis
Manibus & leuo
Dicere bis
Priuatus.Muſa
G
Seu pingebat
Timidas recondere
Immenſe ſpectantur
Heu q̃tum
H
Actæa athenienſis
Hic quoq;
Qui criſta
Et tamen
I
Ac ſe tollere
Coniugis arrepti
Criminis extemplo
Vel ſi quid
O uitam primis
Quod pater
Et ueniam
Theſſalus:inq;
L
Præpoſitam timidis
Demite.deripite
Roboremiletum
Et color &
M
Nec ſe ſuſtineant
Cæra remolleſcit.
Nec modus
Plena patris
N
Lente gradientis
Et potitur uotis
Pars gradibus
Non tamen
O
Nam certe
Elige quid
Procubuit.
Huic ego
P
Hectora nempe
Confiteorq;
Tu pugnare
Admota eſt
Q
Peruenit in
Seu uenus
Me duce
In ſua merſurum
R
Quam ſocia
Dirigere oculi
Ingreditur colles
Parcite mortales
S
Et dare mugitus
Aut ſinite
Pelori.

Finis.



Hinc ego
P
Hectora nempe
Cælitenorq;
Tu pugnare
Admota est
Q
Pertemit in
Seta uenus
Me duce
In ilia merfurum
R
Quam socia
Dumgaere oculi
Ingredietur colles
Pascite mortales
S
Et dare mugitus
Aut finite
Peloci.

Finis.

